by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

A 3

JOACHIMI HOPPII EXAMEN INSTITUTIONUM IMPERIALIUM

In Quo

Et prima Rudimenta, & Solidiora Fundamenta, Typorum diverſitate diſtincta, ex ipſis Textibus perſpicue oſtenduntur

Acceſſit

MEMORIALE ACTIONUM

Omnium, quotquot in Jure occurrunt

In gratiam

Cupidæ LL. Juventutis

Publici Juris factum

EDITIO NOVA

Cum Privilegio

REG. MAJ. POLON. ET PRUSS. ET ELECT SAXON. ET. BRANDENBURG.

FRANCOFURTI,

IMPENSIS JO. GODOFR. CONRADI

M D CC XLIV.

Pr. 57,749

Digitized by Google

Digitized by Google

B II

INCLYTÆ
GEDANENSIS REIPUBLICÆ
SENATUI SPLEN-
DIDISSIMO
ILLUSTRI
DN. BURGRAFIO
REGIO,
GENEROSIS, PERMAGNIFICIS,
STRENUIS, NOBILISSIMIS,
ATQUE AMPLISSIMIS,
DOMINIS
PRÆSIDI
AC
PRÆCONSULIBUS CÆTERIS
CONSULIBUSQUE
ET
SYNDICO,
PATRIBUS PATRIÆ
OPTIMIS ET PRUDENTISSIMIS,
MUSARUM MÆCENATIBUS
SUMMIS,
DOMINIS ATQUE PATRONIS
SUIS MAXIMOPERE SUSPICIENDIS
Felicitatem a DEO perennem!

Digitized by Google

OBæratum me vobis ſiſto debitorem, PATRONI OPTIMI! Beneficiis enim Veſtris, quæ ultra meritum hucusque in me contuliſtis, & quotidie adhuc confertis, me nimiopere obſtrictum ſentio. Tranſeat illorum ſententia, qui πρὸς ἀντίδωρα obligationem vel agnoſcunt nullam, vel invalidam; Mihi pudor naturalis ſumma Lex eſt, quam violaſſe, hominis credo penitus impudentis. Verum, ſi expendam Nominum Veſtrorum menſuram, ſi attendam beneficiorum in me collatorum cumulum, neſcio, ad quod debitorum, ob tantum æs alienum, quo Vobis obſtringor, recurram aſylum. Benignos Vos, non rigidos, exiſtimo Creditores, hinc ſpatium indulgebitis

tis mihi debitori, quo aliquando purgare moram, & cum interuſurio quoque me a tanto nexu liberare valeam; Vel, ſi moræ eſtis impatientes, quippe, odioſas moras dulcia non admittunt beneficia, declarabitis tamen, juxta *Ulpiani* monitum, quota debiti parte velitis eſſe contenti. Quod ſi & partis remiſſio iniqua videatur, ad particularis ſolutionis beneficium provoco, & inde Libellum hunc, tanquam minimam debiti partem, Vobis oblatum venio. Verum, dum in eo præſidium quæro, ſponte mihi ſuccurrit, quæ oppoſituri ſitis obærato Clienti: Non indulgeri illa jurium beneficia debitori, niſi volente id Creditore. Fateor: Et eapropter gratiam Veſtram, non jus, exoro. Sed, & ne hoc paſſu dubia ſpe lacter, ad illa, quæ invito Creditore, debitori indulta, juris remedia, placide provoco: Bonis

cedam. Quod ſi bonorum ceſſionem Statutarii Juris rigor non admiſerit, meipſum Vobis in ſolutum offero: Hic enim rigorem Creditorum quieſcere jubet priſca Romanorum Jurisprudentia. Quare bonis apud Vos cedo; Non fortunæ: Hæc enim DEI beneficio, & ex Veſtra poſſideo liberalitate; Sed ingenii, quæ in utilitatem Studioſæ Veſtræ Juventutis adeo promptc ſum collaturus, ut certi eſſe valeatis, me nihil mihi, quod non bona fide ad Studia Juvenum promovenda ſim expoſiturus, reſervaturum. Indicium in præſenti tantum exhibeo, hunc offerendo Libellum, me non gloriam acupandi ergo apud Vos vitam agere, quippe a gloria penitus alienum Libelli argumentum, ſed ſolicitum me eſſe unice, ut plana ac ſimplici via, ad juris myſteria Juventutem Veſtram deducam. Quid commodi inde in ipſo-

rum

Digitized by Google

rum Studia redundaturum, volente DEO, Juvenum profectus loquentur. Ego vero hoc commodi exinde, MÆCENATES, ſpero, ut ſentiatis, me totum ad ſervitia & operas Vobis addictum, atque in id eniti ſedulo, ut frugi Debitoris partes expleam. Quodſi me Vobis addicendo, adhuc æris quid reſtet, reſtat vero plurimum, SUMMUM NUMEN Vobis delegabo, a quo, ut largiſſima benedictio in VOS, REMPUBLICAM VESTRAM, FAMILIAS & GYMNASIUM denique noſtrum redundet, devotis ſuſpiriis contendo. Valete, PATRONI MAXIMI, & ſi mereor, amare pergite

Vrr. Magnificorum, Strenuorum, & Ampliſſimorum Nominum

Clientem addictiſſimum,

JOACHIMUM HOPPIUM, D.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

SEcundus jam agitur annus, Lector humaniſſime, *ex quo a PER-MAGNIFICO bujus Civitatis SENATU ex Academia Francofurtana ad Profeſſionem Juris, in celebri hoc Gymnaſio obeundam fui evocatus. Huic vocationi eo promtius aſſurgendum credidi, quod mihi, nec petenti, nec per commendationes ambienti, ſed inopinato, & hinc, procul dubio, divina providentia eadem fuerit oblata. Cum vero Spartam mihi commiſſam non melius ornari poſſe*

poſſe viderem, quam, ſi cupidam LL. Juventutem, per compendium ad ſolida Juris fundamenta deducerem, & faſtidioſa ampliſſimorum Commentariorum lectione eos liberarem; in mentem venit, præſens Inſtitutionum Imperialium Examen conſcribere, & in eo, quæ ad ſenſum *pariter &* uſum *earum pertinerent, verbis breviſſimis exhibere. Factum hoc præſenti Libello, in quo, niſi egregie fallor, nihil omiſſum, quod in Inſtitutionibus utile; multa vero addita, quæ ſenſum textus commode declarent: Et cum hoc pacto non pauca textus occaſione inſerenda, quæ Juſtinianei novi captum ſuperare poſſent, typis eadem diſtinxi, ut rudimenta memoriæ mandanda majoribus, reliqua vero, quæ ad textum pertinent, minoribus typis exprimerentur. Inſerviet*

ita præſens libellus memoriæ pariter & ingenio. Illi quidem, cum unusquisque Juvenum ſeipſum examinare valeat, an audita hauſerit feliciter, & ſciat inſimul, quid præcipue memoriæ mandandum; Huic vero, ut, qui promptiori ingenio, non circa prima ſubſiſtat rudimenta, ſed reliquas quoque Quæſtiones ſibi reddat familiares. Cæterum, id operam dedi præcipue, ut ſingula vel textu Inſtitutionum, vel Lege aliqua probarem, quo ſemper ad fontes manu ducerem Juventutem. Ad Doctores alios provocavi rarius: nec enim hoc opus ibi credidi, ubi circa jurium fundamenta occupamur; niſi vel fori obſervantia aliquando fuerit tangenda; Quæ tamen cum variet admodum, ſuppleri poterit pro cujusvis loci ratione ex Henrici Giſeberti Juſtiniano

Har-

Digitized by Google

Harmonico, *quippe in quo, quando Statuta cum textu Inſtitutionum conveniant, & quando diſcrepent, magno ſatis labore congeſtum. Opiniones ſecutus ſum non ſingulares, quibus ſtudia Juvenum confunduntur, non promoventur, ſed receptiores. Nec diffiteor, me in plerisque veſtigia preſſiſſe* Excell. JCti, DN. SAMUELIS STRYKII, Com. Pal. Cæſ. Conſil. Elect. Brandenb. & Facult. Jurid. in Academia Francof. Ordinarii, Avunculi mei ætatem venerandi, *cujus in docendo gratiſſima methodus ubique ſatis laudata, ut meo non indigeat præconio. In calce Libelli* Memoriale Actionum, *in Jure occurrentium, ſubjeci, quod non inutile futurum, teſtabitur experientia. Fateor quidem, in non paucis veniam a te exorandam eſſe*, Benevole Lector,

verum, ſi perpenderis, me Libellum hunc non eruditis ſcripſiſſe, ſed erudiendis, facile indulgebis, ut Auditorum meorum ſtudia omni conatu promoveam. Si DEUS vitam & otium conceſſerit, alia, forte gratiora, publico offerre licebit. Interea nobis fave, lapſibus ignoſce, &, ſi lubet, mone: Promptos nos ſenties, qui meliora docentes ſequamur. Dab. Gedani IV. Kalend. April. A.O.R. cIↄ Iↄc LXXXIV.

J.N.J.

Digitized by Google

I. N. J.

HISTORIA JURIS CIVILIS
ad intellectum
PROOEMII INSTITUTIONUM
breviſſime propoſita.

1. *Quid obſervandum in Hiſtoria Juris Civilis cognoſcenda?*

Reſp. TRiplex tempus: *Ante-Juſtinianum, ipſius Juſtiniani,* & *Poſt-Juſtinianum.*

2. *Quibus Legibus utebantur Romani* ante Juſtinianum?

R. Variis, prout Status Imperii Rom. vel *Regius* erat, vel *Popularis*, vel *Imperatorius.*

3. *Quibus utebantur*, durante Statu Regio?

Reſp. Legibus, a Regibus latis, quæ ideo *Regiæ* dicebantur, de quibus intelligenda *L. 2 ff. de mort. infer.* Has in unum collegit Publius Papyrius, unde poſtea nomen *Juris Civilis Papyriani* acceperunt. *L. 2. §. 2. ff. de O. J.*

4. *Quibus utebantur* ejectis Regibus?

Reſp. Quamvis tunc conſentiente Populo quandoque leges tulerint Conſules: ut patet ex *Liv. L. 2.* poſtque conſules etiam Dictatores, *L. 2. §. 18. de O. J.* pauciores tamen hæ fuere; Ut hinc incerto fere jure per 60. annos uſi Romani, *d. L. 2. §. 3.* Donec tandem tres Viros in Græciam mitterent, ex quorum legibus allatis poſtea Decemviri, Romæ conſtituti, (ut refert *Liv. L. 3. c. 33.*) primo X. poſt XII. Tabulas Populo propoſuerunt, & ex illis jus dixerunt. *Vid. Mæſtert. de Juſtit. LL. Rom. Libr. 1. Dub. 12.*

5. *Annon vero poſt LL. XII. Tabb. aliæ ſunt promulgatæ?*

Reſp. Omnino; Sublata enim Decemvirorum poteſtate, cum ad Tribunos Plebis & Conſules iterum ſumma rerum A. U. C. 306. rediiſſet, & in LL. XII. Tabb. non omnes caſus determinati eſſent, aliæ ſubinde a CSS. in Comitiis ſunt additæ.

6. *Quænam hæc fuerunt Comitia?*

Reſp. Potiſſimum triplicia: I. *Curiata*, quibus Populus curiatim, II. *Centuriata*, qui-

Digitized by Google

quibus centuriatim, & III. *Tributa*, quibus tributim ſuffragia ferebat: *Roſin. L. 6. Antiqu. c. 2. & ſeqq.* Quibus addi poſſunt Comitia *Calata*, de quibus in *§. 2. I. de Teſtam.*

7. Nihilne præterea LL. XII. Tabb. acceſſit?

Reſp. Aff. Acceſſerunt enim ob brevitatem (1) *Interpretationes* Prudentum, *L. 2. §. 5. ff. de O. J.* Vid. Jac. *Rævard. de Prudent. auctorit.* (2) *Legis Actiones* ſeu Formulæ, *d. L. 2. §. 6. & 7.* quas in unum collegerat Appius Claudius; Scriba vero ejus, Cn. Flavius, ſurripuerat, & Populo tradiderat: Unde poſtea Liber harum actionum *Juris Civilis Flaviani* nomen accepit, *d. L. 2. §. 7.* (3) *Leges ſingulares*, ad quas pertinent Plebiſcita, *d. L. 2. §. 8.* Senatusconſulta, *d. L. 2. §. 9.* Prætorum Edicta. *d. L. 2. §. 10.*

8. Quibus Legibus utebantur Romani ſub Imperatoribus?

Reſp. Præter Jura, ante enarrata, Conſtitutiones ab Imperatoribus ſubinde promulgabantur, quæ, quamvis ab initio ra-

rio-

riores fuerint, ne ſcil. Populo Rom. vileſceret Regimen Imperatorum; Pedetentim tamen in maximum numerum excreverunt, adeo, ut tres tandem illarum Codices extiterint: *Gregorianus, Hermogenianus & Theodoſianus.*

9. An Jurium hactenus enarratorum hodienum aliquis uſus?

Reſp. Aff. Non tamen ad cauſarum deciſionem, *Conſtit. Summa Reip.* §. *3. de Juſtin. Codic. confirm.* verum Legum nonnullarum explicationem.

10. Quodnam fuit Jus tempore Juſtiniani noſtri?

Reſp. Juſtinianus, cum mortuo Juſtino, Imper. Patre ſuo adoptivo, *§. 3. I. de Donat.* ſolus imperare cœpiſſet, Anno ſcil. Ch. 527. mox animum applicuit variis illis Juribus in compendium redigendis; Primo itaque ex dictis tribus Codicibus,& reliquorum Impp. Novellis, unum Codicem confici curavit, eumque An. Ch. 529. abſolutum, *Juſtinianeum* dixit. *L. un. C. de Juſtin. Cod. confirm.* Poſtea *Digeſta* An. Ch. 530. ſunt inchoata, & intra trienni-

um,

Digitized by Google

um, nim. A. C. 533. ad finem perducta. Antequam tamen hoc opus Digeſtorum publicaretur, quod factum dicto A. 533. menſe Decembr. *Inſtitutiones* ſunt confectæ, & d. A. 533. menſe Novembr. editæ. His peractis, cum nova quotidie emergerent dubia, quæ ſpecialibus Deciſionibus indigerent, Juſtinianus priorem Codicem revidit, novis quæſtionibus auxit, eumque *Repetitæ Prælectionis* appellavit, A. ſcil. 534. abrogato penitus priori. *Vid. Conſt. Cordi nobis. de Emend. Codic.* Poſt hunc, diverſis temporibus, aliæ editæ ſunt Conſtitutiones, quæ *Novellæ* fuere dictæ.

11. Unde conſtant Digeſta?

Reſp. Ex reſponſis JCtorum, quorum nomina ſingulis LL. ſunt præmiſſa. *L. 2. §. 10. C. de J. V. E.*

12. Quomodo dividuntur?

Reſp. Ab Imperatore in L. Libros & VII. partes, quarum prima pars dicitur τὰ πρῶτα, & continet 4. priores Libros. *d. L. 2. §. 2. C. Eod.* A Gloſſatoribus vero in *Digeſtum Vetus, Infortiatum & novum.*

13. Quo-

13. Quomodo allegantur?

Reſp. Vel per majuſculum D. vel per Græcum π. vel, quod hodie frequentiſſimum, per duplex ff. ex incuria ſcribarum, Græco π. circumflexum inſcribentium, natum.

14. Unde conſtat Codex?

Reſp. Ex Conſtitutionibus Impp. quorum nomina itidem ſingulis Legibus ſunt præmiſſa.

15. Quid acceſſit Codici Repetitæ prælectionis?

Reſp. Quinquaginta Deciſiones & aliæ novæ Conſtitutiones, poſt Codicem Juſtinianeum promulgatæ: *d. Conſt. Cordi nobis.* §. 1.

16. Differuntne hæ Deciſiones a novis Conſtitutionibus?

Reſp. Aff. *Conſtitutiones* enim jus novum proponunt; *Deciſiones* vero veterum JCtorum controverſias componunt, §. 3. *I. de Libertin.* Quotiesc. igitur primo jus vetus dubium enarratur, & poſtea deciditur, toties eſt una ex L. Deciſionibus. *Vid. Strauch. in Diſſ. ad L. Deciſ.*

17. An

Digitized by Google

17. *An quælibet ex his deciſio ſingularem in Codice occupat Legem?*

Reſp. Neg. Sed una deciſio ſæpe in diverſis LL. eſt diſperſa, §. 2. *Conſt. de Emendat. Cod.* Quotieſcunque ergo leges ſub diverſis Rubricis uno die ad eundem Præfectum Prætorio leguntur emiſſæ, toties pro una deciſione habendæ.

18. *An hæ Deciſiones derogant Digeſtis?*

Reſp. Aff. Ex intentione Imp. qui illis voluit jus antiquum corrigere, *d. Conſtit. Cordi nobis.* non tamen facile ad derogationem confugiendum, ſed potius ſubtili animo diverſitatis rationes ſunt excutiendæ. *L. 2. §. 15. C. de J. V. E.*

19. *An ergo Antinomiæ dantur in jure?*

Reſp. Non vere tales, *L. 2. §. 15. C. de J. V. E.* ſed apparenter. *Conſt. Dedit nobis. §. 15. de Confirmat. Digeſt.*

20. *Quomodo vero conciliandæ Antinomiæ?*

Reſp. Videndum (1. Annon in verbo alicujus legis contineatur reſolutio: Unde tota lex perlegenda, *L. 24. ff. de LL.* (2 Si non appareat, conferenda Lex præcedens

Digitized by Google

dens & ſubſequens, (3. Conferendi textus alii, & lex ex lege explicanda, (4. Videndum, an materia aliqua incidenter proponatur, ſeu in loco alieno, quales leges alias dici ſolent *Fugitivæ*, quæ ex ſede ordinaria ſunt explicandæ, (5. Laborandum, annon diverſitatis ratio inter utrumque textum poſſit dari. *L. 2. §. 15. C. de J. V. E.*

21. *Quomodo dividitur Codex?*

Reſp. In XII. Libb. quorum tres poſteriores, ob multitudinem titulorum, addito Libro, ſolent allegari.

22. *Quæ ſunt Authenticæ, Codici noſtro inſertæ?*

Reſp. Quæ plurimum fere jus Novellarum exhibent, nec valent, niſi quatenus cum Novellis conveniunt. *arg. L. Exemplo. 7. C. de Probat.*

23. *Quid ſunt Novellæ?*

Reſp. Novæ LL. quæ omnibus aliis derogant, imo etiam ſibi ipſis, quatenus ſunt poſteriores. *L. 28. ff. de LL.*

24. *Quid ſunt Inſtitutiones?*

Reſp. Prima Jurisprudentiæ elementa, au-

Digitized by Google

authoritate Imperatoris ad faciliorem Juris intellectum compoſita. *§. 4. & 6. h. Proœm.*

25. Quomodo dividuntur?

Reſp. In IV. Libros & XCIX. titulos.

26. Derogantne Digeſtis?

Reſp. Neg. Quia ex una die auctoritatem acceperunt, *L. 2. §. pen. C. de J. V. E.* niſi quatenus continent aliquid ex L. Deciſionibus.

27. Nonne tamen Inſtitutiones ſunt poſteriores Digeſtis?

Reſp. Aff. Ratione compoſitionis, *§. 2. 3. & 4. h. Proœm.* Nam ratione auctoritatis ſunt ſimul, *Conſt. Tanta. §. 23. de Confirm. Digeſt.* Ratione vero promulgationis priores. *Vid. Qu. 10.*

28. Quis fuit Status Juris poſt Juſtinianum?

Reſp. in *Oriente* Jus a Juſtiniano confectum aliquamdiu quidem obtinuit, pedetentim tamen novis Impp. ſubſequentium Conſtitutionibus fuit immutatum, ut videre eſt ex libris βασιλικῶν, eorumque Synopſi, quam Eclogam dicunt; Item ex Novellis Leonis. In *Occidente* vero cum jus, quatenus a Juſtiniano in certum ordinem

Google

nem redactum, nunquam fere, ob continuas Gothorum deprædationes, ſit receptum, ſeculo demum XII. aliquam auctoritatem, & quidem primum *in Italia* accepit; poſtea Secul. XIII. paulatim *in Germaniam* tranſiiſſe videtur, donec Secul. XV. publice in Academiis fuerit propoſitum, & ſubinde ab Impp. approbatum. *Vid. Conring. de Orig. Jur. Germ.*

29. Quomodo igitur Germani, vel aliæ Gentes obligantur Jure Juſtinianeo?

Reſp. Non, quatenus eſt a Juſtiniano; ſed quatenus eſt libere receptum. Sic in Saxonia regulariter non valet, quia ibi utuntur jure ſpeciali.

30. Poteritne Princeps, vel Status Imperii jus Civile in territorio ſuo abrogare vel mutare?

Reſp. Aff. Quia enim recipere illud, liberum ei fuit, mutatio quoque non deneganda, *arg. L.* 35. *ff. d. R. J.* ob ſuperioritatem territorialem; Solet tamen hoc cum Statibus provincialibus communicari.

31. *Præſumiturne vero Jus Civile mutatum?*

R. Neg. *arg. L.* 22. *ff. de probat.* Hinc, qui Legem aliquam abrogatam dicit, illud probare tenetur.

INSTI-

INSTITUTIONUM
SEU
ELEMENTORUM
D. JUSTINIANI
Sacratiſſimi Imperatoris
LIBER I.
TIT. I.
De
JUSTITIA ET JURE.

1. *Quid eſt Juſtitia?* *Ad pr.*

R. Est conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi. *h. pr. & L. 10. ff. h. t.*

2. *Quid intelligis per* Voluntatem?

R. Habitum animi, volentis jus ſuum cuique tribuere. *Ariſt. 5. ad Nicom. c. 1.* Seu potius *propoſitum* vel *intentionem* juſte agendi.

3. *An vero ejusmodi* conſtans & perpetua Voluntas ſeu intentio *cadit in Hominem?*

R. Aff. Licet enim homo ob imbecillitatem ſuam non ſemper *juſta* agat, *Prov. 24. v. 16. Nov. 7. c. 2.* Inde tamen non ſtatim mutatur voluntas & propoſitum *juſta* agendi; nec Juſti nomen mox amittitur.

Digitized by Google

4. *Quomodo juſtitia* jus ſuum cuique tribuit?

R. Ita, ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore petitione. *L. Bona fides.* 31. *in fin. ff. Depoſ.* ubi caſus.

5. *Quid ſi vero utriusque Litigatoris petitio æque juſta videatur Judici, annon dabitur caſus pro amico, i. e. annon tunc pro amico pronunciare poterit Judex?*

R. Neg. Quia hac ratione alteri, qui æque bona cauſa nititur, ſuum non tribueretur, *contra L.* 24. §. 4. *pr. ff. de Minor.* Præſtat ergo ad transactionem inducere partes, aut peritiores conſulere.

6. *Quotuplex eſt Juſtitia?*

R. Duplex: Alia *Univerſalis*, alia *Particularis*.

7. *Quid eſt Juſtitia Univerſalis?*

R. Eſt obedientia erga omnes LL. Voluntati Divinæ Morali conformes: Juxta *Ariſt. L.* 5. *Eth c. ult.* eſt obedientia erga omnes LL. Societatis Politicæ.

8. *Quid eſt Juſtitia Particularis?*

R. Eſt obedientia erga LL. ſalutem & utilitatem Reip. reſpicientes, juxta *Ariſtot.* erga LL. de commutando & permutando agentes.

9. *Quæ-*

Digitized by Google

9. *Quænam Juſtitia eſt finis Juriſprudentiæ?*

R. Particularis; Juxta *Ariſtot.* Univerſal.

10. *Quotuplex eſt Juſtitia Particularis?*

R. Duplex: 1. *Diſtributiva*, quæ attendit reſpectum rei erga perſonam, & obtinet, quoties illa, quæ Reip. ſunt, *uti: munera & honores*, privatis ſunt applicanda 2. *Commutativa*, quæ attendit reſpectum rei erga rem, & obtinet, quoties res privatorum privatis ſunt applicandæ.

11. *Quænam juſtitia in pœnis infligendis obſervanda?*

R. Si *pœna Civilis* ſit, i. e. ſi ad intereſſe privati tendat, obſervatur Juſtitia Commutativa. §. 4. *I. de Oblig. quæ ex delict.* ibi: *ex perſona ſervi; Si criminalis*, i. e. ſi ad vindictam publicam tendat, aut eſt Jure humano ſtatuta, & obſervatur diſtributiva. *vid. L.* 14. *ff. de pœn. &* §. 9. *I. de publ. Judic.* aut Jure Divino, & obtinet Commutativa.

12. *Quid eſt Juriſprudentia?*

R. Eſt divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia. *h.* §. 1. *& L.* 10. §. 2. *ff. h. t.*

13. *Quomodo* res Divinæ *pertinent ad Jurisprudentiam?*

R. Quatenus ſe ulla ratione exterius exſerunt, nec certam deciſionem Jure Divino morali habent. Quorſum ſpectant *priores tituli Codicis.*

14. *An etiam Cogitationes ad illam pertinent & puniri poſſunt?*

R. Aff. Quatenus ſcil. quoque exterius ſe exſerunt, uti intelligenda *L. 5. pr. C. ad L. Jul. Maj. & L. 6. pr. C. de his, qui ab Eccleſ.* Alias vero cogitationis pœnam nemo patitur, *L. Cogitationis.* 18. *ff. de pœn.*

Ad §. 3. 15. *Quot ſunt generalia Juris præcepta?*

R. *Tria:* Honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere *h. §. 3.*

16. *Suntne hæc præcepta ubique Legiſlatori obſervanda?*

R. Aff. In quantum ſc. publica ſalus id admittit. *L 6. ff. de J. & J.* Haec enim ſuprema Lex eſt. *L. 5. ff. de Decret. ab ord. fac.*

Ad §. fin. 17. *Quotuplex eſt Jus?*

R. Duplex: *Publicum & Privatum. h. §. 4.*

18. *Quid eſt Publicum?*

R. Quod ad cuiusque Reip. utilitatem

tatem ſeu ſtatum, per ſe & principaliter ſpectat. *§. eod. & L. 1. §. 2. ff. h. t.* Quorſum in Rep. Rom. ſpectabant *L.* 1. 10. 11. & 12. *Cod.*

19. *Differtne à Politica?*

R. Aff. Hæc enim *generalia* tractat, quomodo nimirum LL. de Statu publico ferendæ; Jus vero publicum ad *ſpecialia* deſcendit, & LL. de ſtatu publico latas interpretari & applicare docet.

20. *Quid eſt Jus Privatum?*

R. Quod per ſe & principaliter ad privatorum utilitatem ſpectat. *h. §. 4. & L. 1. §. 2. ff. h. t.*

21. *De quo Jure in Inſtit. agit Imperator?*

R. De privato tantum. *§. Eod.*

22. *Unde hoc Jus collectum?*

R. Ex præceptis naturalibus, Gentium & civilibus.

Tit. II.
De
JURE NATURALI, GENTIUM ET CIVILI.

1. *Quid eſt Jus?* *Ad pr.*

R. Eſt Regula a Superiori præſcripta,

Digitized by Google

pta, ut actiones hominum morales illi conformentur.

2. Quotuplex eſt hoc Jus?

R. Triplex: Naturale, Gentium & Civile. *L. 1. §. 2. ff. de J. & J.*

3. Quid eſt Jus Naturale?

R. *Improprie* eſt, quod natura omnia animalia docuit, *pr. h. t. Proprie*, quod recta ratio ita ſimpliciter faciendum inculcat, ut actum contrarium moraliter turpem æſtimet vel damnet. *Grot. de J. B. & P. L. 1. c. 1. §. 10.*

4. An ergo brutis quoque competit Jus naturæ?

R. ***Proprie*** non, quia ob defectum rationis nequeunt actiones ad normam Juris naturæ dirigere; ***Improprie*** tamen, quatenus actus ipſorum ſpeciem aliquam habent Juſtitiæ & æquitatis, jus naturæ iis tribui ſolet. ***h. pr. & L. 1. §. 3. ff de J & J.***

5. Quare vero puniuntur bruta, v. gr. in Crimine Sodomitico, ſi Jure naturæ non gaudent?

R. Non puniuntur proprie, ſed duntaxat e medio tolluntur, ne turpis facti indignam refricent memoriam. ***can 4. XV q. 1.***

6. Differtne a Jure naturæ proprie tali Jus Divinum morale?

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Et quidem *ratione objecti;* Jus enim naturæ verſatur circa actus *ex ſe ſuaque natura* bonos, vel malos, jus vero Divinum morale circa actus *ex voluntate Divina* bonos, vel malos.

7. *Quid eſt Jus Gentium?* *Ad* §. 1. & 2.

R. Quod ex ratione compoſita (*ex utilitate ſc. & neceſſitate humana*) Gentes inter ſe conſtituerunt, *§. 2. h. t.* Quorſum referunt omnes *pene* contractus, Servitutes, manumiſſiones, bella, fœdera, *&c. de* quibus in *L.* 4. *&* 5. *ff. de J. & J. & can.* 9. *diſt.* 1.

8. *Requiriturne omnium Gentium conſenſus ad bujus Juris conſtitutionem?*

R. Sufficit moratiorum, de quibus capiendus *h.* §. 1. & quidem tacitus, qui colligitur ex recepto uſu Gentium. *Textor. de Jur. Gent. C.* 1. *n.* 8.

9. *Qua ratione ergo differunt Jus Naturæ & Gentium?*

R. Proprie non differunt, ſed *ſunt ſubordinata:* Nam utriusque idem principium eſt, ſc. *recta ratio;* Saltem in Jure Gentium conſtituendo concurrit neceſſitas & utilitas, *h.* §. 2. Unde, quæ Juris naturæ ſunt, Juris quoque Gentium ſæpius dicuntur, *vid.* §. 11. *J. de R. D.* non ratione *introductionis,* ſed *approbationis.*

Digitized by Google

9. Quid eſt Jus Civile?

R. Quod quisque Superior ad utilitatem Reip. æqualitatemque inter Cives ſervandam conſtituit. §. *1. h. t. & L. 9. ff. de J. & J.* Add. *L. 51.* §. *2. ibi: pro utilitate. ff. ad L. Aquil.*

10. Quid per Jus Civile ſimpliciter dictum intelligitur?

R. Romanorum, tanquam Jus præſtantiſſimum. §. *2. h. t.*

Ad §. 3. *11. Quotuplex eſt Jus Civile Romanorum?*

R. Duplex: *Scriptum*, i. e. Sancitum, ſeu ſuffragio Legislatoris promulgatum; *L.* 23. §. 1. *ff. de LL.* & non ſcriptum, i. e. tacito conſenſu Legislatoris approbatum. *d. L.* 32. §. 3. & 9. *h. t.*

12. Quot ſunt Species Juris Scripti?

R. *Sex:* Lex, Plebiſcitum, Senatusconſultum, Principum Placita, Prætorum Edicta & Reſponſa Prudentum. *h.* §. *3.*

13. Quid eſt Lex?

Ad §. 4. R. *In ſpecie, reſpectu Reip. Romanæ, prout erat Democratica*, eſt jus, quod Populus Romanus Senatorio Magiſtratu inter-

interrogante (*veluti conſule*) conſtituebat, *h.* §. *4.* *In genere*, eſt Juſſio Superioris, ſingulos Cives in Rep. obligans. *L.* 1. & 2. *ff. de LL.*

14. *Quis* Superior *condere poteſt Legem?*

R. Qui Jura Majeſtatis habet. *L. ult. pr. C. de LL.*

15. *An ergo Civitates Municipales Legem condere non poſſunt?*

R. Proprie non, ſed ſaltem Statuta, *Germ.* Willkühre, Weichbilde, Stadt-Rechte.

16. *Valentne hæc Statuta abſque conſenſu Superioris?*

R. Aff. Si concernant adminiſtrationem bonorum Civitatis. *tot. tit ff. de Admin. rer. ad civit. pert.* cujusmodi ſunt die Brauer- Becker- Feuer- *&c.* Ordnungen; Secus ſi Principis Superioritati derogent, vel Juri Communi. *L.* 3. §. 5. *ff de ſepulch. viol.* & *L.* 5. *C. de defenſ. Civit.* Niſi hoc in ſpecie per privilegium competat Civitati, vel præſcriptionem immemorialem *Mev. ad Jus Lub. L.* 1. *Qu. Prælim.* 2. *n.* 44. *ſeqq.*

17. *An Collegiorum Statuta valent?*

R. Aff. Si ſint de rebus ſuæ artis, *L. fin. ff. de Colleg.* modo non ſapiant monopolium. *L. un. C. de Monop.* Hodie ſolent confirmari. *Carpz. P.* 2. *C.* 6. *def.* 9.

Google

18. *Quosnam obligant Statuta?*

R. Omnes, qui jurisdictioni ſtatuentium ſubſunt, non Extraneos. *L. fin, ff. de Juriſd.* Niſi (1.) ſint in rem concepta, *arg. L. 2. C. ubi in rem act.* (2.) niſi diſponant de ſolennitate alicujus actus. *L. Si fundus 6. ff. de Edict* (3.) niſi ſint pœnalia. *arg. pr I. de Oblig. quæ ex delict. Carpz. Pr. Crim. Qu. 54. n. 50.*

19. *Quid eſt Plebiſcitum?*

R. Eſt jus, quod plebs, plebejo Magiſtratu, (*velut Tribuno*) interrogante, conſtituebat. *h. §. 4. & L. 2. §. 8. ff. de O. J.*

Ad §. 5. 20. *Quid eſt Senatus conſultum?*

R. Quod Senatus, (*referente Conſule.*) jubet atque conſtituit. *h. §. 5. & L. 2 §. 9 ff. de O. J.* Hoc indultu Principum Legis vim habuit. *L. 9. ff. de LL.*

Ad §. 6. 21. *Quid ſunt Principum Placita?*

R. Sunt conſtitutiones Principum, quæ animo condendi Legem ſunt promulgatæ, ſuper re, diſpoſitioni Principis ſubjecta. *h. §. 6. & L. 1. ff. de Conſtit. Princ. c. 6. de R. J. in 6.*

22. Quo-

22. *Quotuplices ſunt Conſtitutiones?*
R. Duplices: *Generales & Perſonales. h. §. 6. & d. L. 1.*

23. *Quæ ſunt Generales?*
R. Quæ omnes procul dubio tenent. *h. §. 6. & L. 3. C. de LL.*

24. *Quot illarum Species ſunt?*
R. Quatuor: 1. *Reſcriptum ſeu Epiſtola*, quando Princeps ſupplicantibus reſpondet; 2. *Decretum*, quando inter partes litigantes, cauſa cognita, pronunciat. 3. *Edictum*, quando proprio motu, omnibus ſubditis aliquid præcipit. *h. §. 6.* 4. *Mandatum*, quando certis perſonis quid injungit. *tot. tit. C. de Mand. Princ.*

25. *Quæ ſunt Conſtitutiones Perſonales?*
R. Quæ perſonam non egrediuntur. *h. §. 6. & L. 2. C. de LL. ſcil. quoad commodum, non vinculum.* Dicuntur alias *Privilegia.*

26. *Quotuplicia ſunt Privilegia?*
R. Duplicia: Alia *Realia*, quæ intuitu rei principaliter conceſſa; *v. gr. Collegio, ædibus, &c* Alia *Perſonalia*, quæ intuitu perſonæ data, *L. 196. de R. J.*

Digitized by Google

27. *Quomodo in effectu diſtinguuntur?*

R. *Realia* tranſeunt ad quoſc. poſſeſſores; *Perſonalia* vero cum perſona exſpirant. *d. L.* 196. *& L.* 68. *ff. Eod. L.* 1. *§.* 1. *ff. de Jur. Immun.*

28. *Qua ratione interpretanda Privilegia?*

R. Quatenus beneficium continent, latiſſime; *L. Beneficia* 3. *ff. de Conſtit. Princ.* modò voluntas Principis non excedatur *h. §.* 6. *ibi: non vult.* Quatenus vero in praejudicium tertii tendunt, ſtrictiſſime, *L.* 2. *§.* 10. *&* 16. *ff. Ne quid in Loc. publ.*

29. *Poteritne Princeps delicto leviori pœnam graviorem dictare?*

R. Aff. *h. §.* 6. *ibi: pœnam.* Si ſcilicet aliter tranquillitas publica, vel finis pœnarum obtineri nequeat. *L.* 28. *§.* 3. *ff. de Pœn.*

30. *An poteſt alicui ſine exemplo ſubvenire?*

R. Aff. In delictis *Jure humano* punitis, non *Jure Divino*, utpote ubi ceſſat Jus aggratiandi, prout intelligenda verba *fin. h. §.* 6. Judex tamen citra infamiam nequit eſſe durior aut mitior Lege. *L.* 8. *C. Ad L. Jul. de vi publ.*

31. *Qua Lege poteſtas ſtatuendi Principibus Romanis conceſſa?*

R. Lege Regia *h. §.* 6. *& L.* 1. *ff. de Conſtit. Princ.*

32. *Quid*

Digitized by Google

32. *Quid ergo eſt Lex Regia?*

R. Eſt conſtitutio populi Romani, qua *omne* imperium & poteſtas Principi & in Principem translata, *h. §. 6. & d. L. 1.* Quæ tamen initio vix Regia dicta.

33. *An itaque Princeps Legibus eſt ſolutus?*

R. Aff. Et quidem LL. divinis & naturalibus, tantum *quoad pœnam*, Civilem ſc. ſeu humanam; Legibus vero civilibus, tam quoad *pœnam*, quam *obligationem*; *L. 31. ff. de LL. §. ult. I. Quib. mod. Teſt. infirm.* Solent tamen his quoque ultro vivere Principes. *L. Digna vox. 4. C. de Leg.*

34. *Quæ ſunt Prætorum Edicta?* *Ad §. 7.*

R. Quæ Prætores pro ſua jurisdictione propoſuerunt, *h. §. 7. & L. 7. §. 1. ff. de J. & J.* Quorſum etiam Ædilium Curulium Edictum pertinet, de quo in *tit. ff. de Ædilit. Edict.*

35. *Eſtne Jus Prætorium, cum Jure Civili* proprie ſic dicto, *hodie confuſum?*

R. Aff. Quantum ad externam facultatem obligandi *L. 1. §. 6. C. de J. V. E.* non quantum ad qualitatem internam Juris Prætorii; Sic actiones Prætoriæ hodienum ſunt annales; Civiles vero perpetuæ. *L. In honorariis, 35. ff. de O. & A.*

Ad §. 8. 36 *Quæ ſunt Reſponſa Prudentum?*

R. Sententiæ & Opiniones eorum, quibus a Cæſare permiſſum fuit, de Jure reſpondere. *h.* §. *8.*

37. *Quam authoritatem habebant hæc Reſponſa?*

R. Non licebat Judici ab iis recedere, *h* § *8.*

38. *Quam hodie habent Reſponſa Facultatum Juridicarum?*

R. Eandem, ſi deſiderantibus partibus per *modum ſententiæ* reſpondeant, *Conſt. Crim. Art* 165. *verb.* und ſich darnach halten; Nullam vero, ſi per *modum conſilii* vel informationis; niſi, quod Judicem ab actione injuriarum; Litigantem vero a refuſione expenſarum liberent. *arg. L. Eum, quem temere.* 79. *ff. de Judic.*

Ad §. 9. 39 *Quid eſt Jus non Scriptum?*

R. Nihil aliud, quam conſvetudo, utpote, quæ ſemper ſine ſcriptura inducitur. L. 36. *ff de Leg.*

40 *Quid eſt Conſuetudo?*

R. Eſt Jus, tacito Summæ poteſtatis conſenſu, per diuturnos mores, introductum, *h.* §. *9.*

41. *Quæ*

41. *Quæ ſunt requiſita Conſuetudinis?*

R. *Quatuor:* (1) Rationabilitas, (2) tacitus Summæ poteſtatis conſenſus, (3) Actuum frequentia, (4) Temporis diuturnitas, *h.* § *9.* & *L.1. ac 2. C. Quæ ſit Long. Conſuet.*

42. *A quo probanda?*

R. Ab allegante *L.* 23. *C. de Probat.* Niſi ſit notoria: *arg. C.* 9. *X. de Accuſ.* ubi tamen, ſi negetur, quod ſit notoria, notorietas 10. teſtibus probanda, non veritas.

43 *Quis eſt effectus Conſuetudinis?*

R. Idem, qui eſt Legis novæ. *L.* 35. *ff. de LL.* Unde tollit priorem Legem, *L.* 32. *in f. ff. Eod.* interpretatur eandem. *L.* 37. *ff. Eod* &c.

44. *An Jus Civile mutari poteſt?* Ad §. 11.

R. Aff. *Jus* tamen *naturale*, proprie ſic dictum, in ſe immutabile eſt; *h.* §. 11. Licet ejus objectum & circumſtantiæ quandoque mutentur, iisque mox hæc, mox alia Juris naturæ Regula applicetur. *Exemplum in L. Minime.* 35. *ff. de Relig. & Sumt. fun.*

45. *Quot modis mutatur Jus Civile?*

R. *Vel* Conſvetudine contraria; *Vel*

Lege

Digitized by Google

Lege poſteriori. *h. §. 11. & L. ult. ff. de Conſt. Princ.*

46. ***Annon quoque deſuetudine vel non obſervantia tollitur?***

R. Neg. Nam leges ſemper loqui præſumuntur, niſi mutatio illarum doceatur. *L. Sancimus. 27. C. de Teſtam.*

Ad §. fin. 47. *Quodnam eſt Juris objectum?*

R. *Totale* ſunt negotia humana; *Partialia* vero ſunt Perſonæ, Res & Actiones. *h. §. fin. & L. 1. ff. de Stat. hom.*

TIT. III.
De
JURE PERSONARUM.

Ad pr. 1. ***Quare de Jure Perſonarum primo agit Imperator?***

R. Quia hominum cauſa omne Jus conſtitutum. *L. 2. ff. de Stat. hom. & §. fin. I. tit. præced.*

2 *Unde deſcendit Jus Perſonarum?*

R. Ex ſtatu hominum Civili, de quo proprie *in h. tit.* agitur.

3. ***Annon vero alius ſtatus hominum naturalis?***

R. Aff. Quem ſc. homines a natura habent, *Ariſt. 1. Pol. 10.*

4. Quo-

Digitized by Google

4. ***Quotuplices ſunt homines quoad Statum naturalem?***

R. Potiſſimum *duplices:* Alii maſculi ſunt, alii fœminæ. *L.* 9. *ff. h. t.* 2. Alii nati, alii naſcituri ſeu in utero, qui pro natis habentur, quoties de ipſorum favore agitur. *L. Qui in utero,* 7. *ff. h. t.* modo poſtea vivi naſcantur & perfecti. *L.* 3. *C. de poſthum. hæred. inſt.*

5. ***Quorſum autem referendi Hermaphroditi?***

R. Ad illum ſexum, qui prævalet, *L.* 10. *ff. h. t.* in dubio ad maſculinum.

6. *Quid eſt ſtatus hominum Civilis?*

R. Eſt conditio, quæ efficit, ut quis diverſo Jure communi cum alio utatur.

7. ***In quo conſiſtit*** Jus Commune?

R. In Jure connubiorum, Teſtamentorum & Contractuum.

8. *Quotuplex eſt Status Civilis?*

R. Triplex: *Libertatis, Civitatis, & Familiæ. L. ult. ff. de Capit. minut.*

9. *Quotuplices ſunt Perſonæ* quoad ſtatum Libertatis?

R. Omnes homines aut *Liberi* ſunt, aut *Servi; h. pr. & L 3. ff. h. t.*

10. *Quid*

Ad §. 1. 10. *Quid eſt Libertas?*

R. Eſt naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi quid vi aut jure prohibeatur. *h.* §. 1. Add. *L. Filius* 15. *ff. de Condit. Inſtit.*

Ad §. 2. & 3. 11. *Quid eſt Servitus?*

R. Eſt conſtitutio Juris Gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur. *h.* §. 2.

12. *Annon ergo dantur Servi a natura?*

R. *In ſenſu Civili* non, quatenus ſcil. ex Jure bellorum ortum traxit Servitus. §. 3. *h. t.* Bene tamen *in Senſu Ariſtotelico*, ſi per ſervum intelligas ſtupidum. *Ariſt.* 1. *Pol.* 3. & 4.

13. *Unde Servi appellati?*

R. Ex eo, quod Imperatores captivos vendere & per hoc *ſervare*, nec occidere ſolebant. §. 3. *h. t.*

Ad §. 4. 14. *Quomodo inducitur Servitus?*

R. *Vel* nativitate; *Vel* captivitate in juſto bello; *Vel* ſui venditione. *h.* §. 4. & *L.* 5. §. 1. *h. t.*

15. *An idem adhuc hodie obtinet?*

R. Neg. Sed hodie in bellis Chriſtianorum capti, vel facta permutatione, vel dato lytro, de quo ab initio interdum ſolet inter belligerantes conveniri, dimittuntur; Sie werden ranzioniret.

16. *Quid*

Digitized by Google

16. *Quid vero de hominibus propriis in aliquibus locis habendum?*

R. Illi, ratione glebæ & ſervitiorum inde Domino præſtandorum, pro Servis habentur, cæteroquin liberorum hominum jure gaudent. *Stamm. de Servit. Perſon. L. 3. c. 17.*

17. *Eſtne inter ſervos aliqua differentia?* *Ad §. fin.*

R. Quoad *ſtatum*, vel conditionem, nulla, *h. §. fin.* bene tamen quoad *officia* iis impoſita.

18. *Quid in liberis?*

R. Illorum alii *ingenui* ſunt, alii *Libertini*. Quod tamen diſcrimen poſtea ſublatum. *Nov. 78. c. 1.*

Tit. IV.
De
INGENUIS.

1. *Quis dicitur Ingenuus?* *Ad pr.*

R. QUi natus eſt ex matre, quæ *vel* conceptionis, *vel* partus, *vel* intermedio tempore libera fuit *h. pr.*

2. *An ergo partus ſequitur Matrem?*

R. Quoties extra juſtas nuptias naſcitur, *uti: ſi liber cum ancilla coierit, & vice verſa, L. 3. C. de Inceſt. nupt.* quoad ſtatum proprie ſic dictum, matrem ſequitur. *L. 24. ff. de ſtat. hom.*

3. *Quid*

Digitized by Google

3. *Quid ſi vero ex legitimo matrimonio partus ſit natus?*

R. Sequitur Patrem, tam quoad dignitatem, quam quoad ſtatum. *L.* 19. *ff. Eod.*

4. *Quare triplex tempus attenditur in Matre?*

R. Ob favorem partus, *L.* 7. *ff. Eod.* Et ne calamitas matris noceat ei, qui in utero eſt. *h. pr.*

5. *Quid ſi quis ſtatim poſt nuptias naſcatur, eritne legitimus?*

R. Aff. *arg. h. pr.* quia ſufficit, quod *tempore partus* verum adfuerit matrimonium *L. Nuper.* 11. *C. de Natur. liber.*

6. *Poteritne mulier prægnans torqueri, vel capitaliter puniri?*

R. Neg. *L.* 3. *ff. de Pœn. & L.* 18. *ff. de ſtat. hom.* quia hoc noceret partui. *arg. h. pr.* juramentum tamen deferri poſſet, ob ceſſantem rationem. *Mev. p.* 5. *dec.* 80.

Ad §. 1. 7. *Si ingenuus pro ſervo habitus & ita manumiſſus, officitne ei in Servitute fuiſſe?*

R. Neg. *h.* §. 1. quia veritas rerum erroribus geſtarum non vitiatur. *L. Illicitus.* 6. §. 1. *ff. de Offic. Præſ.*

Tit.

TIT. V.
De
LIBERTINIS.

1. Qui ſunt Libertini? *Ad pr.*

R. QUi ex juſta Servitute ſunt manumiſſi. *h. pr.*

2. Quid eſt Manumiſſio?

R. Eſt liberatio a poteſtate Dominica. *h. pr.*

3. Cujus Juris ſunt Manumiſſiones?

R. Juris Gentium, utpote cujus quoque ſunt ſervitutes, *h. pr.* Vid. *Tit.* 2. *h. Libr. qu.* 7.

4. Quot modis fit Manumisſio? *Ad§.1.*

R. Multis modis: *Inter vivos* ſolebat fieri aut in SS. Eccleſiis, *t. t. C. de his, qui in Eccleſ. manum.* aut vindicta, *L. ult. pr. C. de Emanc.* aut inter amicos, aut per epiſtolam. *h.* §. 1. & *L. un.* §. 1. & 2. *C. de Latin. libert. toll.* aut nominatione filii, §. *fin. I. de Adopt.* &c. *Mortis* vero *cauſa* per Teſtamentum aut Codicillum. *h.* §. 1.

5. Quot modis hodie dimittuntur homines proprii?

R. Etiam multis: *Vel* enim expreſſa Domini voluntate, *vel* tacita, *v. gr.* venditione fundi, *Mev. p.* 2 *dec.* 234. expulſione, *arg. L.* 2. *C. de infant. expoſ.* pluribusque aliis modis.

modis. Vid. *Huſan, de Homin. propr Cap.* 8.

Ad §. 2. 6. *Quando & ubi fieri poteſt Manumiſſio?*

R. Semper coram quoc. Judice, *h.* §. 2. Quia eſt actus voluntariæ jurisdictionis, *L.* 2. *ff. de Offic. Proconſ.* qui expeditur inter conſentientes.

Ad §. *fin.* 7. *Quotuplices olim erant Libertini?*

R. Triplices: Alii *Cives Romani*; Alii *Latini*; Alii *Dedititii.* Hodie ſunt omnes Cives Romani, *h.* § *fin.* ſalvo tamen Jure Patronatus. *Nov.* 78. *c.* 5.

TIT. VI.
QUI ET EX QUIBUS CAUSIS MANUMITTERE NON POSSUNT.

Ad pr. 1. *Qui poſſunt manumittere?*

R. OMnes, qui in ſpecie non prohibentur. *arg. L.* 43. §. 1. *ff. de procur.*

2. *Quinam vero prohibentur?*

R. 1. *Debitor*, qui ſolvendo non eſt & in fraudem Creditorum vult manumit

numittere. *h. pr.* 2. *Minor 20.* (poſtea 17.) annis, §. *fin. h t* niſi ex juſta cauſa cognita. §. 4. & 5. *h. t.*

3. *Quid ſi autem Servum hæredem inſtituiſſet Dominus?* *Ad §. 1. & 2.*

R. Hoc caſu, ſi nemo alius ex eo teſtamento hæres ſit, ſervus *indiſtincte* libertatem conſequitur. *h.* §. 1. & 2.

4. *Quis dicitur* in fraudem Creditorum *manumittere?* *Ad §. 3.*

R. Qui & *conſilium* fraudandi habuit, & re ipſa Creditores fraudavit *h.* §. 3 & *L.* 79. *de R. J.*

5. *Quot annorum hodie debet eſſe, qui vult manumittere?* *Ad §§. ſeqq.*

R. Quatuordecim, utpote, qua ætate quis poteſt teſtari. *Nov.* 119. *c.* 2.

6. *An idem erit in Nobilibus, ſi manumittere velint homines proprios?*

R. Aff. Si in *Teſtamento* manumittere velint, ſecus, ſi inter *vivos*: Tunc enim, ut majorennes ſint, requiritur.

7. *An Servus procuratoris habendi gratia juſte manumittitur?*

R. Aff. Modo non ſit minor 17. annis *h.* §. 5.

8. *Sed*

8. *Sed nonne 25. annorum debet eſſe Procurator?*

R. Ita communiter volunt, juxta *cap. 5. de Procur. in 6.* Quod ſi tamen contra Minorem non excipiatur, aut Adverſario non contingat præjudicium, admittendus Minor 25. annis, etiam in Judicio. Vid. Hillig. *ad Donell. L. 18. c. 3. lit. T.*

9. *Quid ſi cauſa, ob quam Servus manumiſſus, poſtea falſa deprehendatur?*

R. Non retractatur manumiſſio, *b.* §. 6. in favorem libertatis §. *fin. I. de Donat.*

Tit. VII.
De
LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDA.

1. *Quis ſenſus hujus tituli?*

R. Ut, quemadmodum inter vivos, ſic quoque in ultima voluntate liceat, quotcunque quis velit, manumittere.

Tit. VIII.
De
HIS, QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT.

1. *Quo-*

Digitized by Google

1. *Quotuplices ſunt Perſonæ* ratione Familiæ? *Ad pr.*

R Duplices: Quædam *ſui juris* ſunt, quædam *alieno juri ſubjectæ*, *h. pr. & L. 1. pr. ff. h. t.*

2. *Quæ ſunt alieno juri ſubjectæ?*

R. Quæ ſunt *vel* in poteſtate patria, *vel* in poteſtate Dominica. *h. pr.*

3. *Quænam ſunt in poteſtate Dominica?* *Ad §. 4.*

R. Servi, quod Juri Gentium conveniens *dd. text.*

4 *In quibus conſiſtebat olim Dominica poteſtas?*

R. Potiſſimum in duobus: (1) in jure vitæ & necis, (2) in acquiſitione omnium bonorum, quæ Servo ex licita cauſa obvenerunt. *h. §. 1. & L. 24. ff. de Acquir. poſſ.*

5. *An* jus vitæ et necis *diu fuit Romanis uſitatum?* *Ad § 5.*

R. Usque ad tempora Divi Antonini, qui eum, qui ſervum ſuum *ſine cauſa* occidit, non minus puniri juſſit, quam qui alienum. *h. §. 2.*

Digitized by Google

6. *Quid ſi ergo* præcedente cauſa *Servus occiſus, an hoc impune?*

R. Aff. Si cauſa juſta, *i. e.* talis, ob quam liber homo potuit occidi, *v. gr.* ſi Servus in facinore deprehenſus. *L.* 96. *ff. de V. O.* & *L.* 24. *pr. ff. Ad L. Jul. de Adult.*

7. *Annon autem Jus caſtigandi remanſit Dominis?*

R. Aff. Modo non immoderate illo utantur, *h.* §. 2. *L. un. C. de Emend. Serv.* Nam ſic amittunt jus ſuum.

8. *Quomodo amittunt?*

R. Ita, ut cogantur Servos ſuos bonis conditionibus, i. e. juſto pretio accepto, vendere. *h.* §. 2.

9. *Ergonè ad vendendum aliquis cogi poteſt?*

R. Regulariter non, *L.* 11. *C. de Contr. Emt.* niſi publica adſit utilitas vel neceſſitas.

10. *An in aliis quoque caſibus abuſus rei ſuæ poteſt probiberi?*

R. Aff. Expedit enim Reip. ne quis re ſua male utatur, *h.* §. 2. præprimis, ſi *abuſus* fuerit *enormis*, qui ſc. rei uſum penitus auferat e Rep.

11. *Quid ſi Servi ad ædem ſacram vel ſtatuam Principis confugiſſent?*

R. Ob

R. Ob jus aſyli, his locis conceſſum, tuti fuerunt adverſus *intolerabilem* ſævitiam Dominorum. *h.* §. 2.

12. *An delinquentibus quoque aſylum præbuerunt Ædes ſacræ?*

R. *Doloſe* delinquentibus non, bene tamen *caſu Exod.* 21. *v.* 14. & *Nov.* 17. *c.* 7. Apud Pontificios hodie indiſtincte, *c.* 6. X. *de Immun. Eccleſ.* apud Evangelicos communiter ſecus. *Philipp. Uſ. Pract. Inſt. L.* 1. *Eclog.* 42.

13. *Quid juris hodie competit in Servos noſtros?*

R. I. Poſſunt nonnihil liberius caſtigari. *arg. L. un. C. de Emend. Propinq.* modo abſit animus injuriandi, *Mev. ad Jus Lub. L.* 3. *Tit.* 8. *Art.* 10. *n.* 16. qui regulariter in Domino non præſumitur. *L.* 5. §. *f. ff. ad L. Aquil.* II. Acquirunt Dominis eousque, quousque operas ſuas locarunt; cætera ſibi retinent.

Tit. IX.
De PATRIA POTESTATE.

1. *Quinam ſunt in Patria Poteſtate?* *Ad pr.*

R. Liberi, qui vel ex *juſtis nuptiis* nati,

ti, vel *legitimati*, vel ab adſcendente aliquo *adoptati* ſunt. *h. pr. §. f. tit. ſeq. & pr. I. de Adopt.*

2. *An qui VII. vel VIII. menſe nati, ex juſtis nuptiis cenſentur nati?*

R. Aff. *L.* 12. *ff. de Stat. Hom.* cum etiam altero die nuptiarum nati pro talibus habeantur. *L.* 11. *C. de Natur. Liber.* Vid. *qu.* 5. *ſupr. de Ingen.* Idem de illis, qui initio undecimi menſis ſunt nati. *Nov.* 39. *c.* 2.

3. *Quid ſi vero Mater liberos, in matrimonio ſuſceptos, ſpurios aſſeveraſſet?*

R. Non præjudicat liberis hæc aſſeveratio. *L. Imperatores* 29. §. 1. *ff. de Probat. & L.* 11. §. 9 *ff. ad L. Jul. de adult.*

Ad § 2. 4. *Quid eſt Patria poteſtas?*

R. Jus Patri competens Liberis imperandi ad communem familiæ utilitatem.

5. *Cujus juris eſt hæc Poteſtas?*

R. Quoad *ſpecialiores* effectus eſt Juris Civilis. *h.* §. 2. *& L.* 3. *ff. de his, qui ſui vel al.* Alias in *genere* quoad obſequium imperandum, Juris Gentium & Naturæ, *L.* 2. *ff. de J & J.* & ſic quoque matri competit. *L.* 4. *ff. de Curat. Furioſ.*

6. *In quibus conſiſtit Patria Poteſtas?*

R. Sublato jure vitæ & necis, *L. ult. C. de Patr. pot.* hodie conſiſtit (1) in moderata

rata caſtigatione, *L. 3. C. Eod. L. 5. ff. Ad L. Pompej. de Parric.* (2) in acquiſitione bonorum, quæ filio obveniunt, pro ratione peculiorum. *t. t. I. Per quas perſ. cuique acqu.*

7. In cujus poteſtate eſt Nepos? *Ad §. fin.*

R. In poteſtate Avi Paterni, ſi hic filium habeat in ſua poteſtate, §. *fin. h. t.* Hodie in poteſtate ſui Patris.

Tit. X.
De NUPTIIS.

1. *Quænam eſt* prima cauſa *acquirendi Patriam poteſtatem?* *Ad Rubr.*

R. Juſtæ Nuptiæ, quas præcedere ſolent ſponſalia. *L. 9. ff de Sponſal.*

2. Quid ſunt Sponſalia?

R. Sunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *L. 1. ff. Eod.*

3. Quotuplicia ſunt?

R. Jure Canonico *alia* ſunt de præſenti, *alia* de futuro. *c. pen. X. Eod.*

4. Quæ ſunt Sponſalia de Præſenti?

R. Quæ puro & ſimplici conſenſu contrahuntur, dilata ſolum benedictione Sacerdotali.

Digitized by Google

5. *Differuntne hæc Sponſalia hodie a Nuptiis?*

R. Aff. Quia, nuptiis contractis, Conjuges conſequuntur jus in corpus alterius, 1. *Cor.* 7. §. 4. quod ſecus Sponſalibus celebratis. *Breviter:* Sponſalia de præſenti ſunt *inſtar emptionis;* nuptiæ, *inſtar traditionis.*

6. *Quæ ſunt Sponſalia de futuro?*

R. Quæ conſenſu, in certum eventum ſuſpenſo, contrahuntur.

7. *Quotupliciter ſuſpenditur conſenſus?*

R. Ob conditionem vel expreſſam, vel tacitam, utpote, ſi impuberes contraxerint ſponſalia, *t. t. X. de Deſponſ. impuber.*

8. *An ſubſiſtunt Sponſalia ſub quacunque conditione contracta?*

R. Aff. de conditione honeſta. *c.* 5. *X. de Condit. appoſ.* Turpis, *ſi ipſum matrimonium concernat*, vitiat ſponſalia. *C. ult. X. eod.* Sicut & impoſſibilis, niſi Judex aliud arbitretur.

9. *Quotuplicia porro ſunt Sponſalia?*

R. Alia *Publica*, alia *Clandeſtina.*

10. *Quæ ſunt Sponſalia Publica?*

R. Quæ conſenſu Parentum coram Teſtibus ſunt contracta.

11 *Quæ Clandeſtina?*

R. Quæ vel absque teſtibus, vel ſine conſenſu Parentum inita; quæ

quæ cum contra LL. ſint, regulariter nulla ſunt *L. Non dubium* 5. *C. de LL.*

12. *In quo conſiſtit Forma Sponſaliorum?*

R. In conſenſu contrahentium, *L. 4. & 11. ff. de Sponſal.* & Parentum. *L. 7. §. 1. ff. Eod.*

13. *Requiriturne expreſſus contrahentium conſenſus?*

R. Sufficit etiam tacitus, *L.* 12. *ff. Eod.* Unde, qui mutus & ſurdus ſimul eſt, Sponſalia contrahere poteſt, *c.* 23. X. *Eod.* modo indicia conſenſus ſint certa.

14. *Quid ſi Virgo ambigue reſponderit:* Iſts auch Fragens werth?

R. Non videntur contracta Sponſalia. *Carpz. p.* 4. C. 20. *def.* 9. Quod procedit in Virgine parentibus orbata, utpote cujus clarior requiritur conſenſus; non alia.

15. *An ex annulo dato præſumuntur Sponſalia?*

R. Neg. niſi præceſſerit tractatio Sponſalitia. *c.* 10. X. *de Sentent. & re jud.* aut more Regionis aliud ſit receptum.

16. *Licetne bina Sponſalia contrahere?*

R. Neg. ſub pœna infamiæ. *L.* 1. *ff. de his, qui not. infam.*

17. *Quid ſi contracta, quæ præferuntur?*

R. Publica clandeſtinis; Pura conditio-

 nali-

Digitized by Google

nalibus, *c.* 2. X. *de Sponſal.* Publica priora publicis poſterioribus, *d. c.* 22. *&* *c.* 30. X. *Eod.*

18. *Quid ſi cum una Sponſa cohabitaverit Sponſus?*

R. Sic, ſi antea conditionalia fuerunt, nunc facta ſunt pura, ſi antea clandeſtina, nunc publica *dd. text.* Videndum igitur erit in concurſu aliorum Sponſaliorum, quo tempore acceſſerit copula.

19. *Quid ſi utraque Sponſalia publice & pure contracta; ad poſteriora vero acceſſerit benedictio Sacerdotalis?*

R. *Ex æquitate* præferenda poſteriora; In *puncto* vero *Juris* adhuc priora, *d. c.* 30. Quia benedictio Sacerdotalis acceſſit ad rem LL. prohibitam.

20. *Poſſuntne Sponſalia de præſenti ex certis cauſis diſſolvi?*

R. Non facile. Quod ſi tamen non poſſint partes reconciliari & cauſa adſit *graviſſima*, interdum a Magiſtratu concedi ſolet diſſolutio. *arg. c.* 17. *X. de Sponſal.*

21. *Quæ ſunt ejusmodi cauſæ?*

R. *Variæ*, quæ prudentis Judicis diſcretioni relinquuntur. Huc referunt concubinatum unius perſonæ deſponſatæ cum alia extranea; *Carpz. in Juriſpr Eccleſ. L.* 2. *def.* 118. Vitia, quæ obſtant, cohabitationi, inimicitiam irreconciliabilem, &c. *Vid. Mev p.* 4. *dec.* 43.

22. *Quid*

Digitized by Google

22. *Quid ſunt Nuptiæ?* *Ad pr.*

R. Sunt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſvetudinem continens. §. *1. ſupr. de Patr. Pot. Vid. L. 1. ff h. t.*

23. *Annon Nuptiæ ſunt Contractus?*

R. Neg. Quia in illis non eſt res ad commercium habilis: Unde nec actionem ſui nominis producunt, ſicut ſolent Contractus nominari.

24. Quæ perſonæ *juſtas contrahunt Nuptias?*

R. Cives Romani puberes, qui neque ob conſangvinitatem, neque ob affinitatem, aut aliam cauſam conjungi vetantur *h. pr.*

25. *An ergo Peregrini a jure connubiorum excluduntur?*

R. Aff. Quantum ſc. ad *effectus*, qui Jure Civili ex juſtis nuptiis oriuntur. Hodie non, an peregrinus, ſed Chriſtianus aliquis ſit, attendimus. *L. 6. C. de Jud. & Cœlic.*

26. *Quid de ſervis dicendum?*

R. Olim *contubernium* dicebantur contrahere. *L. 3. C. de inceſt. Nupt.* Hodie ſublata Servitute, verum matrimonium. *t. t.* X. *de Conjug. Ser.*

Digitized by Google

6. *Quid ſi ergo* præcedente cauſa *Servus occiſus, an hoc impune?*

R. Aff. Si cauſa juſta, *i. e.* talis, ob quam liber homo potuit occidi, *v. gr.* ſi Servus in facinore deprehenſus. *L.* 96. *ff. de V. O. & L.* 24. *pr. ff. Ad L. Jul. de Adult.*

7. *Annon autem Jus caſtigandi remanſit Dominis?*

R. Aff. Modo non immoderate illo utantur, *h.* §. 2. *L. un. C. de Emend. Serv.* Nam ſic amittunt jus ſuum.

8. *Quomodo amittunt?*

R. Ita, ut cogantur Servos ſuos bonis conditionibus, i. e. juſto pretio accepto, vendere. *h.* §. 2.

9. *Ergone ad vendendum aliquis cogi poteſt?*

R. Regulariter non, *L.* 11. *C. de Contr. Emt.* niſi publica adſit utilitas vel neceſſitas.

10. *An in aliis quoque caſibus abuſus rei ſuæ poteſt prohiberi?*

R. Aff. Expedit enim Reip. ne quis re ſua male utatur, *h.* §. 2. præprimis, ſi *abuſus* fuerit *enormis*, qui ſc. rei uſum penitus auferat e Rep.

11. *Quid ſi Servi ad ædem ſacram vel ſtatuam Principis confugiſſent?*

R. Ob

Digitized by Google

R. Ob jus aſyli, his locis conceſſum, tuti fuerunt adverſus *intolerabilem* ſævitiam Dominorum. *h.* §. 2.

12. *An delinquentibus quoque aſylum præbuerunt Ædes ſacræ?*

R. *Doloſe* delinquentibus non, bene tamen *caſu Exod.* 21. *v.* 14. & *Nov.* 17. *c.* 7. Apud Pontificios hodie indiſtincte, *c.* 6. X. *de Immun. Eccleſ.* apud Evangelicos communiter ſecus. *Philipp. Uſ. Pract. Inſt. L.* 1. *Eclog.* 42.

13. *Quid juris hodie competit in Servos noſtros?*

R. I. Poſſunt nonnihil liberius caſtigari. *arg. L. un. C. de Emend. Propinq.* modo abſit animus injuriandi, *Mev. ad Jus Lub. L.* 3. *Tit.* 8. *Art.* 10. *n.* 16. qui regulariter in Domino non præſumitur. *L.* 5. §. *f. ff. ad L. Aquil.* II. Acquirunt Dominis eousque, quousque operas ſuas locarunt; cætera ſibi retinent.

Tit. IX.
De
PATRIA POTESTATE.

1. *Quinam ſunt in Patria Poteſtate?* *Ad pr.*

R. Liberi, qui vel ex *juſtis nuptiis* na-

ti, vel *legitimati*, vel ab adſcendente aliquo *adoptati* ſunt. *h. pr. §. f. tit. ſeq. & pr. I. de Adopt.*

2. *An qui VII. vel VIII. menſe nati, ex juſtis nuptiis cenſentur nati?*

R. Aff. *L. 12. ff. de Stat. Hom.* cum etiam altero die nuptiarum nati pro talibus habeantur. *L. 11. C. de Natur. Liber.* Vid. *qu. 5. ſupr. de Ingen.* Idem de illis, qui initio undecimi menſis ſunt nati. *Nov. 39. c. 2.*

3. *Quid ſi vero Mater liberos, in matrimonio ſuſceptos, ſpurios aſſeveraſſet?*

R. Non præjudicat liberis hæc aſſeveratio. *L, Imperatores 29. §. 1. ff. de Probat. & L. 11. §. 9 ff. ad L. Jul. de adult.*

Ad §2. 4. *Quid eſt Patria poteſtas?*

R. Jus Patri competens Liberis imperandi ad communem familiæ utilitatem.

5. *Cujus juris eſt hæc Poteſtas?*

R. Quoad *ſpecialiores* effectus eſt Juris Civilis. *h. §. 2. & L. 3. ff. de his, qui ſui vel al.* Alias in *genere* quoad obſequium imperandum, Juris Gentium & Naturæ, *L. 2. ff. de J & J.* & ſic quoque matri competit. *L. 4. ff. de Curat. Furioſ*

6. *In quibus conſiſtit Patria Poteſtas?*

R. Sublato jure vitæ & necis, *L. ult. C. de Patr. pot.* hodie conſiſtit (1) in moderata

rata caſtigatione, *L. 3. C. Eod. L. 5. ff. Ad L. Pompej. de Parric.* (2) in acquiſitione bonorum, quæ filio obveniunt, pro ratione peculiorum. *t. t. I. Per quas perſ. cuique acqu.*

7. In cujus poteſtate eſt Nepos? *Ad §. fin.*

R. In poteſtate Avi Paterni, ſi hic filium habeat in ſua poteſtate, *§. fin. h. t.* Hodie in poteſtate ſui Patris.

Tit. X.
De NUPTIIS.

1. *Quænam eſt* prima cauſa *acquirendi Patriam poteſtatem?* *Ad Rubr.*

R. Juſtæ Nuptiæ, quas præcedere ſolent ſponſalia. *L. 9. ff de Sponſal.*

2. *Quid ſunt Sponſalia?*

R. Sunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. *L. 1. ff. Eod.*

3. *Quotuplicia ſunt?*

R. Jure Canonico *alia* ſunt de præſenti, *alia* de futuro. *c. pen. X. Eod.*

4. *Quæ ſunt Sponſalia de Præſenti?*

R. Quæ puro & ſimplici conſenſu contrahuntur, dilata ſolum benedictione Sacerdotali.

5. *Differuntne hæc Sponſalia hodie a Nuptiis?*

R. Aff. Quia, nuptiis contractis, Conjuges conſequuntur jus in corpus alterius, 1. *Cor.* 7. §. 4. quod ſecus Sponſalibus celebratis. *Breviter:* Sponſalia de præſenti ſunt *inſtar emptionis;* nuptiæ, *inſtar traditionis.*

6. *Quæ ſunt Sponſalia de futuro?*

R. Quæ conſenſu, in certum eventum ſuſpenſo, contrahuntur.

7. *Quotupliciter ſuſpenditur conſenſus?*

R. Ob conditionem vel expreſſam, vel tacitam, utpote, ſi impuberes contraxerint ſponſalia, *t. t. X. de Deſponſ. impuber.*

8. *An ſubſiſtunt Sponſalia ſub quacunque conditione contracta?*

R. Aff. de conditione honeſta. *c.* 5. *X. de Condit. appoſ.* Turpis, *ſi ipſum matrimonium concernat*, vitiat ſponſalia. *C. ult. X. eod.* Sicut & impoſſibilis, niſi Judex aliud arbitretur.

9. *Quotuplicia porro ſunt Sponſalia?*

R. Alia *Publica*, alia *Clandeſtina.*

10. *Quæ ſunt Sponſalia Publica?*

R. Quæ conſenſu Parentum coram Teſtibus ſunt contracta.

11. *Quæ Clandeſtina?*

R. Quæ vel absque teſtibus, vel ſine conſenſu Parentum inita; quæ

quæ cum contra LL. ſint, regulariter nulla ſunt *L. Non dubium 5. C. de LL.*

12. ***In quo conſiſtit Forma Sponſaliorum?***

R. In conſenſu contrahentium, *L. 4. & 11. ff. de Sponſal.* & Parentum. *L. 7. §. 1. ff. Eod.*

13. ***Requiriturne expreſſus contrahentium conſenſus?***

R. Sufficit etiam tacitus, *L. 12. ff. Eod.* Unde, qui mutus & ſurdus ſimul eſt, Sponſalia contrahere poteſt, *c.* 23. X. *Eod.* modo indicia conſenſus ſint certa.

14. ***Quid ſi Virgo ambigue reſponderit: Iſts auch Fragens werth?***

R. Non videntur contracta Sponſalia. *Carpz. p.* 4. *C.* 20. *def.* 9. Quod procedit in Virgine parentibus orbata, utpote cujus clarior requiritur conſenſus; non alia.

15. ***An ex annulo dato præſumuntur Sponſalia?***

R. Neg. niſi præceſſerit tractatio Sponſalitia. *c.* 10. X. *de Sentent. & re jud.* aut more Regionis aliud ſit receptum.

16. ***Licetne bina Sponſalia contrahere?***

R. Neg. ſub pœna infamiæ. *L.* 1. *ff. de his, qui not infam.*

17. ***Quid ſi contracta, quæ præferuntur?***

R. Publica clandeſtinis; Pura conditio-

 nali-

nalibus, *c.* 2. X. *de Sponſal.* Publica priora publicis poſterioribus. *d. c.* 22. & *c.* 30. X. *Eod.*

18. *Quid ſi cum una Sponſa cohabitaverit Sponſus?*

R. Sic, ſi antea conditionalia fuernnt, nunc facta ſunt pura, ſi antea clandeſtina, nunc publica. *dd. text.* Videndum igitur erit in concurſu aliorum Sponſaliorum, quo tempore acceſſerit copula.

19. *Quid ſi utraque Sponſalia publice & pure contracta; ad poſteriora vero acceſſerit benedictio Sacerdotalis?*

R. *Ex æquitate* præferenda poſteriora; In *puncto* vero *Juris* adhuc priora, *d. c.* 30. Quia benedictio Sacerdotalis acceſſit ad rem LL. prohibitam.

20. *Poſſuntne Sponſalia de præſenti ex certis cauſis diſſolvi?*

R. Non facile. Quod ſi tamen non poſſint partes reconciliari & cauſa adſit *graviſſima*, interdum a Magiſtratu concedi ſolet diſſolutio. *arg. c.* 17. *X. de Sponſal.*

21. *Quæ ſunt ejusmodi cauſæ?*

R. *Variæ*, quæ prudentis Judicis diſcretioni relinquuntur. Huc referunt concubinatum unius perſonæ deſponſatæ cum alia extranea; *Carpz. in Juriſpr Eccleſ. L.* 2. *def.* 118. Vitia, quæ obſtant, cohabitationi, inimicitiam irreconciliabilem, &c. *Vid. Mev p.* 4. *dec.* 43.

22. *Quid*

Digitized by Google

22. *Quid ſunt Nuptiæ?* *Ad pr.*

R. Sunt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſvetudinem continens. §. *1. ſupr. de Patr. Pot. Vid. L. 1. ff h. t.*

23. *Annon Nuptiæ ſunt Contractus?*

R. Neg. Quia in illis non eſt res ad commercium habilis: Unde nec actionem ſui nominis producunt, ſicut ſolent Contractus nominari.

24. Quæ perſonæ *juſtas contrahunt Nuptias?*

R. Cives Romani puberes, qui neque ob conſangvinitatem, neque ob affinitatem, aut aliam cauſam conjungi vetantur *h. pr.*

25. *An ergo Peregrini a jure connubiorum excluduntur?*

R. Aff. Quantum ſc. ad *effectus*; qui Jure Civili ex juſtis nuptiis oriuntur. Hodie non, an peregrinus, ſed Chriſtianus aliquis ſit, attendimus. *L. 6. C. de Jud. & Cælic.*

26. *Quid de ſervis dicendum?*

R. Olim *contubernium* dicebantur contrahere. *L. 3. C. de inceſt. Nupt.* Hodie ſublata Servitute, verum matrimonium. *t. t. X. de Conjug. Ser.*

 27. *Quot*

Digitized by Google

27. *Quot annorum debet eſſe, qui vult contrahere matrimonium?*

R. *Jure Civili*, maſculi 14. fœminæ 12. *h. pr. Jure Canon. & moribus* ad potentiam generandi reſpicitur, & an quis in eo ſtatu ſit, ut uxorem alere poſſit. *Vid. c. 3. & 9. X. de Deſponſ. impub.*

28. Quomodo *juſtæ nuptiæ contrahuntur?*

R. Si non ſolum conſentiant contrahentes, *L. 11. ff. de Sponſ. & c. 14. X. Eod.* ſed quoque Parentes, in quorum poteſtate ſunt. *h. pr. & L. 2. ff. h. t.* Vid. *qu. 11. h. tit.* niſi hi ob furorem impediantur conſentire. *h. pr.*

29. *Quid ſi metu fuerint contractæ?*

R. Ipſo jure nullæ ſunt: *L. 134. pr. in f. ff. de V. O. & c. 14. X. de Sponſal.* niſi metus per ſubſequentem conſenſum purgatus, *c. 21. X. Eod.* aut reverentialis fuerit. *L. 22. ff. h. t.* & ad hunc non facti ſimul metus acceſſerit, *L. 12. C. h. t.*

30. *An error quoque vitiat matrimonium?*

R. Aff. *arg. L. 15. ff. de Jurisd.* Si ſc. circa perſonam commiſſus. *c. 26. X. de Sponſal.* aut ſtatum vel conditionem, *c. 2. X. de Conjug. Serv.* aut

Digitized by Google

aut qualitatem virginalem *Nov. Leon.* 93. *Carpz Juriſpr. Eccleſ. L.* 2. *def.* 39. Secus, ſi circa nomen *L.* 9. §. 1. *ff. de contrab. Emt.* vel bona corporis, animi aut fortunæ *c. un.* XXIX. *q* 1.

31. *Quid ſi in furore contractum matrimonium?*

R. Vitiatur; ſecus eſt, ſi furor ſupervenerit. *L.* 16. §. 2. *ff. h. t.* Quamvis & hoc caſu Sponſalia diſſolvi poſſint, ſi nulla ſpes recuperandæ ſanitatis. *Carpz. d. l. def.* 182. *& ſeq.*

32. *An conſenſus Matris ad nuptias neceſſarius?*

R. Jure Civili non, *h. pr. &* §. 10. *infr. de Adopt* bene tamen moribus, prævalente nihilominus conſenſu patris. *Carpz. d. l. def.* 44. *n.* 16.

33. *Quid ſi Pater, contractis demum nuptiis, conſentiat?*

R. Sic non prius, quam ab hoc tempore nuptiæ ſunt legitimæ. *h. pr. & L.* 13. §. 6. *in fin. ff. de Adult.* Licet hodie verius, retrotrahi tunc conſenſum ad inchoatas nuptias.

34. *Quid ſi ſine cauſa nolit conſentire Pater?*

R. Judex adeundus, ut ſuppleat conſenſum. *L.* 19. *ff. h. t.*

35. *An Benedictio Sacerdotalis præciſe requiritur ad nuptias?*

 R. Neg.

Digitized by Google

R. Neg. de Jure Civili, *arg L. 30. de R. J.* Aff. de Jure Canonico, *c. 4. III. qu. 4. & c. 1. XXX. qu. 5. quod mores ſequuntur.*

36. *Quid ſi ante illam cohabitaverint Perſonæ deſponſatæ, an ad Pœnitentiam Eccleſiaſticam tenentur?*

R. Remittenda videtur, ob favorem matrimonii. *Carpz. d. l. Lib. 3. def.* 88. niſi vita ante acta aliud exigat.

Ad §. 1. & ſeqq. 37. *Quid eſt Conſangvinitas*, ob quam primo nuptiæ prohibentur?

R. Eſt vinculum perſonarum, ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum.

38. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: 1. *Vera*, quæ ex qualic. ſangvinis communione oritur; 2. *Ficta*, quæ LL. inducitur, utpote per adoptionem, & quod quis aliquem ex ſacro fonte levaverit. *t. t. X. de Cognat. Spirit.*

39. *Unde cognoſcitur propinquitas vere Conſangvineorum?*

R. Ex Computatione Graduum.

40. *Quid in hac inſtituenda obſervandum?*

R. Tria: (1) Ratio collocandi per-

Digitized by Google

perſonas, (2) Linearum diverſitas, (3) Ipſa graduum numeratio.

41. *Qua ratione collocandæ Perſonæ?*

R. Inchoando a Perſona, de cujus cognatione quæritur, omnes perſonæ intermediæ, quæ a ſe invicem generatæ, ac linea recta conjungi poſſunt, ordine ſunt locandæ, donec perveniatur ad alteram perſonam, de qua quæritur.

42. *Quid eſt Linea?*

R. Eſt ſeries perſonarum, ab invicem deſcendentium.

43 *Quotuplex eſt?*

R. Triplex: 1. *Aſcendens*, quæ continet perſonas, a quibus nos generati; 2. *Deſcendens*, quæ continet perſonas, quæ a nobis generatæ; 3. *Collateralis*, quæ continet perſonas e latere oppoſitas, quæ ſc. non ab invicem generatæ, in uno tamen ſtipite concurrunt. *pr. I. de Grad. Cogn.*

44 *Quotuplex eſt Linea Collateralis?*

R. Vel *Æqualis*, quando utraque

perſona æqualiter diſtat a communi ſtipite: Vel *inæqualis*, quando inæqualiter.

45. Quid eſt Gradus?

R. Eſt diſtantia unius perſonæ ab alia per generationem facta. *L. fin. §. 9. in fin. ff. de Grad. & Affin.*

46. Quomodo numerantur Gradus?

R. Vel ſecundum *Jus Civile*; Vel ſecundum *Jus Canonicum.*

47. Quæ eſt computatio Juris Civilis?

R. Quæ tot gradus conſtituit, quot ſunt generationes, ſeu lineæ rectæ. *§. 7. I. de Grad. Cognat.*

48. Quænam Juris Canonici?

R. Quæ tot gradus conſtituit, quot ſunt generationes ab uno latere; Et quidem longiori, ſi latera inæqualia. *c. 3. X. de Conſang.*

49. Quam Computationem hodie ſequimur?

R. *Juris Canonici* in matrimonialibus, *Carpz. in Jurispr. Eccl. L. 2. def. 75. Juris Civilis* vero in Succeſſionibus ab inteſtato, ceteriſque omnibus caſibus.

50. Ad

50. Ad quem uſque gradum nuptiæ ſunt prohibitæ?

R. *In Linea Aſcendente & Deſcendente* in infinitum, §. *1 h. t.* In Linea *Collaterali* Jure Civili uſque ad quartum gradum ſuæ computationis excluſive, §. *4. h. t.* Jure Canonico uſque ad quartum gradum incluſive, *c. f. X. de Conſang. & Aſſin.* niſi utroque caſu reſpectus adſit Parentelæ. § *3. & 5. h. t.*

51. Quando adeſt reſpectus Parentelæ?

R. Quando una ex perſonis conjungendis immediate ſubeſt ſtipiti; Tunc enim hæc perſona alteri remotiori eſt Parentis loco. *arg. §. 3. & 5. I. h. t.*

52. Quousque moribus matrimonium contrahere licet?

R. Variant hic mores: in Saxonia, Pomerania & Boruſſia tertius gradus lineæ æqualis permittitur, non etiam inæqualis. *Jus Pruten. L. 2. Tit. 2. art. 1. in f. Sithm. in Arbor. Conſang. C. 5. n. 43. ſeqq.* In Marchia Bran-

denb.

denb. tertius quoque gradus lineæ æqualis prohibetur. *Ordin. Conſiſt. tit. 58.* In aliis locis aliter.

53. *Annon in aliquibus horum graduum licita Diſpenſatio?*

R. Aff. In illis ſc. qui Jure humano ſunt prohibiti, non, qui Jure Divino, *c 13. X. de Reſtit. Spoliat.* de quibus conſulendum *Levit. c. 18.*

54. *An Perſonæ in* d. Levit. *c.* 18. *expreſſæ tantum ſunt prohibitæ matrimonio jungi, an etiam illæ, quæ in ſimili ſunt gradu?*

R. Aff. poſterius, quia in genere prohibetur, ne quis accedat ad carnem carnis ſuæ. *Gerhard. in Loc. de Conjug.* §. *275.*

55. *An Ficta conſangvinitas, quæ oritur ex adoptione, impedit matrimonium?*

R. Aff. Et quidem ſi perſonæ Parentum liberorumve loco ſibi per adoptionem eſſe cœperint, *indiſtincte.* §. *1. h. t.* ſi fratrum ſororumque loco, durante ſaltem adoptione §. *2. h. t.* Quod hodie vix attenditur.

56. *An idem in Cognatione Spirituali?*

R. Hæc Jure Civili & Canonico impediebat matrimonium; *L. 26. in f. C. de Nupt. & t. t. X. de Cognat. Spirit.* hodie vero non. *B. Brunnem. ad d. L. 26.*

57. *Quid*

57. *Quid eſt Affinitas*, ob quam ſecundo prohibentur Nuptiæ? *Ad §. 6. & ſeqq.*

R. Eſt conjunctio diverſarum Cognationum per nuptias: Et quidem *legitimas* de Jure Civili, *L.* 4. §. 8. *ff. de Grad. & Affin.* de Jure vero Canonico etiam *illegitimas. c. pen. X. de Eo, qui dux in ux. quam adult. poll.*

58. *Danturne Gradus Affinitatis?*

R. Non de Jure Civili, *d. L.* 4. §. 5. bene tamen Canonico, quod in Praxi ſequimur.

59. *Quid in Computatione Graduum Affinitatis obſervandum?*

R. Rite collocatis perſonis (1) attendendum, *an ſint Affines*, (2) *quoto genere* ſint, & (3) *quoto gradu*?

60. *Qua ratione hic collocandæ perſonæ?*

R. Eodem modo, quo in Conſangvinitate, niſi quod Confuſionis vitandæ cauſa, quoties matrimonium intercedit, illud linea incurvata ◡ poſſit notari.

61. *Unde cognoſco, an ſint affines?*

R. Quoties matrimonium eſt inter diver-

diverſas cognationes, *ſeu* duabus lineis rectis incluſum, toties non ſunt Affines. *c. 5. X. de Conſang*

62. Quot ſunt genera Affinitatis?

R. Tria: *Primum*, *Secundum & Tertium:* Quoties enim perſonæ Affini, alia perſona matrimonio jungitur, toties novum Genus affinitatis conſtituitur, & ſic, vel ſecundum, vel tertium.

63. Unde ſcio, quoto gradu ſint primi generis Affines?

R. Quoto gradu perſona affinis uni Conjugum juncta eſt Conſangvinitate, toto gradu alteri juncta eſt affinitate. *c. 3. XXXV. q. 5.*

64. Quousque matrimonium prohibitum eſt in Affinitate?

R. *In primo genere* iidem gradus prohibiti in affinitate, qui in conſangvinitate; *In ſecundo genere* matrimonium eſt permiſſum, *c. pen. X. de Conſang.* niſi adſit reſpectus Parentelæ. *L. 15. ff h. t. & h. §. 6. & 7.*

65. An inter Comprivignos licitæ ſunt nuptiæ?

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. *§. 8. h. t. & L. 34. §. 2. ff. Eod.* etiamſi frater communis extet *dd. text.* quod praxis ſequitur. *Carpz. Juriſpr. Eccleſ. L. 2. def. 105.*

66. Licetne duas uxores habere?

R. Non, eodem tempore, *h. §. 6. & 7.* Sub pœna infamiæ, *l. 2. C. de Inceſt. Nupt* ſtupri, *l. 18. C. ad L. Jul. de Adult.* imo hodie, capitis. *Conſt. Crim. art. 121.* bene tamen diverſo.

67. *An aliquis Sponſam Patris aut filii in uxorem ducere poteſt?* *Ad §. 9.*

R. Neg. *h.* §. 9. præſertim ſi crebra fuerit Sponſi cum Sponſa converſatio, niſi juraverit Sponſa, nullam corporum conjunctionem interceſſiſſe.

68. *An cognationes ſtatu ſervili contractæ impediunt nuptias?* *Ad §. 10.*

R. Aff. Quia in contrahendis nuptiis ſemper naturale jus & pudor inſpicitur. *L. 14. §. 2. h. t.*

69. *An præter Conſangvinitatem & Affinitatem* aliæ cauſæ *ſint*, quæ impediunt nuptias? *Ad §. 11.*

R. Aff. *h.* §. 11. Sic tutor nequit ducere pupillam, *L. 36. h. t. & tot. tit. C. de interd. matr. int. pupill.* Raptor raptam,

L. un.

Digitized by Google

L. un. C. de Rapt. Virg. Quod tamen Jure Canonico & moribus mutatum. *c. pen. & ult. X. de Raptor. &c.*

70. *An Adulter poteſt ducere Adulteram?*

R. Neg. de Jure Civili, *L. 13. ff. de his, quæ ut indign.* Aff. de Jure Canon. & moribus, niſi adulterium cum promiſſione matrimonii vel inſidiis vitæ ſtructis conjunctum. *C. Significaſti. 6. X. de Eo, qui dux. in ux. quam adult. poll.*

Ad §. 71. *Quid ſi quis prohibitas contraxerit*
12. *nuptias?*

R. Matrimonium eſt ipſo jure nullum. *h. §. 12. & L. 5. C. de LL.* adeoque liberi inde nati ſunt illegitimi. *h. §. 12.*

72. *Annon alia eſt pœna inceſtarum nuptiarum?*

R. Aff. Si enim in *Linea Aſcendente vel Deſcendente* contractæ, pœna obtinet capitalis; *Si in Linea collaterali* in ſecundo gradu, pœna fuſtigationis cum perpetua relegatione; *Si in aliis gradibus*, mitior. *Carpz. Pr. Crim. qu. 72. & ſeqq.*

Ad §. 73. *Quænam eſt* ſecunda cauſa *Patriæ*
fin. *Poteſtatis?*

R. Legitimatio. *h. §. fin.*

74. *Quid*

Digitized by Google

74. Quid eſt Legitimatio?

R. Eſt actus, quo liberi illegitimi (olim ſaltem naturales,) fiunt legitimi. *d. §. fin. & c. 13. Qui fil. ſunt legit.*

75. Quot modis fit Legitimatio?

R. *Tribus:* (1) Per ſubſequens matrimonium, (2) Per Reſcriptum Principis, & (3) Per oblationem Curiæ, qui modus hodie exolevit.

76. Quomodo fit per ſubſequens matrimonium?

R. Quando quis illam in uxorem ducit, ex qua prolem ſuſcepit, & cum qua matrimonium contrahere potuit. *h. §. fin.*

77. Quid ſi in articulo mortis contractum matrimonium an effectum habet legitimandi?

R. Aff. modo ſenſus nondum defecerint. *arg. L.* 30. *de R. J & L.* 11. *C. de Natur. liber.*

78. An inſtrumenta dotalia requiruntur ad Legitimationem per ſubſeq. matrimonium?

R. Aff. *h. §. fin & L.* 5 6. 10. & 11. *C. Eod.* ut de naturali affectione poſſit conſtare;

ſtare; quod tamen hodie ſecus. *Dd. ad h. §.*

79. *Quid juris conſequuntur Liberi per ſubſequens matrim. legitimati?*

R. Idem juris, quod Liberi legitime nati. *Nov. 89. c. 8. & c. Tanta 6. X. Qui fil. ſint legit.*

80 *Quomodo fit Legitimatio per Reſcriptum Principis?*

R. Quando Patre vel liberis petentibus Princeps vel ipſe, vel per Comites Palatinos, Liberos legitimos pronunciat. *Nov. 89 c. 9. & 10.*

81. *Quando locum habet?*

R. Cum Pater fœminam, ex qua legitimos ſuſcepit, ducere impeditus fuit, *d. Nov. 89. c. 9.* & alii liberi legitimi non extant. *Nov. 74. c. 1. & 2.*

82. *Quid juris conſequuntur ita Legitimati?*

R. Tantum juris, quantum Princeps concedere voluit & potuit, *arg. L. Nec avus. 4. C. de Emancip. liber.*

Digitized by Google

Tit. XI.
De
ADOPTIONIBUS.

1. *Quæ eſt* tertia cauſa *Patriæ Poteſtatis?*

R. ADoptio, *h. pr.*

2. *Quid eſt Adoptio?*

R. Eſt actus legitimus, quo in locum filii aut nepotis aſſumitur, qui natura talis non eſt. *L. 1. & 25. § 1. ff. h. t.*

3. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: Arrogatio & Adoptio in ſpecie ſic dicta. *h § 1. & L. 1. § 1. h. t.*

4 *Quid eſt Arrogatio?*

R. Eſt hominis, *qui ſui juris eſt*, in filium aſſumptio, cauſa cognita, Principis reſcripto facta. *h. § 1. & L. 2. ff. h. t.*

5. *Quid eſt Adoptio in ſpecie ſic dicta?*

R. Eſt hominis, *qui in Poteſtate Patris eſt*, in filium aſſumptio, Magiſtratus imperio facta. *dd. text.*

6. *Quotuplex eſt adoptio in ſpecie ſic dicta?*

R. Duplex: *Plena* ſeu *Perfecta*, quæ fit

Digitized by Google

ſit ab uno ex Aſcendentibus; *Minus plena*, ſeu *imperfecta*, quæ ab alio extraneo. *L. pen. pr. & §. 1. C. h. t.*

7. *Quid juris utraque tribuit?*

R. *Illa* ob duplex vinculum plenum poteſtatis & familiæ jus transfert; *Hæc* duntaxat adoptato jus ſuccedendi ab inteſtato tribuit. *h. §. 2. & d. L. pen*

Ad §. 3. 8. *Quid requiritur ad Arrogationem impuberis?*

R. Ut de cauſa arrogationis cognoſcatur, caveatque Arrogator, ſi intra pubertatem deceſſerit arrogatus, reſtiturum ſe omnia illius bona iis, ad quos alias fuiſſent perventura. *h. §. 3. & L. 18. ac ſeqq. ff. h. t.*

9. *An arrogatus iterum emancipari poteſt ab Arrogatore?*

R. Aff. ut tamen, ſi *ex juſta cauſa* id fiat, ei bona ſua reſtituantur; ſin *ſine cauſa*, aut *exhæredetur*, præter bona ſua quarta bonorum Arrogatoris ei relinquatur. *h. §. 3.*

10. *An hæc eſt Quarta omnium bonorum?*

R. Aff. Si Arrogator nullos alios liberos habeat, qui ſenſus eſt §. 3. *h. t. & L. 22. §. 1. ff. h. t.* Alias eſt quarta portionis ab inteſtato debitæ. *arg. L. 8. §. 8. ff. de Inoff. Teſtam.* Hodie vel triens, vel ſemis, pro numero liberorum. *arg. Nov. 18.*

11. *Qui*

11. *Qui poſſunt adoptare?* *Ad* §. 4. & 9.

R. Qui integris 18. annis præcedunt adoptandum, *h.* §. 4. & ob vitium *naturale* non ſunt perpetuo ad generandum inhabiles, uti caſtrati. §. *9. h. t.*

12. *An nepotem adoptare poteſt, qui filium non habet?* *Ad* §. 5.

R. Aff. Sufficit enim, quod filium habuerit, aut habere potuerit, *arg* L. 30. *ff. t.*

13. *Quid ſi quis nepotem adoptare velit, ac ſi ex filio eſſet natus?* *Ad* §. 7.

R. Filii conſenſus eo caſu requiritur, ne ei invito ſuus hæres agnaſcatur. *h.* §. 7.

14. *Quid ſi autem nepotem ex filio, alii adoptandum dare velit avus?*

R. Tunc filii conſenſus non eſt neceſſarius, quia nepos eſt in poteſtate Avi, *h.* §. 7. Quod hodie ſecus.

15. *An arrogatus vel adoptatus poteſt viciſſim alii in adoptionem dari?* *Ad* §. 8

R. Aff. vi Patriæ poteſtatis. *h.* §. 8.

16. *An Fœminæ poſſunt adoptare?* *Ad* §. 10.

R. Neg. niſi in ſolatium liberorum amiſſorum. *h.* §. *10.* & *L. 5. C. Eod.*

17. *An frater ſuum fratrem?*

R. Aff. Modo 18. annis major ſit; Extraneum tamen in locum fratris nemo adoptare poteſt. *L. 7. C. de hæred. inſtit.*

18. Quæ eſt forma adoptionis?

R. Ut fiat coram Magiſtratu, *L. 4. h. t.* competentem jurisdictionem habente, *§. 8. l. Qu. mod. patr. pot. ſolv.* decreto Judicis, & ad acta referatur.

Ad §. 11. *19. Annon conſenſus adoptandi requiritur?*

R. Aff. & quidem expreſſus in arrogatione: Alias tacitus, *d. §. 7. l. Quib. mod. patr. pot. ſolv. & L. 5 ff. h. t.*

20. An quoque liberi Arrogati poteſtati Arrogatoris ſubjiciuntur?

R. Aff. *h §. 11.* Ratio in L. 21. *ff. Ad* L. *Jul. de Adult.* Quod ſecus in adoptione in ſpecie ſic dicta.

21. An Adoptiones adhuc hodie in uſu?

R. Rarius hodie fiunt, ſed ideo non ſtatim abrogatæ: In aliquibus tamen locis ſucceſſiſſe in ejus locum videtur Unio prolium, die Ein-Kindſchafft.

22. Quid eſt Unio prolium?

R. Eſt pactum, quo liberi diverſi matrimonii ratione ſucceſſionis exæquantur. *Vid. Rickius de Union. prol.*

23. Quæ ad illam requiruntur?

R. Tria: (1) Cauſæ cognitio, (2) Conſenſus illorum, quorum intereſt, &

Digitized by Google

& (3) Decretum Magiſtratus. *Carpz. Lib. 5. Reſp. 6.*

TIT. XII.
QUIBUS MODIS JUS PATRIÆ POTESTATIS SOLVITUR.

1. *Quot modis ſolvitur Patria poteſtas?* *Ad pr. §. 1. 3. 5. & 8.*

R. Variis: (1) *Morte* naturali Patris, *pr. h. t.* (2) *Maxima & media capitis deminutione* Patris vel filii; §. *1. h. t.* (3) *Emancipatione*; §. *6. h. t.* (4) *Adoptione ab Aſcendente* facta, §. *8. h. t.*

2. *Quid ſi capite minuti a Principe reſtituantur, an priſtina jura recipiant?* *Ad §. 1.*

R. Aff. Si ex *juſtitia cauſæ* reſtituantur: Secus, ſi ex *gratia*, L. 6. *&* 9. *C. de Sentent. paſſ.* niſi pleniſſime fuerint reſtituti *h.* §. 1. *&* L. 1. *C. Eod.*

3. *An Relegatio tollit Patriam Poteſtatem?* *Ad §. 2.*

R. Neg. *h* §. *2*, quia non aufert jus Civitatis, *L. 7.* §. *3. ff de Interdict. & Releg.* niſi hodie præcedente fuſtigatione in perpetuum facta cum infamia. *Struv. in Juriſpr. Rom. Germ.* L. 1. *tit* 14. §. 4.

C 2 4 *An*

Ad § 4. 4. *An Dignitas eximit filium Patria Poteſtate?*

R. Olim Patriciatus tantum eximebat, *h.* §. 4. poſtea omnis, quæ a Curia liberabat. *Nov.* 81. *pr.* Hodie quæc. conjunctam habet ſeparatam œconomiam.

Ad § 5. 5. *Liberatne Captivitas?*

R. Proprie non; Sed pendet interim jus liberorum propter jus poſtliminii, *h.* §. 5. ſi forſan captivus revertatur.

6. *Quid eſt Jus Poſtliminii?*

R. Eſt recuperatio priſtinorum Jurium, quæ quis ante captivitatem habuit. L. 19. *ff. de Captiv. & Poſtlim. reverſ.*

7. *Quid ſi captivus apud hoſtes deceſſerit?*

R. Sic ab eo tempore, quo captus fuit, Patria poteſtas exſpiraſſe videtur. *h.* §. 5. idque fictione Legis Corneliæ. L. 12. *ff. Qui Teſtam. fac. poſſ.* Quod hodie non puto attendendum, ſed potius ad tempus mortis reſpiciendum.

Ad § 6. 8. *Quid eſt Emancipatio?*

R. Eſt actus legitimus, quo filiusfamilias a Patre e poteſtate dimittitur. *h.* §. 6.

9. *Quomodo fit Emancipatio?*

R. Nuda, apud Magiſtratum qualemc.

Digitized by Google

lemc. conteſtatione, *h.* §. *6.* & *L. fin. C. de Emancip.*

10. An hoc modo hodienum fieri ſolet?

R. Rarius; ſed hodie filii quidem tacite emancipati cenſentur, poſtquam nuptias contraxerunt & ſeparatam œconomiam inſtituerunt; Filiæ autem, poſtquam ſolas nuptias celebrarunt. *Mev. ad Jus Lub. L. I. tit. 3. n. 24.*

11. *An pater filium emancipare, nepotem vero in poteſtate retinere poteſt?* *Ad* §. 7.

R. *Aff.* & *vice verſa h.* §. 7. Quæ quæſtio hodie inutilis.

12. *In cujus poteſtate naſcitur nepos poſt emancipationem filii editus?* *Ad* §. 8.

R. Si ante emancipationem conceptus, in poteſtate Avi; Alias ſui Patris. *h.* §. 9. Hodie iterum hæc quæſtio inutilis.

13. *An Pater ad emancipandum cogi poteſt?* *Ad* §. *fin.*

R. Neg. *h.* §. *fin.* niſi poteſtate ſua abutatur, *arg.* §. *fin. I. de his, qui ſui vel al. jur.* Quorſum refertur L. 12. *C. de Epiſc. aud.* L. *fin. ff. Si a parent. quis manum.* &c.

Tit. XIII.
DE TUTELIS.

1. *Hactenus de Perſonis alieno juri ſubjectis;*

Quæ ſunt Perſonæ ſui juris?

R. QUæ non ſunt ſub poteſtate Patria vel Dominica; *Seu*: Quæ libere ſibi acquirere poſſunt.

2. *Quotuplices ſunt perſonæ ſui juris?*

R. Aliæ ſub tutela ſunt, *ut pupilli*; Aliæ ſub curatione, *ut Minores*; Aliæ neutro jure tenentur, *ut Majorennes. pr. h. t.*

Ad § 1. 3. *Quid eſt Tutela?*

R. Eſt vis ac poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem ſe defendere nequit, Jure Civili data & permiſſa. *h. §. 1.*

4. ***An verba***: in capite libero, ***ad tutorem, an vero Pupillum referenda?***

R. Ad pupillum: hic enim ſui juris debet eſſe, *L.* 6. *§. fin & L.* 14. *pr ff. h. t.* non etiam Tutor. *pr. I. tit. ſeq.*

5. *Quotuplex eſt Tutela?*

R. *Triplex:* Teſtamentaria, Legitima & Dativa. *L. 52. pr. C. de Epiſc. & Cler.*

Ad § 3. 6. *Quænam Teſtamentaria eſt?*

R. Quæ a Parentibus in Teſtamento conſtituitur Liberis impuberibus, quos in poteſtate habent. *h. §. 3.*

7. *An*

Digitized by Google

7. An ergo Mater filio Tutorem dare nequit?

R. Neg. *arg.* §. 10. *I de Adopt.* niſi eum ſimul hæredem inſtituat, *L.* 4. *ff. de Teſtam. Tut.* & quidem ultra legitimam; Alias, ſi in legitima tantum, in arbitrio Judicis erit, an confirmare eum velit, vel non. L. 4. *C. eod.*

8. An exhæredato poteſt dari Tutor?

R. Aff. *d.* L. 4. quia exhæredatio non tollit jus ſuitas, ſeu patriam poteſtatem. *L. fin. ff. Unde Legit.* L. 20. *pr. ff. de bonor. poſſ. contr. tabb.*

9. An poſthumis? *Ad* §. 4.

R. Aff. *h.* §. 4. quia habentur pro natis. *L.* 7. *ff. de Stat. hom.*

10. An Filio Emancipato? *Ad* §. *fin.*

R. Regulariter non, §. 3. *h. t.* Quod ſi tamen datus fuerit, confirmandus eſt a Magiſtratu. *h.* §. *fin.*

11. An aliis etiam caſibus confirmandi ſunt Tutores?

R. Aff. Quoties ſc. adeſt defectus vel ratione perſonæ dantis, *ut ſi Tutores a Matre dati;* L. 4. *ff. de Teſtam. Tut.* vel ratione accipientis, *ſi filio Emancipato*, *h* §. *fin.* vel ratione modi dandi, *ſi in Teſtamento non juſto.* L. 3. *ff de Confirm. Tut.* & L. 1. §. 1. *ff. Eod.*

12. Quid ſi defectus ſit in Tutore dato, v. gr. ſi fœmina tutrix data?

R. Tunc tutelæ datio eſt ipſo jure nulla. *arg. L.* 5. *C. de LL.*

Digitized by Google

13. *An tutor confirmatus pro Teſtamentario [illegible]bendus?*

R. Aff. Quia Judex ex officii neceſſitate eum confirmat, L. 3. *ff. de Confirm. Tut.* Tutoribus legitimis præfertur. *Auth. Matri & Aviæ. C. Quand. mul. tut. off. fung.* Quamvis ſi ob defectum perſonæ dantis confirmetur, videatur, non nihil dativo accedere. *Vid. Strauch. ad Jus Juſtin. Diſſ. 5. th. 5.*

14. *Sed cum hodie omnes Tutores ſint confirmandi, quid intereſt inter Tutorem ex defectu confirmatum, & alium?*

R. Qui ob defectum confirmandus, ante confirmationem ſe excuſare non tenetur. L. 1. *C. de Teſtam. Tutel.* & L. 5. *in fin.* 6. *Qui dare Tutor. uti ratio*, nec de culpa vel negligentia obligatur; Quod ſecus in aliis, quorum datio ipſo jure ſubſiſtit. L. 6. *C. de Teſtam. Tut.*

TIT. XIV.
QUI TESTAMENTO TUTORES DARI POSSUNT.

Ad pr. 1. *Quinam in genere poſſunt Tutores dari?*

R. OMnes, qui non in ſpecie ob ætatem, ſexum vel alium defectum prohibentur. *L. 1. §. 2. & ſeq. L. 16. ff. de Tutel.*

2. *An*

2. *An filiusfam. poteſt Tutor dari?*

R. Aff. *h. pr.* Quia in cauſis publicis habetur pro Patrefam. *L. 9. ff. de his, qui ſui vel al.* & ſic quoque in Tutela. *arg. pr. I. de Excuſ. Tut.*

3. *An Servus?* *Ad* §. 1.

R. Aff. *Proprius* quidem pure; *Alienus* non, niſi ſub conditione, cum liber erit. *h.* §. 1. Quod hodie utilitatem non habet.

4. *An Furioſus vel Minor 25. annis?* *Ad* §. 2.

R. Aff. Non qua tales, ſed qua Furioſus furere deſierit; *L. 10.* §. 3. *ff. de Teſt. Tut.* Minor ætatem impleverit. *L. 10.* §. 7. *ff. de Excuſ. & h.* §. 2.

5. *Quis autem interim adminiſtrabit Tutelam?*

R. Alius Tutor a Judice dandus, §. 1. *I. de Attilian. Tut.* quia ſperatur tutela Teſtamentaria. *L. 11. ff. de Teſtam. tut.*

6. *Quibus modis Teſtamento Tutores conſtituuntur?* *Ad* §. 3.

R. Vel pure, vel ſub conditione, *L. 8.* §. 2. *ff. Eod.* vel ex certo tempore, vel ad certum tempus, *h.* §. 3. poſt, vel ante heredis inſtitutionem. *L. 3.* §. 3. *ff. de Tutel.*

Google

7. An etiam Judex his modis dare poteſt Tutores?

R. Neg. Sed ille pure dare debet, L. 6. §. 1. *ff. de Tutel.* Quia poſt Judicem nullus eſt, qui interim proſpiciat pupillo.

Ad §. 4. *8. An certæ rei vel cauſæ dari poteſt Tutor?*

R. Neg. Quia Tutor *principaliter* perſonæ datur, non rei vel cauſæ, niſi ſaltem *ſecundario. h. §. 4. & L. 12. ff. h. t.* Quodſi tamen bona pupilli per diverſas provincias diffuſa, *adminiſtratio* inter Tutores dividi poteſt, *uti intelligenda* L. 15. *ff. h. tit.*

Ad §. 9. fin. *An Tutor filiis vel filiabus datus, etiam Poſthumis cenſetur datus?*

R. Aff. Quia filii vel filiæ appellatione, etiam poſthumus & poſthuma continentur. *h. §. fin.*

10. Sed, quidſi Nepotes adſint, an hi quoque Filiorum appellatione continentur?

R. Neg. *h. §. fin.* ne nimium gravetur Tutor: In cauſis enim, quæ non ſunt *mere* favorabiles, filiorum appellatione non continentur nepotes, prout reſtringenda L. 201. *ff. de V. S.*

11. Quid ſi Poſteris datus Tutor?

R. Ille

R. Ille non modo filiis, ſed & cæteris liberis datus intelligitur. *h. §. fin. & L. 6. de Teſtam. Tutel.*

Tit. XV.
De
LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

1. *Quid eſt Legitima Tutela?* *Ad pr. & §. 2.*

R. QUæ, deficiente Teſtamentaria, proximis Pupilli Succeſſoribus *immediate* a Lege defertur. *h. pr. & L. 1. pr. ff. h. t.*

2. *Quando dicitur* deficere Tutela Teſtamentaria?

R. Quando vel teſtamentum non eſt conditum, vel conditum quidem, ſed nullus in eo Tutor conſtitutus, aut qui conſtitutus, ante vel poſt Teſtatorem, Filio adhuc impubere, deceſſit. *§. 2. & L. 6. ff. h. t.*

3. *Quid ſi Tutor Teſtamentarius ſe excuſet, aut removeatur, an & tunc Legitimæ tutelæ locus?*

R. Neg. Sed alius Tutor a Judice dandus, *L. 11. §. 1. & 2. ff. de Teſtam. t.*

 Quia

Quia ſic ipſo jure valet Tutela Teſtamentaria, & ſaltem effectum non ſortitur in Perſona Tutoris dati. *Harp. ad* §. 2. *h. t. n.* 2.

4. *An Proximis Pupilli indiſtincte defertur Tutela?*

R. Lege XII. Tabb. tantum Agnatis deferebatur. *h. pr.* Hodie tam Agnatis, quam Cognatis. *Nov.* 18. *C.* 5. Niſi bona Pupilli ſint feudalia. *Vid. D. Stryk. in Exam. Jur. Feud. C.* 7. *qu.* 15.

Ad § 1. 5. *Quinam dicuntur Agnati?*

R. Qui a Patre nobis ſunt conjuncti, *h.* §. 1. *German.* Vettern, Schwerdtmagen.

6. *Quinam Cognati?*

R. Qui a Matre nobis ſunt juncti, *h.* §. 1. *Germ.* Ohme, Spilmagen.

Ad §. *fin.* 7. *Quibus modis finitur Agnatio?*

R. Plerumque qualibet capitis deminutione; Jus enim familiæ Juris Civilis eſt. *h.* §. *fin.*

8. *An etiam cognatio ita finitur?*

R. Neg. *h.* §. *fin.* quia ejus vinculum a natura eſt L. 8. *ff. de R. J.* Quamvis jus ſeu *effectus* Cognationis, maxima & media, non minima capitis deminutione tollantur. §. 6. *tit. ſeq.*

Tit.

Tit. XVI.
De
CAPITIS DEMINUTIONE.

1. Quid eſt Capitis Deminutio? *Ad pr.*

R. Eſt prioris Status mutatio, *h. pr.* Conf. *Qu. 6. ſupr. de Jure perſ.*

2. Quotuplex eſt?

R. Pro ratione Status triplex eſt: *Maxima*, *Media* ſeu Minor, & *Minima*, *h. pr.* Conf. *Qu. 8 ſupr. d. tit.*

3. Quid eſt maxima capitis deminutio? *Ad §. 1.*

R. Quæ omnem ſtatum, etiam libertatis tollit. *h. §. 1.*

4. Quinam hanc patiebantur?

R. Qui ſervi pœnæ fiebant, aut ob ingratitudinem in ſervitutem retrahebantur, &c. *h. §. 1.* Hodie, ſublata ſervitute, hæc ipſa ceſſat.

5. Quid eſt Media?

R. Quæ, ſalva libertate, jus Civitatis adimit, *h. §. 2.*

6. Quinam hanc patiebantur?

R. Olim ii, quibus aqua & igni interdicebatur, poſtea deportati, *h. §. 1.* Hodie banniti. *Guil. de Pac. Publ. L. 2. C. 1. n. 15.*

7. *An etiam Relegati?*

R. Neg. *arg.* §. 2. *ſupr. Quib. mod. Patr. pot. ſolv.* niſi hodie in perpetuum cum infamia fuerint relegati. *Vid. Qu.* 3. *d. tit.*

Ad§.3. 8. *Quid eſt minima Capitis deminutio?*

R. Quæ ſalva libertate & civitate ſtatum familiæ mutat, ut ſi quis arrogetur, vel emancipetur. *h.* § 3.

9. *An hæc hodie uſum habet?*

R. Neg. Quantum ſc. ad effectus, quos jure Rom. ratione ſucceſſionis habebat: Nam Emancipatio hodie non excludit a ſucceſſione. *Nov.* 18. *cap.* 1.

Ad§.4. 10. *An Servus, qui manumittitur, capite minuitur?*

R. Neg. Quia nullum caput, *ſc. civile ſeu ſtatum*, habet, *h.* §. 4.

Ad§.5. 11. *An cui Dignitas aufertur, v. gr. qui Senatu movetur, capite minuitur?*

R. Neg. Quia ſtatum retinet. *h.* §. 5.

Ad §. 12. *Quo ordine defertur Tutela legitima?*

fin. R. Eodem, quo ſucceſſio, *L.* 73. *pr. de R. J.* Unde & hic proximior gradu excludit remotiorem. *h.* §. *fin.*

13. *Quid ſi proximior gradu impediatur tutelam gerere, an ſequens gradu admittendus?*

R. Aff. Si ſc. Proximior ex poſtfacto impe-

impediatur, *ut ſi mortuus, aut capite deminutus.* L. 3. §. *pen. ff. de Legit. Tutor.* Secus ſi ab initio, v. gr. *ſi ſit minor*, §. *pen. I. de curat.* aut ſi impedimentum ex poſtfacto ſuperveniens ſit a Judice cauſatum, *uti ſi Tutor remotus aut excuſatus:* His enim caſibus alius a Judice dandus. *d.* L. 3. §. 8.

14. *An ſi plures adſint ejusdem gradus, omnes ad Tutelam admittendi?*

R. Aff. *h* §. *fin* Uni tamen committenda *adminiſtratio* periculo omnium, *Nov. 118. c. 5.* Modo omnes idonei fuerint, i. e. perfectæ ætatis, *pr. I. de Fiduc. Tut.* & Maſculi. *d. Nov. c. 5.*

15. *An ergo Fœminæ plane a Tutela excluduntur?*

R. Aff. *arg. L. 2. de R. J.* Matre & Avia tantum exceptis, quæ ſi tutelam gerere *velint*, præferuntur omnibus Pupilli collateralibus, ob præſumptam erga liberos affectionem. *d. Nov. c. 5.*

16. *An etiam Avo Paterno præfertur Mater?*

R. Aff. Nam inter Aſcendentes quoque, quoties inter ſe concurrunt, ille erit potior, qui ſuccedit, *d. Nov. c. 5. ibi: Secundum hæreditatis ordinem;* Præprimis cum hodie Avus Pater-

Paternus non habeat nepotes in ſua poteſtate, in qua tamen ſe fundat *Carpz. P. 2. C. 11. def. 13.*

17. *Ad quid tenentur Mater & Avia Tutelam ſuſcepturæ?*

R. Tenentur renunciare ſecundis nuptiis, & SC. Vellejan. *Auth. Quando Matri & Aviæ. C. Qu. mul. tut. offic. fung.* Quod ultimum hodie tantum ſolet obſervari. *B. Brunnem. ad d. Auth. n. 5.*

Tit. XVII.
De
LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

1. *Quæ eſt Legitima Patronorum Tutela?*

R. QUæ competit Patronis, eorumque liberis in libertos & manumiſſos impuberes. *tot. hoc tit.* Quæ hodie ceſſat.

2. *Annon ad exemplum Patroni competit Domino feudi tutela Vaſalli impuberis?*

R. Aff. Si ſc. nulli adſint Agnati, *arg. l. tit.* Quod procedit, quantum ad bona feudalia; in reliquis, vel Cognati Tutores erunt, vel judex alium dabit. *Vid. Dn. Stryk. in Exam. Jur. Feud. Cap. 7. Qu. 21.*

Tit.

Tit. XVIII.
De
LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

1. *Quæ eſt Legitima Parentum Tutela?* *Ad tit.* 18.

R. QUæ competit Patri in liberos impuberes emancipatos, *h. tit.* Cujus hodie nullus eſt uſus.

Tit. XIX.
De
FIDUCIARIA TUTELA.

1. *Quæ eſt Fiduciaria Tutela?* *Ad tit.* 19.

R. QUæ mortuo Patre Liberis ejus majorennibus competit in fratres impuberes emancipatos. *h. t. & L.* 4. *ff. de Legit. Tut.*

2. *Sed nonne jure agnationis Fratribus & Parentibus tutela competebat?*

R. Neg. Quia Agnatio per Emancipationem tollebatur. §. *fin. ſupr. de Legit. Tut.* Quod cum hodie ſecus, hinc hodie Parentum & Fratrum Tutela eſt legitima.

Tit.

Tit. XX.
De
ATTILIANO TUTORE ET EO, QUI EX L. JULIA ET TITIA DABATUR.

Ad pr. 1. *Quid eſt Tutela Dativa?*

R. QUæ a Magiſtratu conſtituitur in ſubſidium. *h. pr.*

Ad §. 1. & 2. 2. *Quibus caſibus conſtituitur?*

R. Quoties non adeſt Tutor Teſtamentarius aut Legitimus; *h. pr.* Vel adeſt quidem, ſed tutelam gerere impeditur. *h.* § *1. & 2. L. 11.* §. *1. & 2. ff. de Teſtam. tut.*

Ad §. 3. *& ſeqq.* 3. *A quo Magiſtratu conſtituendus Tutor?*

R. Olim conſtituebatur ab eo, cui id ſpecialiter a lege conceſſum. *pr. h. t. & L 6.* §. 2. *ff. de Tutel.* Hodie ab omni, qui ordinariam Jurisdictionem habet in Pupillum. *Ord. Polit. de An. 1577. tit. 32.*

4. *Quid ſi vero Pupilli bona in alio loco ſita ſint, quam ubi ipſe domicilium habet?*

R. Judex domicilii nihilominus Tutorem dabit, *L. un. C. ubi pet. Tut.* quia in Tu-

Digitized by Google

toris datione principaliter ad perſonam reſpicitur, §. 4. *ſupr. Qui teſtam. tut. dar.* Hæc tamen datio per conſequentiam etiam ad bona alibi ſita ſe extendit, niſi Tutor quoad illa ſe excuſaverit. L. 21. §. 2. *ff. de Excuſat.*

5. An Tutor quoque ſubeſſe debet Jurisdictioni illius, qui eum vult dare?

R. Aff. *L. 5. C. Qui dar. Tut. & L. fin. ff. de Jurisd.* Poterit tamen ille, qui alterius Jurisdictionis eſt, ſponte ſuſcipere tutelam, aut in ſubſidium dari. *L. 24. ff. de Tutor. & Cur. dat.*

6. Ad quid tenentur Tutores finita Tutela? *Ad §. fin.*

R. Ad rationes reddendas, *h. §. fin. & L. 9. §. 4. ff. de Tutel. & rat. diſtrahend.* Sed Jure Canon. & Conſtitutionibus noviſſimis quotannis rationes ſunt reddendæ. *Clem. 2. §. 1. de Religioſ. domib. d. Ordin. Polit. tit. 32.* Licet in praxi idipſum non ubique obſervetur.

7 Quo in loco rationes ſunt reddendæ?

R. In loco geſtæ tutelæ; *t. t. C. Ubi de ratiocin.* quia ibi facilior probatio. *Mev. Part. 5. Dec. 98.*

Tit.

Digitized by Google

TIT. XXI.
De
AUTHORITATE TUTORUM.

Ad Rub. 1. *In quibus conſiſtit Officium Tutorum?*

R. POtiſſimum in tribus: (1) Ut Pupillus bene educetur, *L.* 12. §. 3. *ff. de Adminiſtr. Tut.* (2) Ut bona ejus recte adminiſtrentur, *L.* 7. §. 3. *ff. pro Emt.* (3) Ut authoritas Pupillo contrahenti præſtetur. *t. t. ff. & C. de Authbor. Tutor.*

2. *Quid eſt Authoritas Tutoris?*

R. Eſt expreſſa ejus, quod a Pupillo cum alio geritur, a Tutore facta approbatio. *L. 3. ff. h. t.*

3. *An omnis Pupillus Tutore authore contrahere poteſt?*

R. Neg. Sed tantum *infantiæ major*; infantis negotia ob deficientem conſenſum ſolus Tutor gerit nomine infantis, *L.* 1. §. 2. *ff. de Admin. Tutor.* niſi quod acquirere ſibi rem mobilem poſſit etiam infans. *L.* 32. §. 2. *ff. de Acquir. poſſ. &* L. 9. *ff. de Acquir. hæred.*

Ad pr. 4. *Quando neceſſaria eſt Tutoris Authoritas?*

R. Quando Pupillus eſt obligandus: *Seu*, conditionem ſuam poteſt reddere deteriorem. *h. pr.*

5. *An*

5. *An ſine hac autboritate Pupillus* civiliter *non obligatur?*

R. Neg. L. 43. *ff. de O. & A* Niſi (1) locupletior factus, L. 5. §. 1. *ff. h. t.* (2) dolum commiſerit, L. 1. §. 15. *ff. Depoſ.* aut (3) ex negotio geſto conveniatur. L. *Furioſus.* 46 *ff. de O & A.*

6. *Annon tamen* naturaliter *eſt obligatus?*

R. Aff. ob conſenſum, L. 21. *ff. ad* L. *Falcid. &* L. 64. *pr. ff. ad SC. Tribell.* Ita tamen, ut effectum non habeat hæc naturalis obligatio quoad Pupillum, L. 41. *ff. de Condict. indeb. &* L. 59. *de O & A.* niſi dictis *in priori quaſtione* caſibus; Sed tantum quoad tertium. § *pen. I. Quib. mod. toll. oblig. &* L. 127. *ff de V. O.*

7. *Poteſtne Pupillus cum Tutoris autboritate conditionem ſuam reddere deteriorem?*

R. Aff. *h. pr.* Licet, ſi *in culpa* fuerit Tutor, tutelæ judicio teneatur ad damnum Pupillo reſarciendum. L. 17. *in fin. ff. h. t.*

8. *Quando non eſt neceſſaria Authoritas Tutoris?*

R. Quando Pupillus alium ſibi obligat; *Seu*, conditionem ſuam facit meliorem. *h. pr. & arg. L. 6. C. de LL.*

9. *An hoc in omni Contractu verum?*

R. Aff. Tam in unilaterali, quam bilaterali;

terali; Ita tamen, ut bilateralis non obliget Pupillum, niſi volentem: Alterum vero contrahentem ſimpliciter. L. *Julianus.* 13. §. 29. *ff. de Act. Emt.*

10. *Nonne vero ab hac obligatione ſe liberare poteſt, qui contraxit cum Pupillo?*

R. Aff. Agendo ſc. contra Pupillum, ut Tutore Authore declaret, velitne ſervare contractum, an vero ab eo recedere. *d. L. Julianus.* §. 27.

Ad §. 1. 11. *An idem obtinet in hæreditatis aditione?*

R. Neg. Sed illa ſemper Tutoris authoritate fieri debet, *h.* §. 1. Quia hæreditas non poteſt ita adiri, ut non Pupillus ſimul obligetur Creditoribus hæreditatiis. L. 6. *pr. ff de Acquir. hæred.* uti tamen poterant iniri cæteri contractus; Nec in hæreditatis aditione quicquam imputari poteſt Creditoribus, uti poterat aliis contrahentibus. L. 27. *ff. de Contrah. Emt.*

Ad §. 2. 12. *Quo tempore interponenda Authoritas Tutoris?*

R. Statim in ipſo negotio, *h.* §. 2. & *L.* 9. §. 5. *ff. h. t.* præſente & ſciente Tutore, quid agatur, *L.* 14. *ff. h. t.*

Digitized by Google

h. t. Hodie etiam ex intervallo, modo præceſſerit nova deliberatio.

13. *An etiam in rem, ſeu* cauſam *ſuam Tutor poteſt author fieri?* Ad §. fin.

R. *Directo* non, *L. 5. §. 2. ff. h. t.* bene tamen *per conſequentiam*, *L. 7. pr. h. t.* V. gr. ut Pupillus hæreditatem adeat Tutori obligatam. L. 1. *pr. ff. Eod.*

14. *Sed quid ſi Lis incidat inter Tutorem & Pupillum?*

R. Si alii non adſint Tutores, alius Curator erit dandus. *h. §. fin. & L. 24. ff de Teſtam. Tut. Nov. 72. c. 2.*

TIT. XXII.
QUIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

1. *Quibus modis finitur Tutela?* Ad pr.

R. I. PUbertate, *pr. h. t* II. Morte, naturali, *§. 3. h. t.* & civili, *§. 4. h. t.* III. Conditionis exiſtentia & temporis lapſu. §. 2. *& 5. h. t.* §. 1. & 2.

2. *Quando incipit Pubertas?*

R. In *Civilibus* poſt 14. annum completum

pletum in maſculis, in fœminis poſt *12. h. pr.* in *Criminalibus* vero indiſtincte poſt 14. annum. *Conſtit. Crimin. Art. 164.*

3. *Quare vero fœminæ citius liberantur tutela, quam maſculi?*

R. Quia citius habiles ſunt ad matrimonium contrahendum, quo contracto, cum mariti poteſtati ſubjiciantur, non ulterius indigent tutela.

Ad§.3. 4. *Annon, mortuo Tutore, alius Pupillo dandus?*

R. Aff. Vel ſi legitimus fuit, qui deceſſit, alius legitimus ſurrogandus. *L. 16. §. 1. ff. de Tutel.* Ad Tutoris enim mortui hæredes, *qua hæredes*, nunquam tranſit tutela *d. L.* 16.

Ad§.5. 5. *Quid ſi ultra tempus pubertatis Tutorem conſtituerit Pater?*

R. Adveniente pubertate nihilominus deſinit Tutela, poterit tamen Tutor in reliquum tempus ut Curator confirmari. L. 101. §. 2. *ff. de Condit. & demonſtr.*

TIT.

Digitized by Google

Tit. XXIII.

De CURATORIBUS.

1. *Quid eſt Cura?* *Ad pr.*

ESt poteſtas adminiſtrandi bona illorum, qui ob defectum reis ſuis ipſi ſupereſſe nequeunt, *hoc t. t.*

2. *Quotuplex eſt ille defectus?*

R. Vel *naturalis*, ut in minoribus; *r. h. t.* Vel *accidentalis*, ut in furioſ, prodigis, &c. § *3. & 4. h. t.*

3. *Quousque durat Minorennitas?*

R. Usque ad 25. annum completum, tam in maſculis, quam in foeminis, *h. pr.* Jure Saxonico usque ad 21. annum.

4. *An ergo ante illam ætatem ſine Curatore contrahere nequit Minor?*

R. Poteſt quidem contrahere, ſed non ſemper, § *2. h. t. L. 7. §. 2. ff. de Minor.* nec adeo valide, cum facilius in integrum reſtituatur, *t. t. C. Si Tut. vel Curat. interv.* Niſi veniam ætatis impetraverit. *L. 1. C. de his, qui ven. ætat.*

5. *Quo tempore conceditur venia ætatis?*

R. Maſculis, ſi ſint 20. Fœminis, ſi 18.

annorum: modo frugi eſſe probentur. *L.* 2. *C. Eod.* Hodie non tam ad annos, quam prudentiam res ſuas expediendi reſpicitur.

6. *Quid Juris conſequitur ille, qui veniam ætatis impetravit?*

R. Poteſtatem omnia illa agendi, quæ poterat conſentiente Curatore. *L.* 22. *C. de Admin. Tut.* Unde bona quidem mobilia, ſed non immobilia diſtrahere poteſt, niſi accedat Decretum Judicis. *L.* 2. §. 1. *&* *L.* 3. *C. de his, qui ven. ætat.*

Ad §. 1. 7. *Quinam Magiſtratus dant Curatores?*

R. Idem, qui Tutores. *h.* §. 1. Vid. *Qu.* 3 *ſupr. de Attil. Tut.*

8. *An etiam in Teſtamento datur Curator?*

R. Neg. Quia Pater non poteſt de rebus filii puberis in Teſtamento diſponere, *§.* 8. *J. de Pupill. Subſtit.* Quodſi tamen datus fuerit, confirmandus erit a Judice, *h.* §. 1. Hodie ſolet etiam in Teſtamento dari.

Ad §. 2. 9. *An Minor tenetur invitus recipere Curatorem?*

Reſp. Regulariter non, *h* §. 2. cujus ratio in *L.* 2. *ff. Si quis a Parent. manum.* Niſi ad Litem, *h* *§.* 2 aut ſi ipſi debitum ſolvendum, *L.* 7. §. 2. *ff. de Minor.* vel

vel rationes a Tutore reddendæ. *L. 17. C. Qui pet. Tut.* Hodie indiſtincte. *Reform. Polit. de Anno 1577. tit. 32.*

10. *An præter Minores aliæ quoque perſonæ ſubſunt Curatoribus?* *Ad §. 3. & 4.*

R. Aff. Illæ ſc. quæ rebus ſuis ſupereſſe nequeunt, *L. 12. pr. ff. de Tutor. & Curat. dat.* Uti ſunt; Furioſi, prodigi, mente capti, muti & ſurdi, ac qui perpetuo morbo laborant. *h. §. 3. & 4.*

11. *Quinam hic dicuntur* Furioſi, *qui* Mente capti?

R. *Furioſi*, qui nullum omnino rationis uſum habent, & ad quidvis gerendum ſunt inepti, die toll ſind, raſen. *Mente vero capti*, qui in confinio furoris & ſanæ mentis ſunt conſtituti, *L. 6. C. de Curat. Furioſ.* & ad officia communis vitæ mediocriter ſufficiunt, die Albern oder Blöde ſeyn.

12. *Quinam* prodigi *dicuntur?*

R. *Moraliter*, qui in erogandis bonis modum excedunt. *Vid. L. 1. ff. Eod. Civiliter* autem & hoc loco, quibus prævia cognitione & ſubſecuta Judicis declaratione, bonis interdictum eſt ipſo jure. *L. 10. pr. Eod.*

Digitized by Google

13. *An omnibus illis, qui rebus ſuis ſupereſſe nequeunt, Curator a Judice dandus?*

R. Aff. *Exceptis* Furioſis & Prodigis, qui ſunt in Curatione legitima, Agnatorum ſc. & Cognatorum; Niſi hi vel non adſint, vel inhabiles ſint, §. 3. Add. *L.* 13. *ff. de Curat furioſ.*

14. *Sed quare non etiam alii, v. gr. mente capti, ſurdi & muti, &c. ſunt in Curatione legitima?*

R. Quia illi Teſtamentum condere & proximos hæredes a ſucceſſione excludere poſſunt, prout in ſpecie *de mente captis* tradit *Sande L.* 2. *Deciſ. tit.* 1. *Deciſ. ult.* Quod ſecus in Furioſis & Prodigis. §. 1. & 2. *I. Quib. non eſt perm. fac. teſt.*

15. *An ergo Prodigi perinde ut furioſi ſemper opus habent Curatore?*

R. Aff. Quoties ſc. aliquid *alienare* volunt; non ſi *acquirere. L.* 6. *ff. de V. O.*

16. *An Surdi & muti, aut perpetuo morbo laborantes inviti recipiunt Curatores?*

R. Neg. Quia poſſunt res ſuas per alios adminiſtrare: *arg. L. Quod favore* 6. *C. de LL.* Niſi ſimul intellectus deliquio laborent.

17. *An-*

Digitized by Google

17. *Annon etiam Impuberibus aliquando datur Curator?* *Ad* §. 5.

R. Aff. Quando ſc. Tutores, quos habent, vel non ſunt idonei, vel ad tempus excuſati: Neque enim tutorem habenti alius Tutor datur, *h.* §. 5. & *L.* 27. *ff. de Teſtam. Tut.* in cauſa hæreditatis adeundæ. *L.* 17. §. 1. *ff. de Appell.*

18. *Quid ſi Tutor ob morbum aliamve cauſam non poſſit ſupereſſe Tutelæ?* *Ad* §. *fin.*

Reſp. Actorem ſic periculo ſuo conſtituet; Decreto tamen Magiſtratus, *t. t. C. de Actor. a Tut. dand.* (licet hoc hodie non ſit opus. *Berlich. P.* 1. *Concl.* 16. *n.* 10.) Niſi Pupillus infantia major ſit & præſens, *h.* §. *fin.* Sic enim ipſe ſibi Procuratorem *conſtituere* poteſt, authore Tutore, *L.* 11. *C. de procur.*

19. *Sed cur non etiam Tutor Procuratorem conſtituere poteſt?*

R. Quia Procurator duntaxat a Domino conſtituitur, *L.* 1. *pr. ff. de Procur.* qualis non eſt Tutor, *L.* 27. *de Admin. Tut.* niſi poſt litem conteſtatam. *d. L.* 11. & 23. *C. de Procur.*

20. *Quomodo vero differunt* Procurator *&* Actor?

R. *Procuratori* tota cauſa; *Actori* ſpeciale ſaltem negotium committitur.

Tit. XXIV.

De

SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

Ad pr. 1. *Quæ requiruntur, antequam Tutelæ adminiſtratio ſuſcipiatur?*

R. QUatuor: I. Decretum Magiſtratus, II. Inventarii confectio, *Reform. Polit. de A.* 1577. *tit.* 32. III. Promiſſio jurata, (moribus ſufficit injurata. *Carpz. P.* 2. *C.* 11. *def.* 6. *n.* 4.) de negotiis pupillaribus bene adminiſtrandis, *d. Reform. & Nov.* 72. *c. ult.* IV. Satisdatio. *h. pr. & t. t. ff. Rem Pupill. ſalv. for.*

2. *Quid eſt ſatisdatio Tutorum vel Curatorum?*

R. Eſt cautio fidejuſſoria, qua Tutores vel Curatores promittunt, rem Pupilli vel Minoris ſalvam fore. *d. tit.*

3. *Annon etiam Pignoribus hæc cautio præſtari poteſt?*

R. Neg. Quia Pignora certam æſtimationem ha-

habent; Damnum vero, quod a Tutoribus metuitur, incertum eſt, poſſetque excedere æſtimationem Pignorum. *L. 7. ff. de Prætor. Stipul.*

4. *An omnes Tutores indiſtincte ſatisdare tenentur?*

R. Aff. Exceptis Teſtamentariis, *h. pr.* niſi quid novi emergat, *arg. L. 8. & 10. ff. de Confirm. Tut.* & ex inquiſitione datis, *h. pr.* cujus ratio in *L. 13. §. ult. ff. de Tutor. & Curat. dat.*

5. *An idem adhuc hodie obſervatur?*

R. Hodie rarius ſolet cautio præſtari, præſertim ſi Tutores poſſideant bona immobilia, *arg. L. Sciendum. 15. ff. Qui Satisd. cog. Carpz. L. 5. Reſp. 82. n. 11. ſeq.*

6. *Quid ſi plures in Teſtamento Tutores dati, an omnes adminiſtrabunt?* Ad §. 1.

R. Aff. Si velint, *L. 3. §. 8. ff de Admin. Tut.* alias illi adminiſtratio relinquenda, qui ſatisdationem offert, aut cui a *Teſtatore*, vel *majore parte*, aut etiam *Judice* eadem commiſſa. *h. §. 1. & d. L. 3. §. 6. & 7.*

7. *Quid ſi Magiſtratus vel plane non, vel non idonee curaverit caveri?* Ad §. 2. & fin.

Digitized by Google

R. Tenetur ideo Pupillo in ſubſidium, *i. e.* ad damnum, in quantum a Tutoribus, horumque hæredibus aut Fidejuſſoribus non potuit reſarciri, reſarciendum, *h.* §. 2. & *L.* 46. §. *pen. ff. de Admin. Tut.*

Ad §. 3. 8. *An contra omnem Magiſtratum datur hæc ſubſidiaria actio?*

R. Olim ſaltem contra Minorem. §. *fin. h. t.* Hodie contra omnem, qui culpam quandam commiſit circa Tutoris conſtitutionem. *L.* 1. §. 11. *ff. de Magiſtr. Conven. Carpz. P.* 2. *C.* 11. *def.* 41.

9. *Quid ſi cavere nolint Tutores vel Curatores?*

R. Pignoribus captis coercendi, *h.* §. 3. & ſi adhuc contumaces ſint, ut ſuſpecti removendi. *L.* 3. *C. de Suſpect. Tut.*

TIT. XXV.
De
EXCUSATIONIBUS TUTORUM VEL CURATORUM.

Ad pr. 1. *An delata Tutela præciſe ſuſcipienda?*

R. Aff. Quia eſt munus publicum: *h pr.* niſi quis juſtam habeat excuſationem. *t. hoc tit.*

2. *Quid*

Digitized by Google

2. *Quid eſt Excuſatio Tutorum vel Curatorum?*

R. Eſt allegatio impedimenti, ob quod aliquis a Tutela vel cura eſt immunis.

3. *Quotuplex eſt?*

R. *Duplex*: Alia *Propria*, quæ competit illi, qui volens ſuſcipere potuiſſet tutelam, *uti*: qui plures liberos habet &c. Alia *Impropria*, quæ illi, qui ne volens quidem ad tutelam admittitur, *ut*: Minori, Militi, *&c.*

4. *Quot* Liberi *excuſant a Tutela?*

R. Olim Romæ tres, in Provinciis quinque excuſabant, *h. pr.* Hodie ad Exemplum Provinciarum etiam quinque requiruntur. *Sande L. 2 Deciſ. Tit. 9. def. 8. Schultz. ad h. pr. lit. a.* Licet quoad illos, qui in Imperio Rom. vivunt, tres videantur ſufficere. *arg. L. in orbe 17. ff. de Stat. homin.*

5. *Quinam vero Liberi excuſant?*

R. Naturales, non adoptivi, *h. pr.* Legitimi, non ſpurii, *L. 2. § 3. ff. h. t.* Nati, non naſcendi, *d. L. 2. §. 6.* Vivi,

non mortui, *d. L. 2. §. 4.* niſi in bello, i. e. *acie* amiſſi, *h. pr.* non obſidione, *L. 18. ff. h. t.*

6. An quoque Nepotes excuſant?

R. Aff. de *Nepotibus ex filio*, qui repræſentant perſonam ſui Patris; *non ex filia. h. pr.*

Ad §. 1. 7. *An* Adminiſtratio Fiſci *a Tutela excuſat?*

R. Aff. Si illa a Principe alicui injuncta, *h. §. 1. & L. 22. §. 1. ff. h. t.* Secus, ſi ſponte ſuſcepta, *v. gr.* Si quis conduxerit bona fiſcalia. *L. 8. C. h. t.*

Ad §. 2. 8. *An* abſentia?

R. Aff. Si ſit Reip. cauſa, idque tam quoad Tutelam ſuſcipiendam, quam ſuſceptam, quam interim, *ſi reditus Tutoris ante pubertatem pupilli ſperetur*, Curator adminiſtrabit. *h. §. 2.*

9. Quid ſi autem domum reverſi fuerint abſentes?

R. Sic Tutelam antea ſuſceptam ſtatim recipiunt, relicto ſaltem aliquo levamento itineris, *L. 4. ff. de Vacat. & Excuſ.* Novam vero ante annum ſuſcipere non tenentur. *h. §. 2.*

10. *A*

Digitized by Google

10. *A quo tempore computandus hic Annus?*

R. Ab eo tempore, quo quis finito negotio Reip. *commode* domum redire potuiſſet. *d. L. 4.* Add. *L. Continuus* 137. §. 2. *ff. de V. O.*

11. *An qui* poteſtatem aliquam *habent, ſeu Magiſtratum gerunt, ſe excuſare poſſunt?* Ad§ 3.

R. Aff. A tutela ſc. ſuſcipienda, non ſuſcepta, *h. §. 3.* Quod in Magiſtratibus quoque Municipialibus procedit. *L. 6. §. 16. ff. h. t. Sande L. 2. tit. 9. def. 6.*

12. *An qui* Litem *habent cum Pupillo vel Minore?* Ad§ 4.

R. Aff. Si lis ſit de omnibus bonis, vel hæreditate, *h. §. 4.* Hodie ob quodvis debitum vel creditum repelluntur Tutores, *Nov. 172. c. 1.* Niſi in illis nulla ſit ſuſpicio fraudis. *Vid. Carpz. P. 2. C. 11. def. 19. & 20.*

13. *Quid ſi quis jam* tres tutelas *gerat?* Ad§. 5.

R. Si *magnæ* ſint, nec *affectatæ*, a quarta excuſant. *h. §. 5. & L. 1. §. 15. ff. eod.*

14. *Sed qua ratione computantur hæ tutelæ?*

Digitized by Google

Reſp. Non *ex numero Pupillorum*, ſed *diverſitate patrimoniorum*, *h.* § 5. Hæc enim inducit difficultatem rationum reddendarum. *L.* 31. §. 4. *ff. h. t.*

Ad §. 6. 15. *An etiam* Paupertas *excuſat?*

R. Aff. Si probetur, illam tantam eſſe, ut quis vix ſufficiat victui ſibi quotidie quærendo. *h.* §. *6.* & *L. 7. ac 40.* §. *1. ff. Eod.*

Ad § 7. 16. *An* Adverſa valetudo?

R. Aff. Si ſontica ſit, ob quam quis rebus ſuis nequeat ſupereſſe. *h.* § *7. L. 10.* §. *fin. ff de Excuſation.* Add. *L. Quaſitum* 60. *ff. de Re Judic.*

Ad §. 8. 17. *An*, qui legere & ſcribere nequit, *ſe excuſare poteſt?*

R. Aff. Si ſit ſimul expers negotiorum, *h.* §. *8.* & *L. 6.* §. *ult. ff. h. t.* Alias non, præprimis ſi modica ſit tutela, quæ defertur.

18. *Sed qua ratione ejusmodi homo rationes conficiet?*

R. *Vel* per alium; *Vel* etiam in bacillis fiſſis, *Germ.* Kerbhöltzern, utpote qui etiam habent vim probandi. *Carpz. P.* 2. *C.* 4. *def.* 7.

19. *Quid*

Digitized by Google

19. *Quid ſi* propter inimicitiam *Tutor a Patre* *Ad* §. 9.
datus, ut ſe. litibus implicetur?

R. Locum habet excuſatio, *h.* §. *9.* & *L. un. C. ſi propt. inim. creat. facta ſit.*

20. *An idem, ſi quis Patri promiſerit, ſe tutelam adminiſtraturum?*

R. Neg. quia ille cauſis excuſandi renunciaſſe videtur. *L.* 29. *ff. de Teſtament. Tut.* Niſi poſt promiſſionem ſupervenerint. *arg. L.* 9. §. 1. *ff. de Tranſact.*

21. *Quid ſi ille, qui Tutor datus, Patri* *Ad* §. 10.
Pupillorum fuerit ignotus?

R. Non excuſatur ideo Tutor, *h.* §. *10.* Quia ſufficit, quod *quoad mores* non fuerit ignotus.

22. *An* inimicitia *Tutoris*, cum Patre Pupilli *Ad* §. 11.
exercita, excuſat? & 12.

R. Aff. Si capitalis fuerit, nec reconciliatio intervenerit. *h.* §. *11.*

23. *Quænam dicitur Inimicitia Capitalis?*

R. Quæ non ſolum ex capitali accuſatione orta, aut quæſtione ſtatus, §. 12. *h. t.* ſed etiam inde, quod aliquis nobis jacturam inferre voluerit famæ ac bonorum noſtrorum. *arg. L.* 15. *ff. de Recept. qui arbitr.*

24. *An* Senectus *excuſat a Tutela?* *Ad* §. 13.

D 7 R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Illius ſc. qui 70 annum *plene* exceſſit, *h. §. 13. & L. 3. ff. de Jure Immun. Sand. d. L. 2. tit. 9. def. 5.* Quamvis ſi maturius deficiant vires, etiam ante illam ætatem admittenda excuſatio. *B. Brunn. ad tit. C. Qui ætat. vel profeſſ. in fin.*

Ad §. 14. 25. *Quid juris in Majoribus?*

R. Illi non opus habent excuſatione, cum ad tutelam vel curam aſpirare prohibeantur. *h. §. 13.*

26. *An idem in Militibus?*

R. Aff. Nam nec hi volentes ad tutelam admitttuntur, *h. §. 14.* ob favorem Reip. cui renunciare non licet, *arg. L. 38. ff. de Pact.* Exceptis Veteranis, *L. 8. §. 1. ff h. t.* Niſi tamen hi a Commilitonibus fuerint Tutores dati. *d. L. 8. pr. & L. 23. §. 1. Eod.*

27. *Quid vero in Eccleſiæ Militibus, ſeu Sacerdotibus obtinet?*

R. Illi a Tutela *Teſtamentaria & dativa* æque excluduntur; non *Legitima*, ſi eam ſuſcipere velint. *Nov. 123. c. 5.* Hodie in genere fere excuſantur, licet, ſi gerere velint, non prohibeantur. *Sande tit. 9. def. 7.*

28. *An*

Digitized by Google

28. *An* Profeſſores artium Liberalium *excuſantur?* *Ad §. 15.*

R. Non omnes, ſed tantum Grammatici, Rhetores, Philoſophi, & Medici, *h. §. 15. & L. 6. §. 8. ff. h. t.* Hodie indiſtincte, etiam Gymnaſiaſta, modo diligenter Profeſſioni ſuæ vacent, *h. §. 15. & d. L. 6. §. 4.*

29. *Annon etiam Doctores Juris?*

R. Non qua tales, *d. L. 6. §. 12.* Sed quatenus alios ſtudiis & artibus inſtituunt. *L. 6. C. de Profeſſ. & Med* aut in Conſilium Principis ſunt aſſumti. *L. 30. ff. h. t.*

30. *Quid ſi quis plures Excuſationes habeat, an omnes proponere poteſt?* *Ad §. 16.*

R. Aff. *arg. L. 43. ff. de R. J.* Et quidem vel *ſimul*, quod utile, *L. 13. §. 8. h. t.* vel *ſucceſſive* intra tempora conſtituta, *h. §. 16.* aut cum proteſtatione.

31. *Intra quod tempus allegandæ Excuſationes?*

R. Intra 50. dies continuos, ex quo quis cognovit, ſe Tutorem vel Curatorem eſſe datum, numerandos. *h. §. 16. & L. 6. C. h. t.*

32. *Quo-*

Digitized by Google

32. *Quare dicis:* dies continuos?

R. Quia hic omnes dies computantur, tam feriati, quam faſti: quibus in Jure opponuntur *dies utiles*, quibus poteſtas competit experiundi & Judicem adeundi, quales v. gr. ſunt *Juridici*, ſeu *Seſſionum*, Die Gerichts-Tage, licet non ſemper, per *L.* 2. §. 1. *ff. Quis Ordo in Poſſeſſ.*

33. *Sed annon a delata Tutela appellandum?*

R. Neg. *h.* §. 16. Quia per delationem quis nondum gravatus: Proponenda ergo prius Judici excuſatio, & ſi hæc rejecta, tunc appellandum. *L.* 13. *pr. ff. h. t. & L.* 1. *ff Quand. appell.* Diſſ. *Mev. p.* 8. *Dec.* 89.

34. *An omnes Tutores, etiam Legitimi, ſe excuſare poſſunt?*

R. Aff. *per h.* §. 16. *L.* 30. §. 2. *h. t. & L.* 3. §. 8. *ff. de Legit. Tut.* Quamvis enim Legitimi hæreditatem capiant, inde tamen naturalis æquitas excuſandi quoad ipſos non ſublata; præſertim cum *hæreditas* futura ſit & incerta; *onus* vero *tutelæ* præſens.

35. *Quantum tempus ad ſe excuſandum conceditur illi, qui ultra centeſimum lapidem, ſeu* milliare *abeſt a loco, ubi datus?*

R. *Primo* ipſi tot dies conceduntur, quot ſunt vicena

Digitized by Google

vicena millaria; & *poſtea* adhuc alii triginta dies, ita tamen, ut nunquam pauciores, quam 50. numerentur. *h.* §. 16. *&* *L.* 13. §. 2 *h. t.* Quod in noſtris Imperiolis vix uſum habet.

36. An Tutor ſimpliciter datus, etiam bonis alibi ſitis cenſetur datus? *Ad* §. 17.

R. Aff. *h.* §. *17.* per conſequentiam ſcil. Niſi Tutor quoad illa ſe excuſaverit. *Vid ſupr. Qu. 4. de Atil. Tutor.*

37. An qui Tutor alicujus fuit, ab ejus cura ſe poteſt excuſare? *Ad* §. 18.

R. Aff. *h.* §. *18.* cujus ratio in *L. Tutori.* 20. *C. de Negot. geſt.* Quod hodienum obtinet. *Carpz. P. 2. Conſt. 11. def. 10.*

38. An Maritus poteſt eſſe Curator ſuæ uxoris? *Ad* §. 19.

R. Neg. *L. 2. C. Qui dar. Tut* Etiamſi velit, *h.* §. *19* ne male adminiſtret rationum reddendarum ſecurus, nec ſuſpecti infamiam metuens. Quod moribus ſecus, ubi Maritus plerumque eſt legitimus Curator ſuæ uxoris, Eheſicher Vormund, Eh-Voigt. *Sande d. L. 2. tit.*

tit. 4. def. 3. Gudelin. de Jure noviſſ. L. 1. c. 7.

39. *An in omnibus uxoris bonis locum habet iſta prohibitio Curæ Marito facta?*

R. Neg. Sed tantum in *receptitiis: Dotalium* enim Dominus eſt Maritus, *pr. I. Quib. alien. lic. Paraphernalium* vero Legitimus adminiſtrator. *L. fin. C. de Pact. convent.*

40. *Quomodo diſtinguuntur* bona Dotalia, Paraphernalia & receptitia *a ſe invicem?*

R. *Dotalia* ſunt, quæ Marito dotis nomine adferuntur, Ehe-Güter, *t. t. ff. & C. de Jur. Dot. Paraphernalia*, quæ præter dotem ipſi adminiſtranda conceduntur, Neben-Güter. *L. 5. C. de Pact. convent.* Et *receptitia*, quæ Uxor ſibi propria retinet, Spiel-Gelder.

Ad §. fin. 41. *Quid ſi quis falſis allegationibus a Tutela liberatus?*

R. Liberatio eſt ipſo jure nulla, *h. §. fin. & L. 1. ac 3. C. Si tut. falſ. alleg.* & periculum Tutelæ nihilominus continuatur. *d. d. text.*

TIT.

Tit. XXVI.
De
SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS.

1. *Unde deſcendit Suſpecti accuſatio?*

R. Ex lege XII. Tabularum. *h. pr. & L. 1. Ad pr.* §. 2. *ff. h. t.*

2. *Quis Judex poteſt de ſuſpecto cognoſcere? Ad §. 1.*

R. Romæ Prætor, in Provinciis Præſides. *h.* §. 1. Hodie omnis, qui poteſt Tutorem dare, *arg. L. 35. de R. J.* niſi agatur de pœna Tutori infligenda. *arg.* §. *10. & 11. h. t. B. Brunnem. Exerc. 5. ad Inſt.* §. *1 h. t.*

3. *An omnes Tutores ut ſuſpecti accuſari poſſunt? Ad §. 2.*

R. Aff. Ut tamen Legitimorum famæ parcatur, *h.* §. *2.* & ſi removendi videantur, ipſis potius Curator adjungatur. *L. 9. ff. h. t.*

4. *Quinam poſſunt Tutores vel Curatores Suſpectos accuſare? Ad §. 3.*

R. Omnes, etiam Mulieres, quæ pupillo *conjunctæ* ſunt, aut alias *pietate* ad accuſandum feruntur. *h.* §. *3.*

5. An

Digitized by Google

Ad §. 4. 5. *An etiam impuberes?*

R. Neg. *h. §. 4.* cujus ratio in *L. 2. C. Qui legit. perſ. ſtand. in Judic.* Puberes tamen *ſeu* Minores poſſunt, dummodo id faciant ex conſilio neceſſariorum, *h. §. 4. & L. 4. C. de Auctor. Tut.* Quoties enim ſuam injuriam proſequuntur, in judicio ſtare poſſunt. *L. 11. pr. ff. de Accuſat.*

6. *Quid ſi nemo ſit, qui accuſet?*

R. Judex ex officio inquiret; & Tutorem ſuſpectum removebit. *L. 3. §. 4. ff. h. t.* & arg. *L. Congruit. 13. ff. de Offic. Præſid.*

Ad §. 5. 7. *Quis Tutor dicitur Suſpectus?*

R. Qui non ex fide tutelam gerit, aut geſturus præſumitur, *h. §. 5.* licet ſolvendo ſit. *L. 21. §. 5. ff. de Tutor. & Curat. dat.*

8. *An ergo ante Tutelam ſuſceptam aliquis ſuſpectus eſſe & removeri poteſt?*

R. Aff. *h. §. 5.* cujus ratio in *L. fin. C. In quib. cauſ. in integr. reſtit.* Utpote, ſi quis dolo gerere nolit, *L. 3. C. h. t.* Si in alia Tutela jam male verſatus ſit. *L. 3. §. 8. ff. h. t. &c.*

9. *Quid ſi quis Pauper ſit, an ideo ſuſpectus eſt?*

R. Neg.

Digitized by Google

R. Neg. §. *fin. h. t. L. 5 C. Eod.* & *ad L. 21.* Quamvis ſi ſatisdare non poſſit, Curator ei adjungendus, *L. 6. C, h. t.* aut a Tutela arcendus ſit. *L. 2. C. de Tut. qui ſatis non ded.*

10. Quæ eſt Pœna Tutoris Suſpecti? *Ad§.6.*

R. Infamia, ſi ob *dolum* removeatur, *L. 4. §. 1.* & *2. ff. h. t.* Si ob *culpam latam ſc.* nuda remotio. *h. §. 6. L. 7. § 1. ff* & *L. fin. C. h. t.*

11. An ergo ob culpam latam remotus, pariter non ſit infamis?

R. Neg. quia hic non agitur ad intereſſe Civile, de quo in *L. 32 ff. Depoſ.* Sed ad pœnam irrogandam, quo caſu dolus & lata culpa non comparantur, *L 7. ff. Ad L. Cornel. de Sicar.*

12. An pendente cognitione de ſuſpecto adminiſtratio relinquitur Tutori? *Ad§.7.*

R. Neg. *h. §. 7.* Sed illa ſtatim *poſt litem conteſtatam* aufertur, *L. 15. ff. Rem rat. haberi.* & Curatori committitur. *L. 7. C. h. t.*

13. An idem in omnibus aliis Adminiſtratoribus, ſeu Officialibus?

R. Neg.

Digitized by Google

R. Neg. Niſi graviſſima contra eos militent indicia malæ adminiſtrationis. *Vid. Diſp noſtra Inaug. de Suſpenſione ab Offic. c.* 3. *num.* 57.

Ad §. 8. 14. *Quibus modis finitur ſuſpecti cognitio?*

R. Iisdem, quibus Tutela, *L. pen. ff. h. t.* v. gr. morte Tutoris. *h.* §. *8.* &c.

Ad §. 9. 15. *Qua pœna afficitur Tutor, qui ideo* abeſt, *ne Pupillo alimenta decernantur?*

R. Pupillus in ejus bona mittitur, & ſi quæ illorum ſervari non poſſint, Curatore dato diſtrahuntur; Tutor vero ut ſuſpectus removetur. *h.* §. 9.

Ad §. 10 & 11. 16. *Quid ſi* præſens *ſit Tutor, ſed neget Pupillo propter inopiam alimenta decerni poſſe?*

R. Si hoc *per mendacium* dicat, graviori pœna a Præfecto urbis eſt afficiendus, *h.* § 10. quia velut prædo cenſetur bonis Pupilli incumbere. *L.* 3. §. 15. *ff. h. t.* Quod idem in *Liberto*, qui fraudulenter Tutelam filiorum Patroni geſſit. §. 11. *h. t.*

17. *Unde vero alimenta Pupilli ſunt deſumenda?*

R. Ex bonis ipſius Pupilli: Tutor enim de ſuo alere non cogitur. *L.* 3. §. *fin. ff. Ubi Pupill. educar.*

18. *Sed*

18. *Sed quid ſi Pupillus non habeat bona, unde ali poſſit?*

R. Ab iis alendus, qui proximam habent ſpem ſuccedendi, *Carpz. L.* 4. *Reſp.* 59. *n.* 14. *& ſeqq.* aut his deficientibus, a Magiſtratu.

19. *Quid ſi Tutor ipſe aluerit, an de ſuo id feciſſe præſumitur?*

R. Aff. Nemo enim vento vivere creditur. *L.* 2. *C. de alim. pupill. præſt.* niſi contrarium probetur.

20. *Annon Tutori ſuſpecto præſtita ſatisdatione adminiſtratio relinquenda?* *Ad §. fin.*

R. Neg. Quia Satisdatio Tutoris propoſitum malevolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat, *h.* §. 5. ut adeo expediat Pupillo rem ſalvam habere, quam tabulas cautionis, rem ſalvam fore. *L.* 5. *ff. h. t.*

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIONVM IMPERIALIVM
LIBER II.
Tit. I.
De RERUM DIVISIONE ET ACQUIRENDO EARUM DOMINIO.

Ad pr. 1. *Hactenus de primo Juris Objecto, ſc.* perſonis; *Quodnam eſt ſecundum Juris Objectum?*

R. RES, *L.* 1. *ff. de Stat. Homin.* de quibus nunc ab hoc Libro usque ad IV. tit. 6. agitur.

2. *Quid in Jure noſtro venit nomine Rei?*

R. Omne id, quod *ſua natura* habile eſt, ut poſſit in bonis noſtris eſſe, licet *ob certam qualitatem* non ſemper in iis ſit. *L.* 5. *de V. S.*

3. *Quotuplices ſunt Res?*

R. Duplices: *Aliæ* ſunt in patrimonio noſtro; *Aliæ* extra patrimonium noſtrum. *h. pr.*

4. *Quæ ſunt extra Patrimonium noſtrum?*

R. Quæ

R. Quæ in nullius privati bonis ſunt. *uti:* res communes, publicæ & univerſitatis, *h. pr.* aut eſſe poſſunt, *uti:* res ſacræ, ſanctæ & religioſæ *L. 1. pr ff. h. t.*

5. *Quæ ſunt* Res communes? *Ad §. 1. 3. & 5.*

R. Quarum *uſus* omnibus Gentibus patet; *Proprietas* vero nullius eſt, *§. 5. h. t. & L. 14. ff. de A. R. D* niſi quatenus fuerunt occupatæ, uti ſunt *aër*, *aqua profluens*, *mare* & per hoc *littora maris. h §. 1. & L. 2. §. 1 ff de R. D.*

6. *An ergo Aër poteſt occupari, aut Leges de aëre ferri?*

R. Aff. Non in *totum*, ſed pro *parte*; Non quatenus *abſolute* conſideratur, ſed quatenus *reſpective*, ratione ſcil. certi alicujus territorii, fundi &c. *arg. L fin. §. 4. ff Quod vi aut clam. L. 2. §. 29 ff. Ne quid in loc. publ.*

7. *An idem dicendum de Mari?*

R. Aff. Nam & hoc terminorum non adeo incapax eſt, de quo vid. *Selden. de Mari clauſo* L. 1. *c.* 22.

8. *Quid eſt littus Maris?* *Ad §. 2.*

R. Quo hybernus fluctus maximus *ordinarie* excurrit. *§. 3. h. t.*

9. *Quænam* res *ſunt* Publicæ?

E R. Qua-

R. Quarum *proprietas* eſt certi alicujus Populi; *Uſus* vero *Jure gentium* pertinet ad omnes, qui ſunt ex illo populo, *L. 5. ff. h. t.* cujusmodi ſunt: Flumina perennia, *L.* 1. §. 3. *ff. de Flumin.* Portus & Ripæ, *h.* §. 2. & 4. Hodie etiam Mare & Littora maris.

10. *An ergo cuilibet ex populo in flumine pubilco piſcari licet?*

R. Aff. *h.* §. 2. adeo, ut contra prohibentem competat actio injuriarum, *L.* 13. §. *fin. ff. de injur.* niſi quis pluribus annis ſolus in diverticulo fluminis piſcatus fuerit: Sic enim alium eodem jure uſurum prohibere poteſt. *L. 7. ff. de Diverſ. tempor. præſcr.*

11. *An etiam Molendinum ibidem exſtruere?*

R. Aff. Dum tamen id ſine incommodo cujusque fiat, *L. Fluminum 24. pr. & §. fin. ff. de damn. infect.* i. e. *dummodo nulli damnum inde* revera *detur, utut lucrum avertatur;* Et uſus fluminis non reddatur deterior. *L. 1. pr. ff. de Flumin.*

Ad §. 4. 12. *Qua ratione Ripæ dicuntur Publicæ?*

R. Quoad *uſum*, non *proprietatem:* Hæc enim illorum eſt, quorum prædia hærent, deren Aecker an den Ufer ſteſſen. *h.* §. 4.

13. *Ad*

13 *Ad quem hodie pertinent Res Publicæ?*

R. Ad Principem, *arg. §. 6. I. de J. N. G. & C.* Qui tamen, cum non omnem *illarum uſum* ſubditis ademerit, in tantum videtur iis reliquiſſe, in quantum non expreſſe prohibuit. Unde, quod de Molendinis *qu* 11. diximus, hodienum in Saxonia obtinere, teſtatur *Dn. Ziegler. de Jur. Majeſt. L. 2. c. 15. n. 36 & ſeqq.*

14. *Quæ ſunt* Res Univerſitatis? *Ad §. 6.*

R. Quarum *proprietas* eſt certæ alicujus Univerſitatis vel Collegii; *Uſus* vero pertinet ad omnes, qui ſunt ex illa univerſitate, *uti ſunt:* forum, theatra, ſtadia, &c. *h. §. 6.*

15. *Differuntne res Univerſitatis a Patrimonio Civitatis?*

R. Aff. Hujus enim & *proprietas*, & *Uſus* pertinet ad civitatem, *L. 17. de V. S.* uti patet in *fundis publicis*, denen Cämmerey-Gütern, *L. 6 pr. ff. de Contrab. Emt.* Quod ſecus in rebus univerſitatis. *Mev. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 3. num. 7. & ſeq.*

16. *Quot modis in jure* Res *dicuntur* Nullius? *Ad §. 7*

R. *Potiſſimum duobus:* Vel ita, ut nec alicujus fieri poſſint, *uti ſunt:* res

Digitized by Google

ſacræ, religioſæ & ſanctæ, *h.* § 7. Vel, ut poſſint quidem alicujus fieri, actu tamen nullius ſint, *uti ſunt* feræ. §. 21. *I. h. t.*

Ad§. 8. 17. *Quænam ſunt* Res ſacræ?

R. Quæ rite per Pontifices Deo ſunt conſecratæ, *veluti:* ædes ſacræ & donaria. *h.* §. 8.

18. *An iſta conſecratione adhuc hodie inter Evangelicos opus?*

R. Neg. Sed ſi res *mobilis* ad uſum ſacrum perpetuo apud illos deſtinata & adhibita, pro ſacra reputatur, *D. Stryk. in Annotat. ad jus Eccleſ. Brunnem. L.* 2. C 1. §. 1. Ad *rem* vero *immobilem*, ut ſacra fiat, Conſiſtorii requiritur authoritas.

19. *Differuntne ab his rebus ſacris Bona Eccleſiaſtica?*

R. Aff. *Res* enim *ſacræ* immediate inſerviunt cultui Divino; *Bona* vero *Eccleſiaſtica* ſuſtentationi potius Eccleſiæ, perſonarumque Eccleſiaſticarum. *L.* 14. *C. de SS. Eccleſ.*

20. *An poſſunt alienari Res ſacræ?*

R. Neg. *h* §. 8. & *can.* 20. *XII. qu.* 2. niſi in caſu *pietatis*, *v. gr.* ut captivi redimantur, *h.* §. 8. & *neceſſitatis*, ut

ut ære alieno liberetur Eccleſia. *can.* 2. X. *qu.* 2.

21. *An idem in bonis Eccleſiaſticis?*

R. Aff. Sed hæc tamen facilius alienari poſſunt, in cauſa etiam inſignis *utilitatis* & *incommoditatis*, *can.* 52. *XII. qu.* 2. Modo ſemper præcedat cauſæ cognitio & Superioris conſenſus atque Decretum *d. can.* 52. *&* *Nov.* 120. *C.* 6. §. 2. *Mev. P.* 9. *Dec.* 6.

22. *An collapſis ædibus ſacris area manet ſacra?* *Ad* §. 9.

R. Aff. *h.* §. 9. *&* L. 73. *ff. de Contrab. Emt.*

23. *Quæ ſunt* Res Religioſæ?

R. Sunt loca, in quæ privata authoritate (hodie publica) mortui ſunt illati ab iis, qui jus inferendi habent. *h.* §. 9.

24. *Quinam vero habent jus inferendi?*

R. Qui pleno loci dominio gaudent, aut quibus id a Dominis conceſſum; *h.* §. 9. Non ergo, qui proprietatem ſolam vel uſumfr. habent *h.* §. *in fin.*

25. *An Socio licet inferre in locum communem?*

R. Invito altero ſocio non, *arg. L. Sabinus.* 28. *ff. Commun. divid.* niſi aliquis ex ſociis ſit inferendus; *L.* 41. *ff. de Religioſ.*

vel locus jam antea ſepulchrum fuerit, aut ei deſtinatum. *h.* §. 9.

Ad §. 10. 26. ***Quid ſi in diverſis locis unum corpus ſepultum, quis religioſus?***

R. Ille, in quo caput conditum. *L.* 44. *ff. de Religioſ.* Add. *L.* 17. *C. de Pœn.*

27. *Quæ ſunt* Res Sanctæ?

R. Quæ pœnali ſanctione adverſus violatores ſunt munitæ, *L.* 8. *pr. ff. h. t. uti:* Leges, portæ, muri civitatum, &c. *h.* §. 10.

28. ***Qua pœna afficiuntur, qui portas & muros violant?***

R. Capitis, *h.* §. 10. *& d. L.* 18. *in fin.* Quod hodie procedit, ſi illud animo hoſtili factum, *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 40. *n.* 24.

Ad §. 11. 29. *Quæ res ſunt in Patrimonio noſtro?*

R. Quæ revera ſunt in bonis noſtris, *i. e.* per actionem peti aut exceptionem retineri poſſunt, *L.* 52. *ff. de A. R. D.* uti ſunt res ſingulorum. *h.* §. 11.

30. *Quotuplex eſt Jus circa res ſingulorum?*

R. *Duplex:* Jus in re, & Jus ad rem. *L.* 2. *ff. de Pollicit. L.* 30. *ff. de noxal. act. & c.* 17. *&* 40. *de Præbend. in* 6.

31. *Quid*

31. Quid eſt jus in re?

R. Eſt facultas, quæ in ipſam rem devinctam competit, ſine reſpectu certæ alicujus perſonæ. *d. l. 2. ff. de Poll.*

32. Quot ſunt Species Juris in re?

R. Quinque: (1) Dominium, *L. 13. §. 1. C. de Judic.* (2) Servitus, *L. 30. ff. de Noxal. Act.* (3) Jus hæreditarium, *L. 5. §. 5. ff. de his, qui effud.* (4) Pignus, *d. L. 30. & L. 19. ff. de damn. infect.* (5) Poſſeſſio. *arg. L. 1. ff. de Superfic.*

33. Quid eſt Dominium?

R. Eſt jus de re corporali perfecte diſponendi, eamque vindicandi, niſi Lex vel conventio obſiſtat: Uti in Marito. *pr. I. Quib. al. lic. vel non.* &c.

34. *An ergo* res corporales *tantum ſunt in Dominio?*

R. Aff. Res incorporales non, niſi improprie. *L. 3. ff. Si uſusfr. pet.* Qui proprie non poſſidentur. *L. 32. in fin. ff. de S. U. P.* Add. *L. 1. §. 1. ff. de Acquir. poſſ.*

35. Quotuplex eſt Dominium?

R. Duplex: *Plenum*, quando cum proprietate uſusfructus conjunctus: Et *Minus plenum*, quando quis *vel* ſolam

 habet

Digitized by Google

R. Neg. Niſi graviſſima contra eos militent indicia malæ adminiſtrationis. *Vid. Diſp noſtra Inaug. de Suſpenſione ab Offic. c.* 3. *num.* 57.

Ad §. 8. 14. *Quibus modis finitur ſuſpecti cognitio?*

R. Iisdem, quibus Tutela, *L. pen. ff. h. t.* v. gr. morte Tutoris. *h.* §. *8.* &c.

Ad §. 9. 15. *Qua pœna afficitur Tutor, qui ideo* abeſt, *ne Pupillo alimenta decernantur?*

R. Pupillus in ejus bona mittitur, & ſi quæ illorum ſervari non poſſint, Curatore dato diſtrahuntur; Tutor vero ut ſuſpectus removetur. *h.* §. 9.

Ad §. 10 & 11. 16. *Quid ſi* præſens *ſit Tutor, ſed neget Pupillo propter inopiam alimenta decerni poſſe?*

R. Si hoc *per mendacium* dicat, graviori pœna a Præfecto urbis eſt afficiendus, *h.* § 10. quia velut prædo cenſetur bonis Pupilli incumbere. *L.* 3. §. 15. *ff. h. t.* Quod idem in *Liberto*, qui fraudulenter Tutelam filiorum Patroni geſſit. §. 11. *h. t.*

17. *Unde vero alimenta Pupilli ſunt deſumenda?*

R. Ex bonis ipſius Pupilli: Tutor enim de ſuo alere non cogitur. *L.* 3. §. *fin. ff. Ubi Pupill. educar.*

18. *Sed*

Digitized by Google

18. *Sed quid ſi Pupillus non habeat bona, unde ali poſſit?*

R. Ab iis alendus, qui proximam habent ſpem ſuccedendi, *Carpz. L.* 4. *Reſp.* 59. *n.* 14. *& ſeqq.* aut his deficientibus, a Magiſtratu.

19. *Quid ſi Tutor ipſe aluerit, an de ſuo id feciſſe præſumitur?*

R. Aff. Nemo enim vento vivere creditur. *L.* 2. *C. de alim. pupill. præſt.* niſi contrarium probetur.

20. *Annon Tutori ſuſpecto præſtita ſatisdatione adminiſtratio relinquenda?* Ad §. fin.

R. Neg. Quia Satisdatio Tutoris propoſitum malevolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat, *h.* §. 5. ut adeo expediat Pupillo rem ſalvam habere, quam tabulas cautionis, rem ſalvam fore. *L.* 5. *ff. h. t.*

IN-

Digitized by Google

INSTITVTIONVM IMPERIALIVM

LIBER II.

Tit. I.

De RERUM DIVISIONE ET ACQUIRENDO EARUM DOMINIO.

Ad pr. 1. *Hactenus de primo Juris Objecto, ſc.* perſonis; *Quodnam eſt ſecundum Juris Objectum?*

R. RES, *L.* 1. *ff. de Stat. Homin.* de quibus nunc ab hoc Libro usque ad IV. tit. 6. agitur.

2. *Quid in Jure noſtro venit nomine Rei?*

R. Omne id, quod *ſua natura* habile eſt, ut poſſit in bonis noſtris eſſe, licet *ob certam qualitatem* non ſemper in iis ſit. *L.* 5. *de V. S.*

3. *Quotuplices ſunt Res?*

R. Duplices: *Aliæ* ſunt in patrimonio noſtro; *Aliæ* extra patrimonium noſtrum. *h. pr.*

4. *Quæ ſunt extra Patrimonium noſtrum?*

R. Quæ

Digitized by Google

R. Quæ in nullius privati bonis ſunt. *uti:* res communes, publicæ & univerſitatis, *h. pr.* aut eſſe poſſunt, *uti:* res ſacræ, ſanctæ & religioſæ *L. 1 pr ff. h. t.*

5. *Quæ ſunt* Res communes? *Ad* §. 1. 3. & 5.

R. Quarum *uſus* omnibus Gentibus patet; *Proprietas* vero nullius eſt, §. 5. *h. t.* & *L. 14. ff. de A. R. D* niſi quatenus fuerunt occupatæ, uti ſunt *aër*, *aqua profluens*, *mare* & per hoc *littora maris. h* §. 1. & *L. 2.* §. 1 *ff de R. D.*

6. *An ergo Aër poteſt occupari, aut Leges de aëre ferri?*

R. Aff. Non in *totum*, ſed pro *parte*; Non quatenus *abſolute* conſideratur, ſed quatenus *reſpective*, ratione ſcil. certi alicujus territorii, fundi &c. *arg. L fin.* §. 4. *ff Quod vi aut clam. L.* 2. §. 29 *ff. Ne quid in loc. publ.*

7. *An idem dicendum de Mari?*

R. Aff. Nam & hoc terminorum non adeo incapax eſt, de quo vid. *Selden. de Mari clauſo* L. 1. *c.* 22.

8. *Quid eſt littus Maris?* *Ad* §. 2.

R. Quo hybernus fluctus maximus *ordinarie* excurrit. §. 3. *h. t.*

9. *Quænam* res *ſunt* Publicæ?

 R. Qua-

Digitized by Google

R. Quarum *proprietas* eſt certi alicujus Populi; *Uſus* vero *Jure gentium* pertinet ad omnes, qui ſunt ex illo populo, *L. 5. ff. h. t.* cujusmodi ſunt: Flumina perennia, *L. 1. §. 3. ff. de Flumin.* Portus & Ripæ, *h. §. 2. & 4.* Hodie etiam Mare & Littora maris.

10. *An ergo cuilibet ex populo in flumine pubilco piſcari licet?*

R. Aff. *h. §. 2.* adeo, ut contra prohibentem competat actio injuriarum, *L. 13. §. fin. ff. de injur.* niſi quis pluribus annis ſolus in diverticulo fluminis piſcatus fuerit: Sic enim alium eodem jure uſurum prohibere poteſt. *L. 7. ff. de Diverſ. tempor. præſcr.*

11. *An etiam Molendinum ibidem exſtruere?*

R. Aff. Dum tamen id ſine incommodo cujusque fiat, *L. Fluminum 24. pr. & §. fin. ff. de damn. infect.* i. e. *dummodo nulli damnum inde revera detur, utut lucrum avertatur;* Et uſus fluminis non reddatur deterior. *L. 1. pr. ff. de Flumin.*

Ad §. 4. 12. *Qua ratione Ripæ dicuntur Publicæ?*

R. Quoad *uſum*, non *proprietatem:* Hæc enim illorum eſt, quorum prædiis hærent, deren Aecker an den Ufer ſtoſſen. *h. §. 4.*

13. *Ad*

13 *Ad quem hodie pertinent Res Publicæ?*

R. Ad Principem, *arg. §. 6. I. de J. N. G. & C.* Qui tamen, cum non omnem *illarum uſum* ſubditis ademerit, in tantum videtur iis reliquiſſe, in quantum non expreſſe prohibuit. Unde, quod de Molendinis *qu* 11. diximus, hodienum in Saxonia obtinere, teſtatur *Dn. Ziegler. de Jur. Majeſt. L. 2. c. 15. n. 36 & ſeqq.*

14. *Quæ ſunt* Res Univerſitatis? *Ad §. 6.*

R. Quarum *proprietas* eſt certæ alicujus Univerſitatis vel Collegii; *Uſus* vero pertinet ad omnes, qui ſunt ex illa univerſitate, *uti ſunt:* forum, theatra, ſtadia, &c. *h. §. 6.*

15. *Differuntne res Univerſitatis a Patrimonio Civitatis?*

R. Aff. Hujus enim & *proprietas*, & *Uſus* pertinet ad civitatem, *L. 17. de V. S.* uti patet in *fundis publicis*, denen Cämmerey-Gütern, *L. 6 pr. ff. de Contrab. Emt.* Quod ſecus in rebus univerſitatis. *Mev. ad Jus Lubec. P. 2. tit. 3. num. 7. & ſeq.*

16. *Quot modis in jure* Res *dicuntur* Nullius? *Ad §. 7*

R. *Potiſſimum duobus:* Vel ita, ut nec alicujus fieri poſſint, *uti ſunt:* res

ſacræ, religioſæ & ſanctæ, *h.* § 7. Vel, ut poſſint quidem alicujus fieri, actu tamen nullius ſint, *uti ſunt* feræ. §. 21. *I. h. t.*

Ad§. 8. 17. *Quænam ſunt* Res ſacræ?

R. Quæ rite per Pontifices Deo ſunt conſecratæ, *veluti:* ædes ſacræ & donaria. *h.* §. 8.

18. *An iſta conſecratione adhuc hodie inter Evangelicos opus?*

R. Neg. Sed ſi res *mobilis* ad uſum ſacrum perpetuo apud illos deſtinata & adhibita, pro ſacra reputatur, *D. Stryk. in Annotat. ad jus Eccleſ. Brunnem. L.* 2. *C* 1. §. 1. Ad *rem* vero *immobilem*, ut ſacra fiat, Conſiſtorii requiritur authoritas.

19. *Differuntne ab his rebus ſacris Bona Eccleſiaſtica?*

R. Aff. *Res* enim *ſacræ* immediate inſerviunt cultui Divino; *Bona* vero *Eccleſiaſtica* ſuſtentationi potius Eccleſiæ, perſonarumque Eccleſiaſticarum. *L.* 14. *C. de SS. Eccleſ.*

20. *An poſſunt alienari Res ſacræ?*

R. Neg. *h* §. 8. *& can.* 20. *XII. qu.* 2. niſi in caſu *pietatis*, *v. gr.* ut captivi redimantur, *h.* §. 8. & *neceſſitatis*,

ut

ut ære alieno liberetur Eccleſia. *can.* 2. X. *qu.* 2.

21. *An idem in bonis Eccleſiaſticis?*

R. Aff. Sed hæc tamen facilius alienari poſſunt, in cauſa etiam inſignis *utilitatis* & *incommoditatis*, *can.* 52. *XII. qu.* 2. Modo ſemper præcedat cauſæ cognitio & Superioris conſenſus atque Decretum *d. can.* 52. *&* *Nov.* 120. *C.* 6. §. 2. *Mev. P.* 9. *Dec.* 6.

22. *An collapſis ædibus ſacris area manet ſacra?* Ad §. 9.

R. Aff. *h.* §. 9. *&* *L.* 73. *ff. de Contrab. Emt.*

23. *Quæ ſunt* Res Religioſæ?

R. Sunt loca, in quæ privata authoritate (hodie publica) mortui ſunt illati ab iis, qui jus inferendi habent. *b.* §. 9.

24. *Quinam vero habent jus inferendi?*

R. Qui pleno loci dominio gaudent, aut quibus id a Dominis conceſſum; *b.* §. 9. Non ergo, qui proprietatem ſolam vel uſumfr. habent *b.* §. *in fin.*

25. *An Socio licet inferre in locum communem?*

R. Invito altero ſocio non, *arg. L. Sabinus.* 28. *ff. Commun. divid.* niſi aliquis ex ſociis ſit inferendus; *L.* 41. *ff. de Religioſ.*

 vel

vel locus jam antea ſepulchrum fuerit, aut ei deſtinatum. *h.* §. 9.

Ad §. 10. 26. *Quid ſi in diverſis locis unum corpus ſepultum, quis religioſus?*

R. Ille, in quo caput conditum. *L.* 44. *ff. de Religioſ.* Add. *L.* 17. *C. de Pœn.*

27. *Quæ ſunt* Res Sanctæ?

R. Quæ pœnali ſanctione adverſus violatores ſunt munitæ, *L.* 8. *pr. ff. h. t. uti:* Leges, portæ, muri civitatum, &c. *h.* §. 10.

28. *Qua pœna afficiuntur, qui portas & muros violant?*

R. Capitis, *h.* §. 10. *& d. L.* 18. *in fin.* Quod hodie procedit, ſi illud animo hoſtili factum, *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 40. *n.* 24.

Ad §. 11. 29. *Quæ res ſunt in Patrimonio noſtro?*

R. Quæ revera ſunt in bonis noſtris, *i. e.* per actionem peti aut exceptionem retineri poſſunt, *L.* 52. *ff. de A. R. D.* uti ſunt res ſingulorum. *h.* §. 11.

30. *Quotuplex eſt Jus circa res ſingulorum?*

R. *Duplex:* Jus in re, & Jus ad rem. *L.* 2. *ff. de Pollicit. L.* 30. *ff. de noxal. act. & c.* 17. *&* 40. *de Præbend. in* 6.

31. *Quid*

Digitized by Google

31. *Quid eſt jus in re?*

R. Eſt facultas, quæ in ipſam rem devinctam competit, ſine reſpectu certæ alicujus perſonæ. *d. l. 2. ff. de Poll.*

32. *Quot ſunt Species Juris in re?*

R. Quinque: (1) Dominium, *L. 13. §. 1. C. de Judic.* (2) Servitus, *L. 30. ff. de Noxal. Act.* (3) Jus hæreditarium, *L. 5. §. 5. ff. de his, qui effud.* (4) Pignus, *d. L. 30. & L. 19. ff. de damn. infect.* (5) Poſſeſſio. *arg. L. 1. ff. de Superſic.*

33. *Quid eſt Dominium?*

R. Eſt jus de re corporali perfecte diſponendi, eamque vindicandi, niſi Lex vel conventio obſiſtat: Uti in Marito. *pr. I. Quib. al. lic. vel non.* &c.

34. *An ergo* res corporales *tantum ſunt in Dominio?*

R. Aff. Res incorporales non, niſi improprie. *L. 3. ff. Si uſusfr. pet.* Qui proprie non poſſidentur. *L. 32. in fin. ff. de S. U. P.* Add. *L. 1. §. 1. ff. de Acquir. poſſ.*

35. *Quotuplex eſt Dominium?*

R. Duplex: *Plenum*, quando cum proprietate uſusfructus conjunctus: Et *Minus plenum*, quando quis *vel* ſolam

 habet

habet proprietatem, *ubi dicitur Dominus Directus*; *vel* ſolum uſumfructum, *ubi Dominus utilis.* Vid. *L. 4. ibi: pleno dominio. ff. de Aliment. legat.*

36. Quot modis acquiritur Dominium?

R. Duobus: *Vel* enim jure naturali, ſeu Gentium; *Vel* etiam Jure Civili. *h* §. *11.*

37. Quot modis acquiritur Jure Gentium?

R. Potiſſimum *tribus:* 1. Occupatione, 2. Acceſſione, 3. Traditione. *h. t.* Priores duo modi *Grotio* dicuntur *Originarii;* Poſterior vero *Derivativus. Conf. Pufendorff. d. J. N. & G. L. 4. C. 6.* §. 1.

Ad §. 12. *38. Quid eſt* 1. Occupatio?

R. Eſt apprehenſio rei, quæ vel actu nullius eſt, *uti* ferarum aut rerum in littore repertarum; vel alicujus, *uti* rerum hoſtilium, animo dominii facta. *arg. L 55. ff de O. & A.*

39. Quot ſunt ſpecies Occupationis?

R. Tres: (1) Venatio latius accepta; *h.* §. *12.* (2) Captivitas, §. *18. h. t.* Et (3) Inventio, §. *19. h. t.*

40. *Quas res acquirimus* Venatione?

R. Omnia

Digitized by Google

R. Omnia animalia *fera*, quæ mari, cœlo & terra naſcuntur: Hæc enim ſimul atque a nobis capta ſunt, noſtra eſſe incipiunt. *h. §. 12.*

41. *Quid ſi in alieno fundo fuerint capta?*

R. Nihilominus acquiruntur capienti, *arg. L. 15. & 16. ff. de Act. Emt.* Qui tamen, ſi contra prohibitionem Domini fundum ingreſſus, actione tenetur injuriarum. *h. §. 12. & L. 3. §. fin. ff. de Injur.*

42. *Quousque feræ captæ noſtræ eſſe intelliguntur?*

R. Quousque a nobis detinentur, & in naturalem libertatem ſe non recipiunt. *h. §. 12.*

43. *Quando dicuntur in naturalem libertatem ſe recipere?*

R. Quando *vel* oculos noſtros effugiunt, vel ita ſunt in conſpectu noſtro, ut difficilis ſit illarum perſecutio. *h. §. 12.*

44. *Quid ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, ut capi poſſit, pertinetne ad vulnerantem?* Ad §. 13.

Reſp. Aff. Si eam ceperit, *h. § 13.*

Quod hodie in nonnullis locis mutatum, & perſecutio vulneratæ beſtiæ etiam in alterius territorio certa ratione permiſſa. *Conf. Abuſv. Fritſch. Corp. Jur. Venat.*

45. *Quid hodie Juris circa Venationem?*

R. Refertur ad Regalia, I. F. 56. *ibi: Piſcationum reditus.* adeoque nulli competit, niſi cui *vel* a Principe conceſſa, *vel* tempore immemoriali acquiſita. *c.* 26. §. *Præterea X. de V. S.*

46. *An vero, pœna mortis affici poſſunt, qui contra probibitionem Principis venantur?*

R. Neg. niſi circumſtantia aliqua ita aggravet delictum, ut illud morte dignum faciat, *utpote* ſi accedat contemptus Principis &c. *Vid. Ziegl. de Jur. Majeſt. L.* 2. *cap.* 14. *n.* 33. *& ſeqq.*

Ad §. 14. 47. *Quid in Apibus obtinet?*

R. Idem, quod in aliis feris: Eſt enim earum quoque fera natura, *b.* §. 14. Unde ſi nondum occupatæ, a quolibet acquiri poſſunt, licet in aliena arbore conſederint. *b.* §. *&* L. 26. *ff. de Furt.*

48. *Quousque Examen apum, quod ex meo alveo evolavit, meum eſſe intelligitur?*

R. Itidem eousque, donec in conſpectu meo eſt, nec difficilis ejus perſe-

Digitized by Google

perſecutio. *h.* §. *14.* quod plerumque adhuc hodie obſervatur.

49. *Quid ſi aliquæ feræ ita ſint manſve factæ, ut ex conſvetudine abeant & redeant, quousque illa noſtra intelliguntur?* Ad §. 15.

R. Donec conſvetudinem revertendi *ſponte* non deſerant, *h.* §. *15.* Aliud ergo, ſi detineantur. *L. Pomponius* 8. §. 1. *ff. Famil. erciſc.*

50. *Quid ſi animalia manſveta,* v. gr. *Gallinæ &c. cuſtodiam noſtram evadant, an noſtra manent?* Ad §. 16.

R. Aff. Quoc. etiam loco fuerint, *h.* § *16.* & *L. Pomponius. 44. ff. de A. R. D.* & qui ea lucrandi animo detinet, furtum committit. *h.* §.

51. *An ergo ob unicam Gallinam ſurreptam actioni furti locus?* Ad §. 17.

R. Aff. *arg L. 22. ff. de Damn. infect.* Quia hic non *quantitas* rei ſurreptæ inſpicitur, ſed *qualitas* facti commiſſi, *i. e.* animus lucrifaciendi.

52. *Quas res acquirimus nobis* Captivitate *in bello?*

R. Præter hoſtes, qui in ſervitutem deducuntur, *vid. Q. 13. & 14. de jur. perſ.*

 ac-

acquirimus res hoſtiles *mobiles*, extra miniſterium publicum, aut concedente Duce belli captas, *L.* 51. *§.* 1. *ff. de A. R. D.* Non *immobiles*, utpote quæ acquiruntur Reip., cujus auſpiciis bellum geritur. *L. 20. §. 1. ff. de Captiv. & Poſtlim.*

53. *An* ſtatim *res hoſtiles acquiruntur capientibus?*

R. Aff. *h.* §. 7. Modo *plene* fuerint occupatæ, *i. e.* intra Præſidia capientium perductæ. *L.* 5 §. 1. *ff. Eod. Carpz. p.* 4. *C.* 5. *def.* 9.

Ad §. 18. 54. *Quas res acquirimus* Inventione?

R. Lapillos, gemmas & cætera, quæ in littore maris inveniuntur & nullius ſunt, *h.* §. *18.* Quod hodie fere ubique immutatum.

55. *Quid ſi unus præviderit rem quandam, alter vero citius apprehenderit, cui acquiritur?*

R. Apprehendenti, *L.* 1. §. 1. *ff. de acquir. poſſ.* Niſi prævidens, animo apprehendendi eam, alteram oſtenderit. *Vid D. Stryk. de Jur. Senſ. Diſſ.* 1. *Cap.* 3. *n.* 34.

Ad §. 19. 56. *Quid eſt* 2. *Acceſſio?*

R. Eſt modus acquirendi id, quod rei,

rei, quam tenemus, qualibet ratione accedit. *arg. L. 4 ff. de jur. dot.*

57. Quotuplex eſt?

R. *Triplex*: Naturalis, Artificialis ſeu Induſtrialis, & Fortuita.

58. Quam dicis naturalem?

R. Quæ fit natura operante, cujus ſpecies ſunt: *Fœtura animalium, h.* §. 19. *Alluvio*, §. 20. *Productio Inſulæ*, §. 22. & *Alvei mutatio.* §. 23.

59. An ergo nobis acquiritur, quod ex animalibus noſtris naſcitur?

R. Aff. *h. §. 19.* Licet ex alterius animali conceperint, *L. 5. §. 2. ff. de R. V.* Quia fœtus ſequitur ventrem. *L. 7. C. Eod.*

60. An quod per alluvionem agro noſtro adjicitur? *Ad* §. 20.

R. Aff. *h. §. 20.* Etiam hodie. *Mev. P. 7. dec. 301.* Niſi ſtatuto aliud inductum.

61. Quid eſt Alluvio?

R. Eſt incrementum latens, quo agro noſtro ita paullatim aliquid a *flumine* adjicitur, ut intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur. *h. §. 20.*

62. *An in omnibus agris obtinet jus Alluvionis?*

R. Neg. ſed tantum in illis, qui nullo certo limite diſcreti; Cæteris quod accreſcit, hoc publico cedit. *L.* 16. *ff. de A. R. D.*

Ad §. 21. 63. *Quid ſi vi fluminis pars quædam noſtri prædii vicino adjecta, cui acquiritur?*

R. Noſtra manet, quamdiu non coaluit, arboresque adductæ radices egerunt. *h.* § *21.*

Ad §. 22. 64. *Cui acquiritur nova inſula?*

R. Si *in mari nata*, quod raro accidit, acquiritur occupanti; Si vero *in flumine*, illis, qui vicina prædia poſſident. *h.* §. 22.

65. *An ergo æqualiter inter illos dividenda?*

R. Aff. Si *medium* partem fluminis teneant, & prædia utrinque ejusdem ſint latitudinis; *Alias* illorum tantum eſt, quibus proximior eſt. *L.* 7. §. 3. *ff. de A. R. D.* & *h.* §. 22.

66. *Quid hodie juris circa inſulas?*

R. Communiter Principes ſibi eas vindicant, *Gryphiand. d. Inſul. c.* 11. In Saxonia tamen adhuc obtinet jus Civile. Land-R. *Libr.* 2. *art.* 50. *Ziegl. de Jur. Majeſt. L.* 2. *C.* 15. *n.* 26.

67. *Quid*

67. *Quid ſi flumen agrum noſtrum in formam inſulæ redigat?*

R. Noſter manet ager, *h.* §. 22. quia forma ejus non mutata.

68. *Quibus acquiritur vetus Alveus a flumine derelictus?* Ad §. 23.

R. Si *in univerſum* derelictus, illis, qui prope ripam ejus prædia poſſident, pro latitudine cujusque agri, *h.* §. 23. Quod hodie in nonnullis locis mutatum.

69. *Quando dicitur Alveus* in univerſum derelictus?

R. Quando ne quidem tempore hyberno aquam continet, aut continet quidem, ſed non multam. *Carpz. p.* 3. *C.* 31. *def.* 15.

70. *Cujus vero juris ſit novus Alveus?*

R. Illius, cujus flumen eſt, *i. e.* publicus. *h.* §. 23.

71. *Quid ſi ad veterem Alveum revertatur flumen, cujus tunc ſit novus?*

R. Iterum illorum, qui prædia vicina poſſident, *h.* §. 23. Niſi flumen totum alicujus agrum occupaverit, & uno viciſſim impetu receſſerit: Sic enim prioris Domini manet, *L.* 30. §. 3. & *L.* 7. §. 5. *ff. h. t.*

72. *An*

Digitized by Google

Ad §. 24. 72. *An ager inundatus noſter eſſe deſinit?*

R. Neg. Quia fundi ſpecies non commutatur, *h.* §. 24. licet *Effectus Dominii* interim ceſſent, de quibus exaudienda *L.* 23. *ff. Quemadm. uſusfr. amitt.*

Ad §. 25. 73. *Quænam eſt Acceſſio Induſtrialis?*

R. Quæ fit facto hominis interveniente.

74. *Quotuplex eſt?*

R. *Duplex:* vel enim ratione rei aut operæ noſtræ nobis aliquid accedit, *ut in* Specificatione, *h.* §. 25. Adjunctione, §. 26. Inædificatione, §. 29. & 30. Plantatione, §. 31. Satione, §. 32. Scriptura §. 33 & Pictura, §. 34. vel etiam ratione rei alienæ, *ut in* Fructuum perceptione. §. 35.

75. *Quid eſt ſpecificatio?*

R. Eſt novæ ſpeciei in aliquam rem introductio.

76. *Cui acquiritur ejusmodi nova ſpecies, ex aliena materia facta?*

R. Domino materiæ, ſi ad priorem materiam reduci poſſit; Si non, ſpecificanti, *h.* §. 25. & *L.* 7. §. 7. *ff. h. t.* mo-

do

do proprio nomine, *L.* 25. *ff. b. t.* & bona fide, *L.* 12. §. 3. *ff. Ad exhib.* revera nova ſpecies ſit facta; Aliud enim, ſi tantum detecta, ut: *ſi frumentum excuſſum. d. L.* 7. §. 7. *in fin.*

77. 78. *Quid ſi* partim ex aliena, partim propria materia *ſpecies ſit facta?*

R. Indiſtincte acquiritur ſpecificanti, ob operam & materiam præſtitam, *b.* §. 25. niſi utriusque voluntate ſit facta, ubi ſit communis. *L.* 7. §. 8. *b. t.*

79. *Quomodo vero, cum ſpecificanti res acquiritur, conſulitur Domino materiæ?*

R. Habet actionem in factum ad conſequendam materiæ æſtimationem. *L.* 23. §. 5. *ff. de R. V.*

80. *Quomodo ſpecificanti conſulitur, cum Domino materiæ ſpecies adjudicatur?*

R. Et ille actionem in factum habet, aut retentionem, ad æſtimationem operarum conſequendam. *d. L* 23. §. 4.

81. *Qua ratione acquiritur per Adjunctionem?* *Ad* §. 26.

R. Quando res acceſſoria ita jungitur principali, ut nova ſpecies inde non fiat, v. gr. ſi quis purpuram alienam ſuo

ſuo veſtimento intexuerit: Sic enim acceſſorium cedit principali. *h.* §. *26.*

82. *Quid ſi vero acceſſorium pretioſius ſit ſuo principali?*

R. Nihilominus cedit principali, *h.* §. 26. quia non pretium hic ſpectatur, ſed quid alicui rei *accedat. L.* 34. *pr. ff. de contrab: Emt.*

83. *Qua actione autem tenetur, qui rem, quæ alii adjuncta, ſurripuit?*

R. Actione furti & Condictione furtiva. *h.* §. 26.

84. *Annon etiam Rei Vindicatione?*

R. *Directa* non, quia res adjuncta eſt quaſi extincta, *h.* §. 26. bene tamen *utili. L.* 27. §. 3. *ff. de R. V.*

85. *An quoque alii poſſeſſores rei adjunctæ teneantur Condictione furtiva?*

R. Aff. *h.* §. 26. Si ſimiles ſint furi, uti, *ſi quoque mala fide poſſideant; Secus, ſi bona, L.* 23. §. 4. *ff de R. V.*

Ad §. 27. 86. *Quid juris, ſi duorum materiæ confuſæ?*

R. Corpus ita confuſum ſit commune, ſive voluntate Dominorum confuſio facta, ſive fortuito, *h.* §. *27.* Niſi nova ſpecies inde facta, aut materiæ poſſint ſeparari. *L.* 5. §. 1. *ff. de R. V.*

87. *An ergo corpus confuſum æqualiter inter Dominos dividendum?*

R. Neg.

Digitized by Google

R. Neg. Sed pro ratione cujuſque materiæ collatæ. *L.* 3. §. 2 *ff. Eod.*

88. *An pari ratione res duorum commixtæ communes fiunt?* *Ad* §. 28.

R. Aff. Si *utriusque voluntate* commixtio facta: Secus, ſi *caſu*, aut unius tantum voluntate, quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant. *h.* §. 28.

89. *Qua ratione differunt Confuſio & Commixtio?*

R. *Confuſio* eſt materiarum liquidarum; *Commixtio* vero aridarum, ſeu ſolidarum. *h.* §. *27.* & *28.*

90. *Quænam vero ſingulis actio competit, ſi* caſu *commixtio facta?*

R. *Actio in rem*, in id, quantum apparet, cujusque ante commixtionem fuiſſe & nunc eſſe. *h.* §. 28. & *L.* 5. *pr. ff. de R. V.*

91. *Quomodo acquiritur Inædificatione?* *Ad* §. 29.

R. Ita, ut, quodcunque ſolo inædificatur, hoc ſolo cedat. *h.* §. *29.*

92. *Quid ſi ergo in ſuo ſolo aliquis ex aliena materia ædificaverit?*

R. Ipſe intelligitur Dominus ædificii: Licet materia *in ſe* conſiderata, adhuc maneat prioris Domini. *h* §. *29.*

93. An-

93. *Annon itaque vindicare illam, aut ad exhibendum de ea agere poteſt Dominus?*

R. Neg. Ob Legem XII. Tabb. quæ tignum alienum, ædibus noſtris junctum eximere prohibet, ne ædificia reſcindantur. *h. §. 29.*

94. *Quid venit hic nomine Tigni?*

R. Omnis materia, ex qua ædificia fiunt. *h. §. 29.*

95. *Qua ratione ergo conſulitur Domino materiæ?*

R. Competit ipſi Actio de Tigno juncto ad duplum pro materia præſtandum. *h. §. & L. 7. §. 10. ff. h. t.*

96. *An ad hoc duplum etiam tenetur ille, qui bona f. junxit tignum?*

R. Aff. Si tignum furtivum & ignorante Domino junctum, *L. 63. in f. ff. de Donat. int. Vir. & ux.* Alias tantum actione in factum tenetur ad tigni æſtimationem. Quod nec hodie abrogatum.

97. *Sed hac ratione nulla differentia erit inter bona & mala fide jungentem?*

R. Omnino: Nam *mala fide jungens* præter duplum tenetur rei vindicatione & actione ad exhi-

exhibendum, *L.* 1. § *fin. ff de Tign junct.* Quod ſecus in *bona fide jungente. h.* §. 29. *in fin.*

98. ***Annon vero is, qui b. f junxit, a præſtatione dupli ſe liberare poteſt, tignum eximendo?***

R. Neg. ob favorem publicum. Niſi tignum ſine gravi detrimento eximi poſſit, *arg h.* §. 29. aut eximens caveat, ſe ædes mox reſtituturum.

99. *Quid ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia ædificaverit, cujus ſit domus?* Ad §. 30.

R. Itidem illius, cujus eſt ſolum, ut tamen aliquando impenſas recuperet b. f. poſſeſſor. *h.* §. *30.*

100. *Quid hic ſunt Impenſæ?*

R. Sumtus in rem alienam facti.

101. *Quotuplices ſunt?*

R. *Triplices:* Neceſſariæ, Utiles & Voluptuariæ, *L.* 1. *pr. ff. de Impenſ. in res dot. fact.* Alii addunt *Delicatas*, quæ ſc. partim utiles ſunt, partim voluptuariæ: ſed hæ, ſi utilitas prævaleat, ad utiles; ſi voluptas, ad voluptuarias referendæ.

102. *Quid ſunt neceſſariæ?*

R. Quæ, ſi factæ non fuiſſent, res aut

aut periiſſet, aut deterior futura fuiſſet. *L. 79. ff. de V. S & d. L. 1. §. 1.*

103. Quid utiles?

R. Quæ factæ fructum augent, ſed rem non conſervant ab interitu. *d. L. 79.*

104. Quid voluptuariæ?

R. Quæ ſpeciem quidem ornant, ſed fructum non augent. *d. L. 79. §. fin. & L. 7. ff de impenſ. in res dot.*

105. *Quas impenſas repetit, qui* bona fide *ædificavit?*

R. *Neceſſarias* indiſtincte, *L. 38. in fin. ff. de Petit. hæred. Utiles*, ſi illas Dominus refundere poſſit, *L. 38. ff de R. V.* Alias tollit, quantum ſalvo ædificio poteſt, *d L.* 38. Quemadmodum etiam tollit *Voluptuarias. d. L. 38.*

106. *Quas repetit, qui* mala fide *ædificavit?*

R. Tantum *neceſſarias*, ſi res extet, in quam factæ, *L. 5. C. de R. V. & d. L. 38. de Petit. hæred* & non violenter occupata poſſeſſio. *L. 1. C. de Infant. expoſ. Utiles* in hoc judicio ſingulari tollit, *d. L. 5. Voluptuarias* vero amittit. *arg. h. §. in fin.*

107. *Quæ*

107. *Quale vero remedium competit ad repetendas impenſas?*

R. Si *in poſſeſſione conſtitutus* ædificator, Exceptione doli ſe tueri poteſt adverſus Dominum, modo in b. f. fuerit: *b.* §. 30. Si *non*, actionem de jure non habet. *L.* 14. *ff de Dol. mal. except.* bene tamen moribus. *Vid. Diſp. noſtr de Compenſ. Fruct. cum Impenſ Membr.* 2. & 3.

108. *Annon domus in alieno ſolo poſita, cum diruta, vindicari poteſt?*

R. Aff. Si *bona fide* fuerit extructa, ſecus, ſi *mala*. *b* §. 30.

109. *Cui acquiritur Planta in alieno ſolo poſita?* *Ad* §. 31.

R. Eadem ratione illi, cujus ſolum eſt, modo cum terra coaluerit & radices egerit. *b.* §. *31.*

110. *Quid ſi ergo Vicini arbor in meum fundum radices egerit, cujus erit?*

R. Si *in totum* radices egerit in meum fundum, mea erit; *Si ex parte*, uti, ſi in confinio poſita, communis. *b.* § *31.* Etiam quoad *fructus*, qui tamen moribus illi ſolent relinqui, in cujus hortum deciderunt. *Carpz. p.* 3. *C.* 32. *def.* 25.

111. *An*

Digitized by Google

Ad §. 32. 111. *An pari ratione Frumenta ſata ſolo cedunt?*

R. Aff. *h.* §. *32* Et quidem ſtatim, a tempore inſitionis. *L 14 ff. de Donat.*

112. *Quid ſi autem bona fide ager alienus conſitus?*

R. Exceptione doli ſervabit impenſas Poſſeſſor, ad inſtar illius, qui bona fide ædificavit. *h.* §. *32. Vid. Qu.* 107. *h. t.*

113. *Annon etiam malæ fidei Poſſeſſor* Impenſas *fructuum ſervare poteſt?*

R. Aff. Imploratione officii Judicis, *arg. L.* 37. *ff. de R. V.* ita ſc. ut tanto minus fructuum nomine reſtituat Domino. *arg. L. 7. pr. ff. Solut. matrim.*

Ad §. 33. 114. *Ad quem pertinet, quod in aliena charta ſcriptum?*

R. Ad illum, cujus charta; licet ſcriptura pretioſior ſit, *h* §. *33.* Quod in Praxi communiter mutatum volunt.

Ad §. 34. 115. *An idem in Pictura?*

R. Neg. Sed hæc propter artis privilegium tabulam ad ſe trahit, *h.* § *33* reſtituto pretio tabulæ a b. f. poſſeſſore, *h.* §.

116. *Quo-*

Digitized by Google

116. *Quomodo ratione rei alienæ nobis* *Ad* §.
acquiritur? 35.

R. Si fundum aliquem *bona fide* ex *juſta cauſa poſſideamus*, & fructus ex illo percipiamus. *h.* §. 35.

117. *Quid ſunt fructus?*

R. Sunt acceſſiones rei, quæ ad uſum hominis percipiuntur. *arg. l.* 2. §. 1. *ff. de Addict. in diem.* & *L.* 42. *ff de uſufr. legat.*

118. *Quotuplices ſunt?*

R. Olim varie differebant, præſertim in

 eo,

& patientia. *L. 3. pr. ff. de Uſufr. & L. 1. §. fin. ff. de S. R. P.*

46 *Quomodo amittuntur?*

R Varie: (1) *Confuſione*, ſi idem utriusque prædii dominus fiat *irrevocabiliter. L. 1. ff. Quemadm. ſervit. am. & L. 18. ff. de Servit.* (2) *Interitu* unius prædii totali, *L. 8. §. 1. ff. Eod.* (3) *Remiſſione* Domini, *L. 6. & 14. §. 1. ff. Eod.* Et (4) *Intermiſſione* uſus *voluntaria* 10. annis inter præſentes, & 20. inter abſentes. *L. 13. & ſeq. C. de Servit.* Aliud in *neceſſaria. L. 34. cum ſeq. de S. R. P.*

TIT. IV.
De
USUFRUCTU.

Ad pr. 1. *Quid eſt Servitus Perſonalis?*

R. ESt jus, quo prædium alienum perſonæ ſervit. *L. 1. ff. de Serv.*

2. *Quot ſunt Species Servitutum Perſonalium?*

R. *Variæ:* Poſſunt enim ex ſervitutibus quoque realibus fieri perſonales, ſi perſonis debeantur, *L. 14. § ult. ff. de Aliment. legat.*

Digitized by Google

gat. Præcipuæ tamen illarum tres ſunt: *Uſusfructus*, *Uſus & Habitatio. h. tit.*

3. Quid eſt Uſusfructus?

R. Eſt jus alienis rebus utendi, fruendi, ſalva rerum ſubſtantia. *h. pr & L. 1. ff. h. t.*

4. Daturne etiam rei propriæ *Uſusfructus?*

R. *Non*, quatenus uſusfructus *ſpecialiter* capitur pro jure utendi fruendi a proprietate ſeparato, *i. e.* ſervitute, *uti hoc tit* *Sed* quatenus *generaliter*, pro jure utendi fruendi proprietati connexo, *L. 5. pr ff. Si uſusfr. pet. L 21. §. 5. ff. de Except. rei judic.* Quem cum Dominus alii concedere poſſit, inde a Dd *cauſalis* vocari ſolet. *Vid. Strauch. Diſſ Jur. Juſtin. th. 29.*

5. Quot modis conſtituitur Uſusfructus? *Ad §. 1.*

R. *Duobus:* Vel *a Lege*, uti Patri in bonis filiorumfam. adventitiis, de quo *infra tit. Per quas perſ. cuique acquir.* Vel *ab Homine*, uti Judice, de quo *ad tit. de Offic. Judic.* & Domino proprietatis plenæ. *h. §. 1.*

6. Quomodo a Domino conſtituitur?

R. Iisdem modis, quibus rei propriæ plenum dominium transfertur: Et

Et ſic tam *inter vivos*, pactis & ſtipulationibus, quam *ultima voluntate. b.* §. 1.

7. *Quotuplex eſt Uſusfructus?*

R. *Duplex.* Verus, ſeu *Proprius*, & Quaſi, ſeu *Improprius.*

8. *In quibus rebus* verus *conſtituitur* Uſusfructus?

R. In omnibus, quæ uſu non conſumuntur, tam immobilibus, quam mobilibus, *b.* §. 2 Hodie etiam in incorporalibus, *v. gr.* Jure piſcandi, Jurisdictione, &c. *Vinn. ad* §. *b* 2.

9. *Ad quid tenetur Uſufructuarius, antequam uſumfructum conſequatur?*

R. Tenetur cavere, (1) ſe boni Viri arbitrio uſurum, *L.* 1. *pr. &* § 6 *ff. Uſufr. quemadm. cav.* (2) ſe finito uſufr. reſtituturum, quod inde extat. *d. L* 1. §. *fin.*

10. *Annon hæc cautio a Teſtatore remitti poteſt?*

R. Neg. Quia favorem hæredis concernit, a lege inductum, *arg L pen. C. de Pact.* Quod procedit quantum ad primam cautionis clauſulam, de qua *L* 7. *C. ut in poſſeſſ legat* non etiam ſecundam. *Vid Franzk ad ff tit. Uſufr. quemadm. cav. num* 5. Hodie indiſtincte. *Carpz.* P. 3. C. 13. *def.* 12.

11. *In*

Digitized by Google

11. *In quibus rebus conſtituitur Quaſi uſusfructus?*

R. In illis, quæ utendo conſumuntur, *v. gr.* vino, oleo, veſtimentis, pecunia numerata, &c. *b.* §. 2. vel minuuntur, *v. gr.* balſamo, &c. *L.* 11. *ff. de Uſufr ear. rer. quæ uſu conſum.*

12. *Annon etiam Veſtimentorum verus datur Uſusfructus?*

R. Aff. Si pretioſiora fuerint, vel ſcenica, *L.* 15. §. 4. *ff. b. t. & L.* 9. § 3. *ff. Uſufr. quemadm. cav.* Non ſi quotidiana. *b* §. 2.

13. *An quoque in quaſi Uſufructu cautio præſtanda?*

R. Aff. De re ſc. non eadem, ſed *ſimili* reſtituenda in caſum finiti Uſusfructus. *b* §. 2.

14. *Nonne vero hæc cautio a Teſtatore remitti poteſt?*

R. Neg. *L. 6. pr. ff ut in poſſ. legat* Quia eſt quaſi ſubjectum hujus uſusfructus: Unde omiſſa condici poteſt, *L.* 5. § 1. *de Uſufr ear. rer. quæ uſu conſ.* Aliud in hærede. *arg. L* 29. *C. de Pact. Carpz. d. C.* 13. *def.* 12.

15. *An etiam inter Vivos conſtitui poteſt Quaſi Uſusfructus?*

R. Aff. *arg. b.* §. 2. *verb. conſtitui.* Quamvis enim *primum* in ultimis

 vo-

Digitized by Google

voluntatibus ſit receptus; *poſtea* tamen etiam ad actus inter vivos traductus.

16. ***Sed hac ratione non differt hic Quaſi Uſusfructus a mutuo?***

R. Aff. Mutuum enim poſt aliquem rei uſum *quandocunque* revocari poteſt; *arg. L.* 17. § 3. *ff. Commod.* Hic vero quaſi Uſusfructus *non*, niſi mortuo Uſufructuario, aut capite minuto. *L.* 9. *ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſ.*

Ad§. 3. 17. *Quibus modis extinguitur Verus Uſusfructus?*

R. *Vel* ſui natura; *Vel* etiam ex accidenti: *Struv. in S. Jur. Civ. Ex.* 12. *th.* 33. Ne ſc. proprietas ſemper maneat inutilis.

18. *Quomodo* ſui natura?

R. (1) *Morte* Uſufructuarii, *h.* §. 3. (2) *Die vel conditione*, ſub qua conſtitutus, exiſtente. *L.* 15. *ff. Quib. mod. amitt. uſusfr.*

19. ***Sed quid ſi etiam hæredibus conceſſus Uſusfructus?***

R. Non tranſit, niſi ad primi gradus hæredes, *L. Antiquitas* 14. *C. h. t.* quia ſua natura non eſt ad hæredes tranſitorius.

20. ***Qua ratione finitur Uſusfructus Civitati vel Collegio relictus?***

R. Ever-

R. Everſione Civitatis vel collegii, *L.* 21. *ff. Quib. mod. uſusfr. am.* Aut lapſu 100. annorum, *L.* 56. *ff. h t.*

21. *Quomodo* ex accidenti *amittitur Uſusfructus?*

R. (1) Capitis diminutione, (2) Non uſu, (3) Conſolidatione, i. e. *concurſu proprietatis & uſusfructus*, (4) Ceſſione *Extraneo* facta, (5) Interitu rei totali. *h.* §. *3.*

22. *Qua* Capitis diminutione *tollitur uſusfructus?*

R. Maxima & media tantum, *h* §. 3 & *L.* 16 *in fin C h t* Hodie Banno Imperii, *Gail.* 2. *O.* 86. *num.* 10. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 140. *n.* 26.

23. *Quomodo* Non uſu?

R. Si quis neque per ſe, neque per alios uſus fuerit uſufructu, *L.* 38. & *ſeqq ff. h. t.* Aut uſus quidem, ſed non *eo modo*, quo debuit. *h* §. 3. & *L.* 10. *ff. Quemadm. ſervit. amitt*

24. *Quot anni requiruntur, ut non uſu amittatur uſusfructus?*

R. Decem inter præſentes, viginti inter abſentes, *L. pen. in fin. pr. C h t.* Quod non ſolum de uſufr. *conſtituto* verum, ſed

 quo-

Google

quoque *conſtituendo*, *d. L. pen* idque favore libertatis.

25. *Quanam* Ceſſione Extraneo facta *tollitur uſusfructus?*

R. *Totali*, qua fructuarius ſolenniter in judicio ſe *omni jure* abdicabat; *L. 66. ff. de jur. dot.* Hac enim quantum ad extraneum nihil agitur, *h.* §. 3. Non *ſimplici*, qua *utilitatem* alteri cedebat. *L.* 38 *ff. h. t.*

26. *Annon reſtitutione* ædium dirutarum *reſtituatur illarum uſusfructus?*

R. Neg. Quia ædes non ſunt priores, de quibus tantum ſenſiſſe videtur Teſtator, *L.* 10. §. 7. *ff. Quib. mod. uſusfr. am.* Aliud in Servitutibus realibus. *L* 20. §. 2. *ff de S. P. U.*

Ad §. 27. *Ad quem uſusfructus, cum finitus, revertitur?*
fin.

R. Si *totus* finitus, ad Proprietarium, *h.* §. 5. Sin *pro parte* & aliis ejusdem rei uſusfructus conjunctim legatus, illis accreſcit. *tot. tit. ff. de uſufr. accreſc.*

TIT. V.
De
USU ET HABITATIONE.

1. *Quid eſt Uſus?*

R. EST jus alienis rebus ad neceſſaria

ria vitæ ſubſidia utendi, ſalva earum ſubſtantia. *§. 1. h. t. & L. 2. pr. ff Eod.*

2. *Quomodo conſtituitur & finitur Uſus?*

R. Iisdem modis, quibus uſusfructus. *h. pr.*

3. *An ergo non differt ab uſufructu?* *Ad §. 1. & 3.*

Reſp. Aff. Ratione ſc. *modi utendi.* Minus enim juris eſt in uſu, quam in uſufructu. *h. §. 1.*

4. *Annon itaque omnibus fructibus uti poteſt uſuarius?*

R. Neg. Sed tantum *naturalibus* ad quotidianum uſum. *h. §. 1.* Non *induſtrialibus*, *v. gr.* Lacte, Lana, &c. niſi ad ſummam neceſſitatem. *L. 12. §. 2. h. t.*

5. *Poteſtne uſus aliis locari, vendi, aut gratis concedi?*

Reſp. Neg. *h. §. 1 & L. 11. ff. h. t.* Quia uſus pro ratione perſonarum eſt diverſus. *L. 12. §. 1. ff. Eod.* Niſi id expreſſe vel tacite conceſſum *propter conditionem uſuarii*, *d. L. 12. §. 4.* vel *qualitatem rei uſuariæ*, utpote ſi hæc alias inutilis eſſet. *L. 20. pr. h. t. Carpz. P. 3. C. 13. def. 4.*

Ad § 2. 6. *An familiam aut inquilinum recipere licet Uſuario ædium?*

R. Aff. Modo ipſe ſimul inhabitet, nec alii *ſeorſim* ædes concedat. *h.* §. 2. & *L.* 2. §. 1. *ff.* *Eod.*

Ad §. 4. 7. *Quam utilitatem habet, cui uſus pecorum vel ovium legatus?*

R. Poteſt pecoribus uti ad ſtercorandum, *h.* §. 4. ut & modico illorum lacte. *L.* 12. §. 2. *h. t.*

Ad §. 5. 8. *Quid eſt habitatio?*

R. Eſt jus inhabitandi ædes alienas, & omne commodum ex illarum habitatione percipiendi. *h.* §. 5.

9. *Differtne ab uſu ædium?*

R. In effectu pene non, *L.* 10. *pr. h. t.* Non quod habitatio locari poſſit. *h.* §. 5 & non utendo atque capitis diminutione non amittatur, *d. L.* 10. Quod ſecus in uſu ædium. *pr. h. t.*

10. *An ab uſufructu ædium?*

R. Aff. Habitatio enim *commodum inhabitandi* tantum continet. Uſusfructus vero *omne emolumentum. Franzk. ad ff. h. t. num.* 8.

TIT.

Tit. VI.
De
USUCAPIONIBUS ET LONGI
Temporis Præscriptionibus.

1. *Quotuplices nunc ſunt modi, quibus dominium acquiritur jure Civili?* *Ad Rubr.*

R. Alii *Singulares* ſunt, Alii *Univerſales*, *§. fin I. Per quas perſ. cuique acquir.*

2. *Quinam ſunt modi acquirendi Singulares?*

R. Quibus res aliqua ſingulatim acquiritur, *uti ſunt:* Uſucapio, Donatio, Legatum & Fideicommiſſum. *d. §. fin.*

3. *Quid eſt Uſucapio?* *Ad pr.*

R. Eſt adjectio dominii, per continuationem poſſeſſionis, temporis lege definiti, boni publici cauſa a jure Civili introducta. *L. 1. & 3. h. t.*

4. *Eſtne juſta hæc Uſucapio?*

R. Aff. Ob intereſſe Reip., ut certa ſint rerum dominia, *h. pr. & L.* 1. & Dominorum negligentia puniatur. *L.* 28. *de V. S.*

5. *An differant Uſucapio & Longi temporis Præſcriptio?*

R. Olim varie differebant, præſertim in

 eo,

Digitized by Google

Ad § 2.6. An familiam aut inquilinum recipere licet Uſuario ædium?

R. Aff. Modo ipſe ſimul inhabitet, nec alii *ſeorſim* ædes concedat. *h.* §. *2.* & *L. 2.* §. *1. ff. Eod.*

Ad §. 4. 7. Quam utilitatem habet, cui uſus pecorum vel ovium legatus?

R. Poteſt pecoribus uti ad ſtercorandum, *h.* §. 4. ut & modico illorum lacte. *L. 12.* §. *2. h. t.*

Ad §. 5. 8. Quid eſt habitatio?

R. Eſt jus inhabitandi ædes alienas, & omne commodum ex illarum habitatione percipiendi. *h.* §. *5.*

9. Differtne ab uſu ædium?

R. In effectu pene non, *L. 10. pr. h. t.* Non quod habitatio locari poſſit. *h.* §. *5* & non utendo atque capitis diminutione non amittatur, *d. L. 10.* Quod ſecus in uſu ædium. *pr. h. t.*

10. An ab uſufructu ædium?

R. Aff. Habitatio enim *commodum inhabitandi* tantum continet. Uſusfructus vero *omne emolumentum. Franzk. ad ff. h. t. num.* 8.

TIT.

Tit. VI.
De USUCAPIONIBUS ET LONGI Temporis Præscriptionibus.

1. *Quotuplices nunc ſunt modi, quibus dominium acquiritur jure Civili?* *Ad Rubr.*

R. Alii *Singulares* ſunt, Alii *Univerſales*, *§. fin I. Per quas perſ. cuique acquir.*

2. *Quinam ſunt modi acquirendi Singulares?*

R. Quibus res aliqua ſingulatim acquiritur, *uti ſunt:* Uſucapio, Donatio, Legatum & Fideicommiſſum. *d. §. fin.*

3. *Quid eſt Uſucapio?* *Ad pr.*

R. Eſt adjectio dominii, per continuationem poſſeſſionis, temporis lege definiti, boni publici cauſa a jure Civili introducta. *L. 1. & 3. h. t.*

4. *Eſtne juſta hæc Uſucapio?*

R. Aff. Ob intereſſe Reip., ut certa ſint rerum dominia, *h. pr. & L. 1.* & Dominorum negligentia puniatur. *L. 28. de V. S.*

5. *An differant Uſucapio & Longi temporis Præſcriptio?*

R. Olim varie differebant, præſertim in

Digitized by Google

eo, quod Uſucapio *dominium ;* Præſcriptio tantum *Exceptionem* tribueret, *L.* 8. *pr. C. de Præſcr.* 30. *ann.* Hodie quoad hoc confuſæ, *L un. C. de Uſucap. transform. Mev. ad Jus Lub. L.* 1 *tit.* 8 *ad Rubr. n.* 6. Interim uſucapio adhuc deſiderat veram poſſeſſionem, & ſic non obtinet *in rebus incorporalibus*, ſed tantum præſcriptio. *Hillig ad Donell. L.* 5. *c.* 4. *lit. J.*

6. *Quot ſunt Requiſita Uſucapionis?*

R. *Quinque*: (1) Bona fides, (2) Juſtus titulus, (3) Legitimum tempus, *h. pr.* (4) Res non vitioſa, *§. 1. 2. & 4. h. t.* (5) Poſſeſſio continua. *§. 7. h. t.*

7. *Quid eſt* Bona fides?

R. Eſt opinio, qua quis credit, rem eſſe ſuam, vel Authoris ſui. *L. 109. de V. S.*

8. *An dubitans habetur pro bonæ fidei poſſeſſore?*

R. Neg. Si *ante contractum* dubitaverit. Aliud ſi *poſtea*, niſi in contrariam partem magis inclinaverit. *Add. L.* 32. *§.* 2. *ff. h. t. B. Brunnem. Exerc.* 8. *ad I. h. t. n.* 12.

9. *An toto tempore Uſucapionis requiritur bona fides?*

R. Jure Civili tantum initio. *§. 7. h. t.*

Digitized by Google

h. t. & *L. pen.* §. 2. *ff. Eod.* Sed jure Canonico & moribus ſemper. *c fin X. de Præſcript.*

10. *Quis dicitur* Juſtus Titulus?

Reſp. Qui alias ad transferendum Dominium habilis eſt. *h. pr.* Vid. *ſupr. Qu.* 140. *de R. D.*

11. *An hic etiam in præſcriptione jurium, v gr. Servitutum, eſt neceſſarius?*

R. Aff. Si contra *Dominum ignorantem* præſcribantur, *L. ult. in fin. C. de Long temp. præſcript.* Sic enim a non Domino debent eſſe conſtitutæ; ſecus ſi contra *Dominum ſcientem* & patientem, *L.* 2. *de Servit. Carpz. L.* 1 *Reſp.* 36 aut prohibitioni alterius acquieſcentem. *L.* 10 *Si Servit. vindic Carpz. P.* 2. *C.* 4 *def.* 13.

12. *Quantum* Tempus *requiritur ad rerum præſcriptionem?*

R. Si res *mobilis*, triennium; Si *immobilis*, inter præſentes decennium, inter abſentes 20. anni, *h. pr.* Jure Saxon. *priori caſu* annus & dies; *Poſteriori*, 30. anni, annus & dies requiruntur. Land-Recht. *L.* 1. *art.* 9.

13 *Quinam hic dicuntur Præſentes?*

R. Qui in eadem Provincia domicilium

habent, *L. ult. C de Long. temp præſc.* Vel hodie ſub eodem Judice. *Brunnem. d. l. n.* 13.

14. *Quid ſi quis certis annis præſens fuerit, aliis vero abſens?*

R. Hoc caſu dimidium annorum abſentiæ adjiciendum eſt annis præſentiæ, quo facto ex termino, uſucapioni inter præſentes præfixo, patebit, num uſucapio completa ſit, an non. *Conf. Nov.* 119. *c.* 8.

Ad §. 1. & 5. 15. *Quæ* Res *uſucapi poſſunt?*

R. Omnes res alienæ, quæ ſunt in commercio, & in ſe non habent vitium. *h. §.* 1. & 5. *L. fin. C. de Long. temp. præſcr.*

16. *An ergo Res Sacræ, Sanctæ & Religioſæ uſucapi non poſſunt?*

R. Neg. *h. §.* 1. Quia non ſunt in commercio. *§.* 8. *I. de R. D.*

17. *Quid ſi vero bona fide fuerint poſſeſſæ?*

R. Neque ſic uſucapi poſſunt, *h. §.* 1. quia Lex reſiſtit uſucapioni. *L.* 24. *pr. ff h t.*

18. *An idem in rebus Eccleſiaſticis?*

R. Neg. Sed hæ ſi *immobiles* ſint, præſcribuntur 10. annis. *Nov* 131. *Cap.* 6. Etiam ab alia Eccleſia, *Carpzov, P.* 2. *C.* 5. *def.* 2. Si

Digitized by Google

Si *mobiles*, triennio, *Auth. Quas actiones. C. de SS. Eccleſ.*

19. *Quid ſi res furtivæ fuerint, aut vi poſſeſſæ?* Al §. 2 & 3.

Reſp. Non præſcribuntur ab ullo poſſeſſore. *h.* §. 2. Quod vitium furti vel violentiæ, quod ejusmodi rebus inhæret, comitatur quemlibet poſſidentem, *L.* 11. *C. de Acquir. poſſ.* Niſi fuerit purgatum. *h.* §. 3.

20. *Quando vitium furti, vel violentiæ dicitur purgatum?*

R. Cum res in poteſtatem *veri Domini* reverſa fuerit, *h* § 3 & *L.* 4. §. 6. *h t.* Aut *Creditoris*, ſi ipſe Dominus ſurripuerit rem oppignoratam. *L. fin. ff. End.*

21. *Annon vero ſine vitio furti res aliena ad aliquem pervenire, & ita uſucapi poteſt?*

R. *Mobile* non facile: Niſi quis eam b f. acceperit ab eo, qui ſe Dominum ejus eſſe credebat. *v. gr.* ab *hærede*. qui rem hæreditariam exiſtimabat; Aut *Uſufructuario*, qui partum ancillæ ſuum eſſe credebat. *h.* §. 3.

22. *Sed quid ſi res aliena immobilis fuerit?*

R. Hujus cum furtum non fiat, ideo ſi quis eam b. f. acceperit ab eo, qui *ſine vi*

G 6 pos-

poſſeſſionem ejus nactus, illam longo tempore acquirere poteſt *h.* § 3.

23 ***Nonne autem Uſucapioni illius, qui partum ancillæ emit, obſtat, quod Uſufructuarius errore juris vendiderit partum?***

R. Neg. Quia ſufficit, quod ***accipiens*** ſeu poſſeſſor non in jure erraverit. ***L. 31. pr. ff. h t & h §. 2.***

24. *Poſſuntne Res fiſci uſucapi?*

Ad §. 4. R. Non, præſcriptione ordinaria, *h. §. 4.* ſed 40. annorum, *L. 4. C. de Præſcr. 30 an.* Modo ei plene ſint acquiſitæ.

25. *Quid ergo in bonis Fiſco debitis, **nondum** tamen acquiſitis*, v. gr. *vacantibus*, Erbloſen Gütern?

R. Hæc, ſi quis bona fide acceperit, uſucapere poteſt. *h. §. 4.* Et quidem ſi *nunciata* Fiſco, quadriennio, *L. 1. C. de Quadrienn præc. Alias* decennio. *h. §. 4. L. 18 h. t.*

26. ***Differuntne a Rebus Fiſci Bona Domanialia?***

R. Aff. ***Illæ*** enim quoad proprietatem & uſumfr. ad Principem ſpectant, quo inde dignitatem ſuam tueatur; ***Hæc*** tantum quoad uſumfructum, quo inde ſe ſuſtentet.

Un-

Digitized by Google

Unde *Germ.* Tafel-Güter, Kammer-Güter, *alias* Kronen-Güter, dicuntur.

27. *Quoto tempore præſcribuntur Bona Domanialia?*

R. Tempore immemoriali, *C. Intellecto* 33. *X. de jurejur.* idem in *Regalibus* iis, quæ a privatis poſſideri poſſunt. *c.* 26. §. *Præterea X. de V. S.*

28 *An, qui errat in cauſa vel titulo, uſucapere poteſt?* *Ad* §.6.

R. Neg. *h.* §. *6.* & *L.27.ff.h.t.* Quia non poteſt ſibi cauſam ſuæ poſſeſſionis mutare. *L.* 3. §. 19. *ff. de Acq. poſſ.* Niſi error oriatur ex facto alieno, *L. fin. in f. ff. Pro ſuo.* & *L.* 11. *ff. Pro Emt.*

29. *Qualis* Poſſeſſio continua *requiritur ad uſucapionem?* *Ad* §. 7 & 8.

R. Quæ fit ſine *interruptione*, vel ab una perſona, vel a pluribus ſibi in poſſeſſione ſuccedentibus, *h.* §. 7. & 8. cum opinione Dominii. *L.* 2. §. 1. *ff. Pro hæred.*

30. *An ergo tempora inter Anteceſſorem & Succeſſorem conjungi poſſunt?*

R. Aff. *Sive* Succeſſor Univerſalis fuerit, *h.* §. 7. *Sive* Particularis, *h.* §. 8.

Google

31. *Quomodo, ſi ſucceſſor Univerſalis fuerit?*

R. Ita, ut *bona fides* defuncti proſit hæredi, etiamſi in mala fide fuerit; *Mala* vero *fides* noceat, etiamſi in bona fide fuerit; *h. §. 7.* Hæres enim repræſentat perſonam defuncti. *L.* 59 *de R. J.*

32. *Quomodo, ſi ſucceſſor Particularis?*

R. Ita, ut *bona fides* Anteceſſoris proſit Succeſſori, ſi & ille fuerit in b. F. *§. 8 l. 13 §. 1 ff de Acquir. poſſ.* Alias vero Fides Anteceſſoris nec noceat, nec proſit, niſi ſucceſſor illa uti velit. *L.* 5. *ff. de Diverſ. temp. præſcr. & d. L* 13 *§.* 1.

33. *An ergo Succeſſor Particularis ex ſua perſona inchoare poteſt præſcriptionem?*

R. Aff. Ob novum titulum, quem accepit per Contractum, *d L.* 5. Quod ſecus in *hærede*, ſeu *ſucceſſore univerſali*, qui adeundo hæreditatem nihil novi juris acquirit, ſed tantum jus defuncti continuat. *L.* 11. *ff. de Diverſ temp præſcr.*

34 *Quot modis interrumpitur Poſſeſſio?*

R. Vel *Naturaliter*, poſſeſſione revera amiſſa, *L.* 5 *h t.* Vel *civiliter*, citatione, *L.* 2. *C de Annal Except* aut alia extrajudiciali denunciatione. *L.* 17. *C. de R. V.*

35. *Quo*

Digitized by Google

35. *Quo tempore acquiritur res aliena a Fiſco vendita, vel alia ex cauſa tradita?* *Ad §. fin.*

R. Olim quinquennio; Hodie ſtatim *h. §. fin.* ne facile fiſcalis haſtæ fides convellatur. *L. 8. C. de Remiſſ. Pign.*

36. *Sed qua ratione conſulitur Dominis rerum venditarum?*

R. Datur ipſis regreſſus contra Fiſcum intra quadriennium, ad pretium rerum ſuarum conſequendum. *h. §. fin.* & *L. 2. C. de Quadrienn. Præſcr.*

Tit. VII.
De
DONATIONIBUS.

1. *Quid eſt Donatio?* *Ad pr.*

R. Eſt actus, quo rem gratuito in aliquem conferimus. *L. 1. & 29. pr. ff. h. t.*

2. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: *Mortis cauſa*, & *inter Vivos*, *h. pr.*

3. *Quid eſt Donatio* Mortis cauſa? *Ad §. 1.*

R. Eſt actus, quo mortalitatis cogitatione moti, in caſum mortis noſtræ rem

Digitized by Google

rem in alium conſentientem transferimus. *h. §. 1. & L. 1. ff. de mort. cauſ. donat.*

4. ***An in hac præciſe mortis mentio facienda?***

R. Aff. Alias potius pro Donatione inter vivos habetur. *L 24. §. fin ff. Eod. Vid. Carpz. L. 5. Reſp. 55 n 2.*

5. ***Sed quid ſi mortis mentio facta, an ideo ſtatim donatio mortis cauſa dicenda?***

R. Neg. Præſertim ſi *in verbis executivis* ejusmodi mentio facta; Aliud ſi in *diſpoſitivis*, e. gr. *Cajo* 100. *cum moriar, dono*; Niſi tamen & hic de contraria donantis voluntate aliunde conſtet. *v. gr. ſi promiſerit non revocare donationem, &c. L. 27. ff. Eod. Coppen. in Uſu Pr. Inſt Obſ. 97. n. 4.*

6. *Quot teſtes ad hanc donationem requiruntur?*

R. Quinque, perinde ut in Legatis, *L. fin C. de m. c. donat.* Niſi coram Principe, vel apud acta fiat, *L. 31. C. de Donat. Carpz. p. 3. C. 1. def. 33.*

7. *An ergo non differt a Legatis?*

R. Non *ratione effectus*, ſeu quoad modum obligandi, *h. §. 1.* ſed *ratione formæ*; ſeu

ſeu quoad modum contrahendi, quatenus ſc. ad Donationem requiritur acceptatio Donatarii, *L. 38. ff. de m. c. donat.* Non etiam ad Legatum.

8. Quot modis revocatur Donatio mortis cauſa?

R. *Tribus:* (1) Reconvaleſcentia, ſeu Liberatione a periculo, cujus intuitu quis donavit, *L.* 35. §. 3. *&* 4. *ff. Eod.* (2) Pœnitentia, & (3) Morte Donatarii ante Donantem. *h. §. 1.*

9. Quotuplex eſt Donatio inter vivos? Ad §. 2.

R. *Duplex:* Abſoluta & Relata. *arg. L. 1. pr. ff. h. t.*

10. Quid eſt Donatio inter vivos *abſoluta?*

R. Eſt pactum legitimum, quo quis nullo jure cogente, ex ſola animi benignitate, alteri quid promittit, vel remittit. *L. 35. §. ult. C. h. t.*

11. Quomodo fit hæc donatio?

R. Voluntate Donantis utcunque declarata. *h. §. 2. & L. 6. C. h. t.* & Donatarii acceptatione, *L. 55. de O. & A.* Quæ tamen in remiſſione debiti non eſt neceſſaria, *L* 35. *ff de Solut.* favore liberationis. *L. Arianus.* 47. *ff de O & A.*

12. *Præ-*

Digitized by Google

12. *Præſumiturne in dubio animus donandi?*

R. Neg. *L.* 23. *pr. ff. de Probat.* Niſi ex ſingulari pietate aliquid alicui datum. *L.* 11. *C. de Negot. geſt*

13. *Unde conſtat de ejusmodi pietate?*

R. Ex conditione *perſonæ dantis*, ſi ſc. in hac inſignis ſit affectio domeſtica erga accipientem; Et *recipientis*, ſi in ea magna ſit neceſſitas, vel indigentia. *Vid. L.* 34 *ff. de Negot. geſt. ibique Dd.*

14. *Nihilne præterea requiritur ad Donationem?*

R. Nihil, niſi ut actis inſinuetur, ſi 500. ſolidos excedat. *h.* §. *2.*

15. *Quid intelligunt hodie per Solidum?*

R. Ducatum *Carpz. P.* 2. *C.* 12. *def.* 12. *Sand. L.* 5. *Deciſ. tit.* 1. *def.* 3. *in fin.*

16. *An ſi omiſſa hæc inſinuatio, tota donatio vitiatur?*

R. Neg. Sed tantum ratione exceſſus. *L.* 34. *C. h. t.* Et ſuperfluum repetitur Condictione ſine cauſa. *Carpz. d. C.* 12. *def.* 17. *in fin.*

17. *Nonne vero quædam Donationes ſunt, quæ inſinuatione non egent?*

R. Aff. *h.* §. *2.* Uti, quæ Principi & a Principe factæ, *L.* 34. *pr. in f. C. h. t.* Militibus a Magiſtris ipſorum, *L.* 36. §. 1. *C. Eod.* Nec non in redemtionem Captivo-

rum,

Digitized by Google

rum. *d. L.* 36. §. 2. & remunerationem bene meritorum. *L.* 27. *ff. h. t. Carpz. d. l. def.* 13 *ſeqq.*

18. *An ſemel facta Donatio inter vivos revocari poteſt?*

R. Non temere: Niſi (1) lædat legitimam, *t. t. C. de Inoff. donat.* (2) Supernaſcantur Liberi, *L. 8. C. de Revoc. don.* (3) Donatarius ingratus exiſtat. *h. §. 3.*

19. *An, ſi lædat legitimam, tota revocari poteſt?*

R. Aff. Si extraneo facta *cum conſilio* fraudandi; *Alias* ſaltem quoad legitimam. *L.* 87. §. 3. *de Legat.* 2. *Zœſ. ad ff. h. t n.* 76.

20. *Quæ ſunt cauſæ ingratitudinis, ob quas revocari poteſt Donatio?*

R. *Quinque*, quæ hoc diſticho continentur: Ingratum faciunt: (1) *atrox injuria*, (2) *damnum*,
(3) *Impia dextra*, (4) *fides fracta*, (5) *pericla necis*.

21. *An etiam ab hæredibus donantis ob has cauſas revocari poteſt?*

R. Neg. ſed tantum a Donatore, *L. ult. C. de Revoc. don.* Quia tendit ad vindictam; Niſi ex capite non impletæ conditionis, quæ poſt mortem donatoris erat implenda, inſtituatur revocatio. *t. t. C. de donat. quæ ſub mod.*

22. *Quam*

Ad §.3.22. Quam dicis Donationem Relatam?

R. Quæ fit ob cauſam vel *præteritam*, *ut:* Remuneratoria, *de qua in L. 27. ff. h. t* & Donatio propter nuptias; *h.* §. 3. Vel *futuram*, *t. t. C. de don. quæ ſub mod.*

23. Quæ eſt Donatio Remuneratoria?

R. Eſt actus, quo quis ob bene merita *ſpecialia* obligatus, aliquid in alterum irrevocabiliter transfert. *d. L. 27.*

24. Quæ propter Nuptias?

R. Eſt contractus, quo a Marito aliquid uxori conſtituitur in ſecuritatem & remunerationem dotis. *L. 19. C. de Donat. ant. nupt. Germ.* die Gegen-Vermächtniß.

25. Quid eſt Dos?

R. Eſt ſubſtantia rerum nomine uxoris in Maritum translatarum ad ſuſtinenda matrimonii onera. *L. 7. pr. & L. 76. ff. de Jur. dot.* Germ. die Mitgifft.

26. Annon Donationes propter nuptias dotibus ſunt exæquatæ?

R. Aff. Ita, ut in pleriſque conveniant, *h.* §. *3. & L. 20 pr. C. de donat. propt. nupt.* Niſi quod dotis fructus duran-

durante Matrimonio ad Maritum ſpectent, *d. L. 7. pr.* & *L. 20. C de Jur. dot.* Non etiam donationis propter nuptias. *arg. L. 29. C. Eod.*

27. *Quid igitur juris habet uxor in bonis propter nuptias donatis?*

R. Specialem hypothecam, cujus Maritus ejusmodi bona, ſi *immobilia*, alienare & oppignorare prohibetur. *d. L. 29.* & *Nov. 61. c. 1.*

28. *Differtne Donatio propter nuptias a Dotalitio?*

R. Aff. *Dotalitium* enim conſtituitur in *compenſationem* dotis, & ſic abſorbet dotem. *Carpz. P. 2. C. 42. def 3.* *Donatio* vero *propter nupt.* in *ſecuritatem* & remunerationem dotis. *L. fin. pr. C. de Donat. propt. nupt.*

29. *Quid ergo eſt Dotalitium?*

R. Eſt uſusfructus, a Marito uxori in compenſationem dotis poſt mortem ſuam in bonis ſuis conſtitutus. *Vid. Carpz. d. l. def. 2. Germ.* Leibgeding.

30. *An præter Uſucapionem & donationem alius olim fuit acquirendi modus Civilis?* *Ad §. fin.*

R. Aff. *Jus* ſc. *accreſcendi*, quo ſervus communis ab uno Dominorum liberta e dona-

donatus, totus alteri cedebat; Sed hic modus in *l.* §. *fin.* ſublatus, nec hodie uſum habet.

Tit. VIII.
QUIBUS ALIENARE LICET VEL NON.

Adpr. 1. *An quilibet Dominus rem ſuam libere alienare poteſt?*

R. Aff. *L. 21. C. Mand.* Niſi Lege prohibeatur. *Vid. ſupr. Qu. 33. de R. D.* Uti *Maritus* fundum dotalem, *h. pr. Pupillus* vel *Minor* res ſuas §. *fin. h. t.*

2. *Quis* Fundus *dicitur* dotalis?

R. Cujus *dominium* ex cauſa dotis *in ſpecie* ad maritum eſt translatum. *h. pr. L.* 13 §. 2. *ff. de Fund. dot. Vid. Carpz. P.* 1. *C.* 28. *def* 78.

3. *An probibita alienatio fundi dotalis etiam ad alias res pertinet dotales?*

R. Aff. de rebus *immobilibus inæſtimato* in dotem datis, aut *æſtimato*, ſed *taxationis* cauſa, *L.* 11. *ff. de Fund. dot* cujus ratio in *L. 69.* §. 7 *ff de Jur. dot.* Non etiam *Mobilibus*, *L. 42. ff. Eod.* quia harum alias nulla utilitas.

4. *Quan-*

Digitized by Google

4. *Quando fundus* taxationis gratia *æſtimatus dicitur?*

R. Cum eo fine æſtimatus, ut ſi forte deterior fiat, vel perimatur, appareat, quantum ideo reſtituendum, *d. L.* 96. § 7. De quo conſtat, ſi *v. gr.* expreſſe conventum, ut matrimonio ſoluto fundus ipſe reſtituatur. *L.* 5. *C. de Jur. dot.*

5. *Annon vero valet alienatio immobilium conſentiente uxore facta?*

R. Neg. Ob ſexus muliebris fragilitatem, *pr. h. t.* Niſi conſenſerit jurato. *arg. c.* 28. *X. de jurejur.* aut denuo poſt biennium, & hoc caſu ex aliis Mariti bonis ei ſatisfieri poſſit. *Auth. Sive a me. C. Ad SC. Vellej.*

6. *An idem in Oppignoratione?*

R. Aff. *h. pr.* Quia per hanc pervenitur ad alienationem. *L. ult. C. de reb. alien. non al.* Sed olim conſentiente uxore hæc valebat. *h. pr.*

7. *Annon etiam illis, qui Domini non ſunt, interdum permiſſa alienatio?* *Ad* §. 1.

R. Aff. Uti *Creditoribus* alienatio rerum oppignoratarum. *h.* §. 1.

8. *Quan-*

Digitized by Google

8. *Quando hæc alienatio Creditoribus permiſſa?*

R. Debitore in mora ſolvendi exiſtente. *L. 7. & 14. C. de Diſtract. Pign.*

9. *Sed an abſque omni denunciatione?*

Reſp. Aff. *Si conventum*, ut liceret vendere, *h. §. 1. & L. 4. ff. de Pignor. act.* Secus, ſi *nihil conventum*, ubi *ſemel* Debitori denunciandum, & poſtea biennium inſuper expectandum, *L. ult. C. de Jur. dom. impetr.* Quod Praxis non attendit. *Carpz. P. 1. C. 28. def. 136.*

10. *Quid ſi conventum*, ne liceret *vendere?*

R. Sic *trina* denunciatione opus, *d. L. 4.* Quia difficilior magis reddita alienatio, quam penitus prohibita.

11. *Quomodo alienatio facienda?*

R. Bona fide, *L. 4. C. de Diſtract. Pign.* & ſolenniter, *L. 4. C. Eod. Carpz. d. l.*

Ad §. fin. 12. *Licetne Pupillis vel Minoribus res ſuas alienare?*

R. Non, niſi Tutoris vel Curatoris authoritate, *arg. pr. I. de Auth. Tut.* Et ſi *immobiles* fuerint, accedente inſuper

per (1) juſta ac *neceſſaria* cauſa, (2) ejus cognitione, & (3) Decreto judicis. *L. 6. & 12. C. de Præd. Minor.*

13. *An ergo debitum* ſolvere, *aut mutuam aliis pecuniam* dare *ſine Tutore non poſſunt?*

Reſp. Neg. Quia pecuniam non poſſunt facere accipientis, *h. §. fin.* quod in mutuo requiritur. *L. 2. §. 2. ff. de R. C.*

14. *Quid ſi tamen dederint?*

R. Si *extet* pecunia, vindicari poteſt: Si *conſumpta bona fide*, condici, *arg. L.* 13. *§.* 1 *ff. Eod.* Sin *mala fide*, ad exhibendum ideo agi. *h. §. fin. & arg. L.* 131. *de R. J.*

15. *Annon autem Papillis ſine Tutoris autoritate aliquid* dari *poteſt?*

R. Aff. *h. §. fin.* Quotiesc. enim *acquirunt*, Tutore non indigent. *L. 11. ff. de A. R. D. & pr. I. de Auth. Tut.*

16. *An etiam Debitum* ſolvi?

R. Neg. *h. §.* Quia ſic non tam acquirunt, quam amittunt, *obligationem* ſc. ex parte alterius. *L. 22. ff. de Solut.*

17. *Qua ratione itaque Papillis ſecure ſolvitur?*

R. Si Solutio fiat Decreto Judicis. *h. §. fin.*

18. *Nonne vero ſufficit ſola Tutoris authoritas?*

R. Ad *pleniſſimam* ſecuritatem non. *h. §.* Quia hoc non obſtante nihilominus contra ſolutionem reſtitutio in integrum datur. *L. 1. C. Si adverſ ſolut.* Quod ſecus ſi Decreto Judicis facta, *h. §. fin. & L. 7. §. 2. ff. de Minor.*

19. *Quid ſi quis ſine Tutore & Judicis Decreto Pupillo ſolverit?*

R. Non liberatur, ſed Pupillus denuo debitum petere poteſt, *arg. L. 5. C. de LL.* Niſi pecunia adhuc extet, aut ex ea locupletior ſit factus Pupillus. *h. §. fin. & L. 66. ff. de Solut.*

Tit. IX.
PER QUAS PERSONAS CUIQUE ACQUIRITUR.

Ad pr. 1. *Per quas perſonas nobis acquiritur?*

R. NOn ſolum per nosmetipſos, ſed etiam alios, *utpote* quos in poteſtate noſtra habemus, bona fide poſſidemus, Procuratores, &c. *h. pr.*

Ad §. 1. 2. *An igitur per* Liberos *noſtros?*

R. Aff. Quos ſc. in poteſtate habemus, pro ratione *peculiorum h. §. 1.*

3. Quid

3. *Quid eſt Peculium?*

R. Eſt puſilla pecunia, quam illi, qui in alterius poteſtate ſunt, a rationibus illorum, in quorum poteſtate exiſtunt, ſeparatam habent. *L. 5. §. ult. ff. de Pecul.*

4. *Quotuplex eſt?*

R. *Servorum* unum eſt & ſimplex, *Filiorumfam.* autem duplex: *Militare* & *Paganum.*

5. *Quotuplex eſt Militare?*

R. *Vel* Caſtrenſe; *Vel* Quaſi Caſtrenſe.

6. *Quid eſt Peculium* Caſtrenſe?

R. Quod filiusfam. occaſione armatæ militiæ, vel a parentibus, vel aliunde acquiſivit, nec, ſi militaſſet, acquiſiturus fuiſſet. *L. 11. ff. de Caſtrenſ. pec.*

7. *An omnes res ad hoc Peculium ſpectant?*

R. Neg. Sed tantum *mobiles*; *immobiles* non, niſi ex pecunia caſtrenſi fuerint comparatæ. *L. 1. C. Eod.*

8. *Quid juris circa hoc Peculium competit Patri?*

R. Nihil: Filio enim & proprietas competit, & uſusfructus, *L. 6. pr. C. de bon. quæ lib.* liberaque de illo diſpoſitio. *L. 2. C. de Caſtr. pec. pr. I. Quib. non eſt perm. fac. teſtam.* Niſi quod Liberis deficientibus, Pater in eo ſuccedat jure peculii, *L. 1. 2 & 9. ff. de Caſtr. pec.* Hodie hæreditario. *Nov.* 118.

9. *Quid eſt Peculium* Quaſi caſtrenſe?

R. Quod occaſione togatæ militiæ, ſeu muneris cujusdam publici filio honeſte eſt quæſitum. *L. ult. C. de inoff. teſtam. & §. fin. I. de Milit. teſt.*

10. *Quid juris hic competit Patri?*

Reſp. Idem juris, quod in Peculio Caſtrenſi. *L. 50. C. de Epiſc. & Cler.*

11. *Quotuplex eſt Peculium Paganum?*

R. Etiam *duplex:* Profectitium & Adventitium.

12. *Quid eſt Peculium* Profectitium?

R. Quod *ex re* Patris, vel ejus *intuitu*, citra militiæ cauſam, ad filium pervenit. *h. §. 1.*

13. *Quid juris hic habet Pater?*

R. Et proprietatem & uſumfructum,

ctum, adeo, ut totum dependeat ab ejus voluntate. *h. §. 1. & arg. L. 4. pr. ff. de Pecul.*

14. *An ergo nihil utilitatis exinde redundat in filium?*

R. Aff. Etenim (1) adminiſtrando induſtriam exercet, (2) ſi Emancipato a vivo Patre expreſſe non ademtum, donatum cenſetur. *L. 31. §. 2. ff de Donat.* (3) ſi Patris bona ob debitum a Fiſco occupata, filius id præcipuum habet. *L. 3. §. 4. in f. ff. de Minor.*

15. *Quid eſt Peculium* Adventitium?

R. Quod non ex re Patris, ſed *aliunde* extra militiam filio *honeſte* obvenit. *h. §. 1.*

16. *Quid juris in hoc habet Pater?*

R. *Regulariter* quamdiu vivit, uſumfr. habet, & liberam ejus adminiſtrationem. *h. §. 1. & L. 6. pr. & §. 2. C. de bon. matern.* Remanente apud filium proprietate, cujus elegans ratio *in h. §. 1. in fin.*

17. *Cur dicis* Regulariter?

R. Quia ſunt caſus, ubi ne quidem uſusfructus competit Patri, ſed

res pleno jure acquiritur filio, quos ad *Peculium Adventitium irregulare,* ſeu *Extraordinarium* referunt Dd.

18. *Quinam ſunt illi caſus?*

R. I. Si quid ea lege detur filio, ne Patri uſusfr. acquiratur. *Nov.* 117. *c.* 1. II. Si filius diſſentiente Patre aliquid acquirat. *L. fin. pr. verſ. ſive e contrario. C. de bon quæ lib.* III. Si filius hæreditatem fratris ſui una cum Patre capiat ab inteſtato. *Nov.* 118. *c.* 2. *&c.*

19. *Nonne quoque Donata a Principe huc pertinent?*

R. Neg. Sed hæc ad *Peculium Quaſi Caſtrenſe* referenda, *L.* 7. *C. Eod.* Neque enim Princeps præſumitur donare, niſi arte vel Marte de Rep. bene meritis.

20. *Ad quod Peculium autem referenda Pecunia luſtrica*, das Pathen-Geld?

R. Ad Peculium *Adventitium irregulare,* quia ea mente videtur infanti donata, ne ad Patrem tranſeat uſusfr. Vid. *præced. Qu.* 18. *D. Stryk. ad B. Brunnem. Jus Eccleſ. L.* 2. *C.* 1. *membr.* 2. *verb. Acquirantur.*

21. *Sed quid in effectu intereſt inter Peculium Quaſi Caſtrenſe & Adventitium Extraordinarium?*

R. De *illo* teſtari licet. § *ult. I. de Milit. Teſt. Vid. Qu.* 10. *h. t.* Non etiam de hoc. *arg. pr. I. Quib. non eſt perm. fac. teſt. & L. fin.* §. 5. *in fin. C. de bon. quæ lib.*

22. *An*

Digitized by Google

22. *An Pater filium emancipans aliquid acquirit ex bonis ejus adventitiis?* Ad §. 2.

Reſp. *Olim* in præmium Emancipationis *tertiam partem pleno jure* acquirebat; *Poſtea* a Juſtiniano *dimidiæ partis uſusfructus* tantum conceſſus. *h.* §. 2. *Hodie* Filius omnia ſua bona pleno jure recipit. *Kobl. de Succeſſ. Conjug. P.* 2. *n.* 75.

23. *An etiam per* Servos *noſtros nobis acquiritur?* Ad §. 3.

R. Aff. Quos ſc. pleno dominio poſſidemus; His enim quod *quac. ratione* obvenit, Dominis cedit. *h.* §. 3. Quod hodie ſecus. *Vid. Qu. ult. de His, qui ſui vel al. jur. ſunt.*

24. *Num vero Dominis etiam ignorantibus & invitis acquiritur?*

R. Aff. Quantum ad *Dominium*, ſeu *proprietatem*, *L.* 79. *ff. de Acquir. hæred.* excepta hæreditate. *h.* §. 3. *& arg. L.* 8. *ff. Eod.* Non etiam *Poſſesſionem*, niſi rerum peculiarium, *L.* 44. §. 1. *ff. de Acquir. poſſ.* ob concurrentem Domini tacitam voluntatem. *L.* 1. §. 5. *ff. Eod.*

25. *Quid ſi Servi tantum uſumfructum habemus?* Ad §. 4.

R. Hoc caſu quodc. *e re noſtra*, vel *operis*

ris ſuis acquirunt, nobis acquirunt; reliqua Domino proprietatis, *v. gr.* Legata, donata. *h.* §. 4. & *L.* 10. §. 3. *ff. de A. R. D.*

26. *An idem, ſi quis bona fide poſſideat Servum?*

R. Aff. Niſi eum uſuceperit, *h.* §. 4. Sic enim idem juris habet, quod verus Dominus. *L.* 136. *de R. J.*

Ad §. 5. 27. *An per* Liberam *quoque* perſonam *nobis acquiri poteſt?*

R. Regulariter non, *h.* §. 5. & *L.* 11. §. *pen. ff. de Pignor. act.* Niſi ſi *poſſeſſio* noſtro nomine ab alio accepta, *L.* 1. §. 20. *ff. de Acquir. poſſ.* Sic enim nobis etiam ignorantibus per hunc acquiritur. *h.* §. 5.

28. *Sed annon etiam Dominium hoc caſu acquiritur?*

R. Aff. Per *conſequentiam* ſc. *h.* §. 5. Modo tradens fuerit Dominus; Alias tantum conditio uſucapiendi transfertur ad eum, *quo ſciente*, poſſeſſio acquiſita. *L.* 49. §. *ult. ff. Eod.* & *h.* §. 5. *Vinn. ad h.* §. *n.* 3.

Ad §. *fin.* 29. *Quare non ad reliquos acquirendi modos ſingulares*, Legata *ſc.* & Fideicommiſſa *nunc progreditur Imperator?*

R. Quia horum cognitio dependet ex

ex modis acquirendi per univerſitatem. *h.* §. *fin.*

30. *Quinam ſunt modi acquirendi per Univerſitatem?*

Reſp. Quibus omnia alterius jura nobis acquiruntur, *cujusmodi ſunt:* Hæreditas, Bonorum Poſſeſſio, Adrogatio & Addictio bonorum Libertatum conſervandarum cauſa. *h.* §. *fin.*

31. *Quid eſt Hæreditas?*

R. Eſt ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit. *L. 24. de V. S. & L. 62. de R. J.*

32. *Quot modis defertur Hæreditas?*

R. *Vel* ex Teſtamento, *Vel* ab inteſtato. *h.* §. *fin.*

33. *Annon etiam Pacto?*

R. Jure *Civili* non, *L. fin. C. de Pact.* bene tamen *moribus;* In tantum, ut pacta hodie ſint *ante omnia* attendenda. *Vid. D. Stryk. de Succeſſ. ab inteſt. Cap.* 1. §. 5. & 6.

TIT. X.
De
TESTAMENTIS ORDINANDIS.

Ad pr. 1. *Unde appellatur Teſtamentum?*

R. EX eo, quod ſit teſtatio mentis. *h. pr.*

2. *Quid eſt Teſtamentum?*

Reſp. Eſt voluntatis noſtræ juſta (i. e. juri conſentanea) ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult. *L 1. ff. h. t.*

3. *Cujus juris eſt Teſtamenti factio?*

R. Quatenus *generaliter* & *indefinite* conſideratur, eſt Juris Gentium; Quatenus vero *ſpecialiter* & *definite*, Juris Civilis. *Breviter*, *Facultas teſtandi* eſt ex Jure Gentium: *Solennitas* ex Jure Civili.

Ad §. 1. 4. *Quotuplex* olim *erat Teſtamentum?*

R. Duplex: (1) *Militare*, quod fiebat in Procinctu, (2) *Paganum*, quod vel *publicum* erat, in Comitiis calatis factum, vel *privatum*, quod per mancipationem fiebat coram quinque Teſtibus, & per æs & libram dicebatur. *h.* §. 1.

Ad §. 2. 5. *Annon privato Prætor aliquid addidit?*

R. Aff. Subſignationem ſc. ſeptem teſtium, *h.* §. 2.

6. *Quo-*

Digitized by Google

6. *Quotuplex* hodie *eſt Teſtamentum?* *Ad* §. 3. & 4.

R. In genere aliud *Publicum* eſt, aliud *Privatum.*

7. *Quodnam Publicum?*

R. Quod publica authoritate ac fide ſuſtinetur, ut eſt *Teſtamentum Principi oblatum*, aut *actis inſinuatum*, ſeu *judiciale. L.* 10. & 19. *C. h. t.*

8. *An ergo nullis Teſtibus hic opus?*

R. Neg. Superfluum enim privatum Teſtimonium, ubi publica monumenta ſufficiunt. *L.* 31. *C. de Donat.*

9. *Quomodo itaque hoc Teſtamentum conditur?*

R. Ita, ut (1) Vel *oretenus* coram judice & Actuario ultima voluntas exponatur; Vel *in ſcriptis* eidem ab ipſo Teſtatore (non alio, *Carpz. P.* 5. *C.* 3. *def.* 23.) offeratur, & hanc eſſe ſuam ultimam voluntatem, declaretur. *Carpz. d. C.* 3. *def.* 28. (2) Ut actis publicis inſeratur, deſuperque breve teſtatum teſtatori detur.

10. *An etiam domi fieri poteſt hoc Teſtamentum?*

R. Aff. Quia eſt actus voluntariæ juris-

 dictio-

Digitized by Google

dictionis; quo tamen caſu præter Judicis, ad minimum duorum Scabinorum requirunt præſentiam. *Vid. Carpz. L. 6. Reſp.* 12. *n.* 25.

11. *Coram quo Judice vero faciendum?*

R. Coram quoc. *L.* 19. *C. h. t.* Ratio eſt *in præced. qu.*

12. *Annon autem Teſtatori, ſcriptum Teſtamentum offerenti, illud prælegendum a Judice?*

R. Neg. *arg. d. L.* 19. Niſi Teſtator literarum plane ſit imperitus. *Carpz. dec.* 149. Add. *idem L. 6. Reſp.* 9.

13. *Quodnam dicis Teſtamentum Privatum?*

R. Quod privata fide ſuſtinetur.

14. *Quotuplex hoc?*

R. Duplex: *Solenne* & *Minus Solenne.* Utrumque vel *Scriptum*, vel *Nuncupativum. h. t.*

15. *Quid eſt Teſtamentum* Scriptum?

R. Quod Scriptura comprehenditur & *perficitur. h. §. 3.*

16. *Quæ ſunt requiſita Teſtamenti Scripti Solemnis?*

R. Ut I. actu continuo fiat. *h. §. 3. & L. 21. in fin. ff. h. t.* II. Septem Teſtes

ſtes *legitime* adhibeantur. *h.* §. *3.* III. Subſcribatur & ſubſignetur ab *omnibus* Teſtibus, *L. 22.* §. *4. ff. h. t.* IV. Subſcribatur ab ipſo Teſtatore, *L.* 21. *C. h. t.* niſi ab eo totum Teſtamentum ſcriptum, *L.* 28. §. 1. *C. Eod.* Denique V. manu Teſtatoris, vel Teſtium nomen hæredis exprimatur, *h.* §. 4. Quod *hodie* remiſſum. *Nov.* 119. *c. 9. Vid. Carpz. P.* 3. *C.* 3. *def.* 1.

17. *Quando* actu continuo *factum dicitur Teſtamentum?*

R. Cum uno eodemque tempore *ſolennia* adhibita, nullo actu *vere* extraneo interveniente, *h.* §. *3.* & *L. 21. pr. C. h. t.* niſi ille *naturæ* fuerit, ſeu neceſſitatis. *L.* 28. *pr. C. Eod.*

18. *An ergo ſi contractus intervenerit, vitiatur Teſtamentum?*

R. Aff. *L.* 20. *de V. S.* Quia hoc ex *ſolius* Teſtatoris declaratione conſtare debet. *L.* 32. *ff. de hæred. inſtit.*

19. *An inter ſeptem Teſtes etiam computatur Notarius?*

R. Aff. Quam quæſtionem Domitii *ſtultam* dicit JCtus in *L.* 27. *ff. h. t.*

20. *Quando* Teſtes legitime *dicuntur* adhibiti?

Digitized by Google

R. Si (1) ſponte adfuerint, *L. 20. §. fin. ff. h. t.* (2) in ſpecie ad Teſtamenti factionem rogati, *L. 21. §. 2. ff. Eod.* (3) Idonei, *§. 6. h. t.* (4) Teſtatorem loquentem audiverint & viderint, *L. 9. & 12. C. h. t.* (5) Intellexerint Teſtamentum fieri. *d. L. 20. §. 9.* Conf. *Rec. Imp. de Anno* 1512. *tit.* Von Teſtamenten.

Ad §. 5. 21. *An omnes Teſtes uno annulo* ſubſignare *poſſunt*?

R. Aff. Etiam *alieno h. §. 5.*

22. *An etiam alio ſigno*?

R. Aff. Modo characterem habeat. *Vid. d. Rec. Imp.*

Ad §. 6. 23. *Quinam Teſtes hic ſunt Idonei?*

R. Qui neque *natura*, neque *Lege* prohibentur. *L. 1. §. 1. ff de Teſtib.*

24. *Qui* natura *prohibentur?*

Reſp. Qui *vel* defectu animi laborant, *ut ſunt* Furioſi & Impuberes, *h. §. 6. vel* defectu corporis, *ut* Cœci, *arg. L. 9. C. h. t.* Surdi & Muti. *h. §. 6.*

25. *Qui* Lege *prohibentur?*

R. I. Qui non ſunt Cives Romani, *L. 21.*

L. 21. *C. h. t. uti:* Servi, *h.* §. 6. Deportati, *hodie* Banniti, *Gail.* 2. *de Pac. Publ. c.* 1. *n.* 24. II. Qui inteſtabiles redditi, *h.* §. 6. *uti* ob libellum famoſum damnati, *L.* 18. §. 1. *ff. h. t.* Hæretici, *Auth. Credentes. C. de Heret.* III. Mulieres; IV. Prodigi. *h.* §. 6.

26. *An homines proprii hodie probibentur?*

R. Aff. Quia fere ſervilis conditionis ſunt, *d. Rec. Tit.* Von Teſtamenten. §. Die Form eines Teſtaments. Quod procedit, quantum ad Teſtamentum *liberi hominis*, non etiam alterius *hominis proprii.*

27. *Quid cauſæ, cur Mulieres repellantur?*

R. Quia ſolennium erant incapaces, *i. e.* neque *comitiis intereſſe*, neque *in procinctu apparere*, neque *in mancipatione intervenire poterant*.

28. *An idem in omnibus Teſtamentis verum?*

R. Aff. de *Solennibus;* Secus eſt in *minus Solennibus*, v. gr. Teſtamento Militis, ad pias cauſas, & in Praxi, tempore Peſtis condito, *Carpz. p.* 3. *C.* 4. *def.* 6.

29. *Quo tempore habilitas Teſtium hic requiritur?* *Ad* §. 7.

R. Tempore facti Teſtamenti, *L.* 22. §. 1. *ff. h. t.* Quod ſecus eſt in aliis actibus, ubi

ubi Teſtimonii dictio eſt *veritatis*. *arg.* *L.* 3. §. 3. *verſ. Finge ff. de Carbon. Edict.*

30. *Quid ſi quis tempore conditi Teſtamenti tantum pro habili reputatus?*

R. Subſiſtit tamen Teſtamentum ex benignitate Principum. *h* § 7.

Ad §. 8. 31. *An Conjunctio Teſtium vitiat Teſtamentum?*

R. Si ſit *inter ſe*, non vitiat, *h.* §. 8. Si *cum Teſtatore*, vitiat tantum illa, quæ eſt ratione *poteſtatis*, non *ſangvinis*, § 9. *h. t.* Si *cum hærede*, qualiſe. §. 10. *h. t.*

32. *An ergo Pater & Filius, aut duo Fratres in* Extranei *Teſtamento Teſtes eſſe poſſunt?*

R. Aff. Quia, cum alieno negotio adhibeantur, ſuſpecti non videntur. *h.* §. 8.

Ad §. 9. 33. *An Filius in Teſtamento Patris, aut contra?*

R. Neg. Quia ob vinculum poteſtatis pro una perſona habentur. *h.* §. 9.

34. *Sed quid ſi Filius emancipatus, aut Filius in Teſtam. Matris adhibeatur Teſtis, Maritus in uxoris, Miniſter in Domini?*

R. Valet teſtimonium, quia inter has perſonas non eſt tale vinculum, quod unionem perſonarum inducat. *h.* §. 9.

35. An

35. *An ipſe Hæres Teſtis eſſe poteſt?* *Ad* §. 10.

R. Neg. Quia ad ipſum *principale* negotium, juris ſc. univerſi ſucceſſio ſpectat, *h.* §. *10.* Unde Teſtis foret in propria cauſa, contra *L.* 10. *de Teſtib.*

36. *An autem Filius, Frater, Maritus aut Miniſter hæredis?*

R. Neg. Quia propter favorem erga hæredem ſunt ſuſpecti. *h.* §. 10. *Barry de Succ. L.* 1. *tit.* 1. *num.* 27.

37. *An Legatarius, aut qui ei ſunt conjuncti?* *Ad* §. 11.

R. Aff. Quia Legatarius non eſt juris ſucceſſor, adeoque nec in propria cauſa teſtimonium dicit, niſi *ſecundario*, ſeu *per conſequentiam. h.* §. *11.*

38. *An idem in Fideicommiſſario?*

R. Aff. Si ſit particularis. *arg.* §. *3.* *I. de Legat.*

39. *Sed quid ſi Teſtamentum Nuncupativum ſit?*

R. Adhuc idem placet, ob easdem rationes. *Vid. Carpz. P.* 3. *C.* 3. *def.* 6. *in fin.*

40. *In qua materia conſcribendum Teſtamentum?* *Ad* §. 12.

R. In quac. *h.* § *12.* Modo exinde voluntas Teſtatoris probetur.

41. *An*

Ad §. 13. 41. *An unum Teſtamentum pluribus codicibus confici poteſt?*

R. Aff. Quo caſu, ſi omnes codices *rite* facti, plene probant voluntatem defuncti. *h.* §. *13.*

42. *Sed an plura Teſtamenta in eadem charta ſcribi poſſunt?*

R. Aff. Uti contingit in *Teſtamentis* Conjugum *Reciprocis. Gail.* 2. *O.* 117. *n.* 1.

43. *An autem hoc caſu ſeptem Teſtium ſubſcriptiones ſufficiunt?*

R. Aff. Si nomine utriusque Conjugis *in ſpecie* factæ; Alias 14. teſtes neceſſarii, quia Teſtamentum hoc *revera duplex* eſt. *Gail. d. l. n.* 3.

Ad §. fin. 44. *Quid eſt Teſtamentum* Nuncupativum?

R. Quod fit herede *viva voce* coram Teſtibus deſignato. *h.* §. *fin.*

45. *Quæ hujus ſunt Solennia?*

Reſp. Eadem, quæ ſcripti, excepta *Scriptura* & *Signatura*, *h.* § *fin.* Et quod in hoc Teſtatoris lingvam intelligere debeant teſtes. *arg. L.* 209. *de V. S.* Non etiam in ſcripto. *L,* 20. §. 9. *ff. h. t.*

46. *Non-*

Digitized by Google

46. *Nonne vero Nuncupativum quoque ſcribi & ſubſignari poteſt?*

R. Aff. Melioris ſcil. *probationis* ergo: Quo fine *hodie* communiter a Notario, poſtquam voluntatem Teſtatoris nuncupatam excepit, & exceptam iterum Teſtatori prælegit, in ſolenne Inſtrumentum redigi, & a Teſtibus ſubſcribi ac ſubſignari ſolet, licet hæc omnia *per ſe* non ſint neceſſaria. *Carpz. P.* 3. *C.* 3. *deſ.* 34. & 35.

Tit. XI.
De
MILITARI TESTAMENTO.

1. *Quæ Teſtamenta dicuntur Minus Solennia?* *Ad pr. & §. 1.*

R. IN quibus diligens *ſolennitatum Civilium* obſervatio eſt remiſſa. *h. pr.* uti eſt: *Teſtamentum Militare.*

2. *Quodnam eſt Teſtamentum* Militare?

Reſp. Quod a Milite in *expeditione* aut *caſtris* conſtituto ſine omni ſolennitate factum. *h. pr.* & §. 3. *h. t.*

3. *An ergo Teſtibus hic plane non eſt opus?*

R. Neg. Si *in ſcriptis* teſtetur Miles,

L. Mi-

Digitized by Google

L. Milites. 15. *C. h. t.* Sic enim ſufficit, modo de manu ipſius conſtet, *L.* 40. *pr. ff. h. t.* Secus, ſi *nuncupative*, ubi duobus Teſtibus opus ad probandam ejus voluntatem *ſeriam*, *§. 1. & L. 24. ff. h. t. Carpz. P. 3. C. 4. def. 27.*

4. *Num vero hi duo Teſtes debent eſſe rogati?*

R. Neg. *arg. h. pr.* Quia rogatio ſolennitatis eſt.

5. *Quæ cauſa hujus Privilegii Militaris in Teſtamenti factione?*

R. *Primaria* eſt multitudo periculorum, quibus Milites in expeditione ſunt expoſiti, *L. un. ff. de Bon. Poſſ. ex Teſt. Mil. Secundaria* imperitia eorum. *h. pr.*

6. *An ergo Militibus extra expeditionem ita teſtari non licet?*

R. Neg. *L. pen. C. h. t.* Sed tunc obſervandæ ſolennitates Juris Communis. *h. pr. in fin & §. 3 h. t.*

7. *Quid vero de noſtris Militibus dicendum, an eodem privilegio gaudent?*

R. Aff. Si ſc. in *acie* teſtari velint; Secus ſi in *caſtris*, ubi duo Teſtes adhibendi; Aut in *hybernis*, ſeu *præſidiis*, ubi iterum Jus commune obſer-

Digitized by Google

ſervandum, *Ord. Notar. de Anno* 1513. *Carpz. d. C.* 4. *def.* 26. & 28. Niſi perpetuis hoſtium incurſionibus eſſent obnoxii.

8. ***An etiam non militantibus, qui caſtra ſequuntur, hoc privilegium conceſſum?***

R. Aff. Si in *hoſtico*, i. e. *in præſentaneo belli diſcrimine* deprehendantur, ibidemque decedant, *d. l. un. de bon. Poſſ. ex Teſt. milit.* & *L. ult. ff. h. t.* Quorſum referimus *Chirurgos*, *Mercatores Victualium*, Die Marcketenter, die Commiß-Metzger, &c.

9. *An Miles, qui Surdus & Mutus eſt, teſtari jure militari poteſt?* *Ad* §. 2.

R. Aff. Si *caſu* talis in militia factus. *L.* 4. *ff. h. t.* Utut literas ignoret.

10. ***Quamdiu Teſtamentum, in militia factum, valet poſt miſſionem?*** *Ad* §. 3.

Reſp. Intra annum, *h.* § 3. Modo quis *verus* fuerit miles. *d. L. un. pr.* nec ex cauſa *ignominioſa* miſſus. *L.* 26. *pr. h. t.*

11. ***Sed quid ſi conditio hæredi adſcripta, poſt annum demum exiſtat?***

R. Valet nihilominus, *h.* §. Quia conditio retrotrahitur ad tempus mortis Teſtatoris.

12. *An*

Ad §. 4. 12. *An Teſtamentum ante militiam* non rite *factum confirmatur per diſceſſum in militiam?*

R. Neg. *L. 210. de R. J.* Niſi de nova Militis voluntate ex *facto* aliquo conſtet, *v. gr.* reſignatione, nonnullorum mutatione, &c. *h. § 4. L. 20. §. 1. & L. 25. ff. h. t.*

13. *An Arrogatione aut Emancipatione Militis irritum ſit ejus Teſtamentum?*

R. Neg. *h. §. 5.* Quia de novo *præſumitur* declarata voluntas. *L. 22. & 25. ff. h. t.*

Ad §. fin. 14. *An quoque* jure militari *teſtari poſſunt Filiifam. de peculio Quaſi Caſtrenſi?*

R. Neg. *h. §. fin.* Quia ceſſant pericula & occupationes caſtrorum: Unde jus commune obſervandum.

15. *Nonne præter Teſtamentum Militare alia dantur Minus Solennia?*

R. Aff. Uti I. Teſtamentum *Parentum* inter Liberos; II. Ad *pias cauſas;* III. Tempore *Peſtis* factum; IV. *Ruſticorum.*

16. *Quid in his Teſtamentis remiſſum?*

R. Numerus Teſtium ſeptenarius. Sic in *Teſtam. Parentum inter Liberos nullis* Teſtibus opus, ſi a Patre ſcriptum, vel ſubſcriptum; Alias *duobus L. 21. §. ſ. & Auth. Quod ſine. C. de Teſtam.* Idem *in Teſtam. ad pias cauſas. Cap. Relatum. 11. X. Eod.* Vid. *Dn. Stryk. in Annot.*

ad

ad B. Brunnem. Jus Eccleſ L 2. *Cap.* 12. §. 4. Sic quoque in *Teſtam. tempore Peſtis* facto, *hodie* II. vel III. Teſtes ſufficiunt. *Carpz. P.* 3. *C.* 4. *def.* 8. In *Teſtam* vero *Ruſticorum* V. ſi plures haberi non poſſint. *L. ult. C. de Teſtam.*

TIT. XII.

QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

1. *Qui poſſunt Teſtamentum condere?* *Ad pr.*

R. OMnes, qui *ſui juris* ſunt, nec ob *defectum corporis* vel *animi*, aut aliam *improbitatem* prohibentur. *t. h. t. & tit. ff. & C. de Teſtam.*

2. *An ergo Filiusfamilias teſtari nequit?*

R. Neg. Quia Lex XII. Tabb in ſpecie requirit, ut Teſtator ſit Paterfam. Niſi de peculio caſtrenſi, vel quaſi, *h. pr.* ubi habetur pro Patrefam. *L.* 2. *ff. ad SC. Maced.*

3. *Annon etiam de cæteris peculiis, conſentiente Patre?*

R. Neg. *h. pr.* Quia teſtandi facul-

tas

Digitized by Google

tas ex jure publico eſt, *L. 3. ff. de Teſt.* unde a privatis concedi nequit. *L. 38. ff de Pact.*

4. *Quid ſi vero Peculium ſit Adventitium?*

R. Neque de hoc teſtari licebit, ob generalitatem *h.* §. *& L. pen. C. Qui Teſtam. fac. poſſ.*

Ad §. 1. 5. *An Impuberes Teſtamenta facere poſſunt?*

Reſp. Neg. Quia nullum eorum animi judicium eſt. *h.* §. *1.*

6. *Sed quid ſi Princeps ipſis conceſſerit teſtandi facultatem?*

R. Neque ſic teſtari poſſunt, *L. ult. C. de Teſt. Milit.* Quia Princeps non poteſt ſupplere defectum naturalem, ſcil. *judicium:* Niſi pubertati proximi fuerint, ac ratione & judicio pollentes. *arg. L. 31. ff. de LL.*

7. *Quid autem de Puberibus, ſeu Minoribus exiſtimas?*

R. Illi teſtari poſſunt, etiam absque Curatore. *L. 4. C. Qui Teſt. fac. poſſ.* Quia hic tantum actibus inter vivos datur.

8. *An etiam Furioſi?*

R. Neg. Quia mente carent, *h.* §. *1.* *& L.*

Digitized by Google

& *L. 40. d. R. J.* Niſi tempore dilucidi intervalli. *h.* §. & *L. 9. C. Qui teſtam. fac. poſſ.*

9. *Sed quid ſi Furor poſtea receſſerit: aut impuberes, puberes: Filiifam. Patresfam. facti deceſſerint?*

R. Nihilominus non valet Teſtamentum: *h.* §. 1. Quia ab initio fuit vitioſum. *L. 29. de R. J.*

10. *An ergo valet, ſi ante furorem recte fuit factum?*

R. Aff. *h.* § 1. Quia, quæ facti ſunt, ut *furor, prodigalitas, cœcitas,* &c. non poſſunt tollere ea, quæ juris ſunt, ut eſt: *Teſtamentum. arg. L. 8. ff. de his, qui ſui vel al. jur.*

11. *An prodigus Teſtamentum condere poteſt?* *Ad* §. 2.

R. Neg. *h.* §. 2. Ob interdictam bonorum adminiſtrationem, niſi bene conſulat poſteritati ſuæ. *Nov. Leon. 39* quæ uſu fori comprobata. *Carpz. P. 3. C. 6. def. 11.*

12. *An Surdus & Mutus?* *Ad* §. 3.

R. Neg. Si talis ſimul ſit *natus*, *L. Diſcretis. 10. C. Qui Teſt. fac. poſſ.* Niſi ad

 pias

pias cauſas, *modo certis ſignis poſſit explicare voluntatem*, *B. Brunnem. ad d L. num. 7.* Secus ſi caſu talis *factus*, ubi, ſi ſcribere poſſit, in ſcriptis teſtari poteſt. *d. L. 10.*

13. *Quid ſi quis Surdus, aut Mutus tantum fuerit?*

Reſp. *Ille* nuncupative teſtabitur; *Hic* vero in ſcriptis. *d. L. 10.*

14. *An balbutiens teſtari poteſt?*

R. Aff. *h.* §. 3. Modo intelligi poſſit. *L. Quoniam. 15 C. de Teſtam.*

15. *An Cæcus?*

Ad §. 4. R. Neg. *h.* §. 4. Niſi obſervatis ſolennibus. *L. 8. C. Qui Teſt. fac. poſſ.*

16. *Quænam ſunt illa Solennia?*

R. Ut I. *Octavus* Teſtis adhibeatur. II. Hæres nuncupetur, & certis indiciis *deſignetur*. III. Nuncupatio iſta in ſcripturam redacta a Teſtibus *ſubſcribatur* & *ſubſignetur*. *d. L. 8.*

17. *An eadem Solennia obſervanda, ſi inter liberos, aut ad pias cauſas teſtari velit Cæcus?*

R. Neg. Sed ſufficit his caſibus, ſi præter Teſtes, ordinarie ab aliis adhibendos, unus inſuper

Digitized by Google

ſuper adhibeatur a Cœco. *arg. d. L.* 8. *Vid. Richter. ad d. L.* 8. *n.* 69.

18. *Valetne Teſtamentum illius, qui ab hoſtibus eſt captus?* *Ad §. fin.*

R. Neg. de eo, quod *durante captivitate* factum, *L.* 8 *pr. ff. Qui teſt fac. poſſ Aff.* de eo, quod *antea*; idque vel jure poſtliminii, vel Lege Cornelia, § *fin. Vid. Qu.* 6 & 7. *ſupr. Quib. mod. Patr pot. ſolv.* Quod apud Chriſtianos non attenditur, *Vid Qu* 15. *ſupr. de Jure Perſon.*

Tit. XIII.

De EXHÆREDATIONE LIBERORUM.

1. *In quo conſiſtit Subſtantia Teſtamenti?* *Ad pr.*

R. IN Hæredis inſtitutione. §. *34. I. de Legat.*

2. *Quid eſt Hæredis inſtitutio?*

Reſp. Eſt Succeſſoris univerſalis in Teſtamento facta deſignatio. *arg. L. 44. de V. S.*

3. *Quotuplex eſt?*

R. *Duplex:* Alia in ſpecie ſic dicta, de qua *in h. & ſeq. tit.* Alia Subſtitutio, de qua *in tit. 15. & 16.* agetur.

Ad §. 13. 41. *An unum Teſtamentum pluribus codicibus confici poteſt?*

R. Aff. Quo caſu, ſi omnes codices *rite* facti, plene probant voluntatem defuncti. *h.* §. *13.*

42. *Sed an plura Teſtamenta in eadem charta ſcribi poſſunt?*

R. Aff. Uti contingit in *Teſtamentis* Conjugum *Reciprocis. Gail.* 2. *O.* 117. *n.* 1.

43. *An autem hoc caſu ſeptem Teſtium ſubſcriptiones ſufficiunt?*

R. Aff. Si nomine utriusque Conjugis *in ſpecie* factæ; Alias 14. teſtes neceſſarii, quia Teſtamentum hoc *revera duplex* eſt. *Gail. d. l. n.* 3.

Ad §. fin. 44. *Quid eſt Teſtamentum* Nuncupativum?

R. Quod fit herede *viva voce* coram Teſtibus deſignato. *h.* §. *fin.*

45. *Quæ hujus ſunt Solennia?*

Reſp. Eadem, quæ ſcripti, excepta *Scriptura* & *Signatura*, *h.* § *fin.* Et quod in hoc Teſtatoris lingvam intelligere debeant teſtes. *arg. L.* 209. *de V.* S. Non etiam in ſcripto. *L,* 20. §. 9. *ff. h. t.*

46. *Non-*

46. *Nonne vero Nuncupativum quoque ſcribi & ſubſignari poteſt?*

R. Aff. Melioris ſcil. *probationis* ergo: Quo ſine *hodie* communiter a Notario, poſtquam voluntatem Teſtatoris nuncupatam excepit, & exceptam iterum Teſtatori prælegit, in ſolenne Inſtrumentum redigi, & a Teſtibus ſubſcribi ac ſubſignari ſolet, licet hæc omnia *per ſe* non ſint neceſſaria. *Carpz. P.* 3. *C.* 3. *def.* 34. *&* 35.

Tit. XI.
De
MILITARI TESTAMENTO.

1. *Quæ Teſtamenta dicuntur Minus Solennia?* *Ad pr. & §.* 1.

R. IN quibus diligens *ſolennitatum Civilium* obſervatio eſt remiſſa. *h. pr.* uti eſt: *Teſtamentum Militare.*

2. *Quodnam eſt Teſtamentum* Militare?

Reſp. Quod a Milite in *expeditione* aut *caſtris* conſtituto ſine omni ſolennitate factum. *h. pr. & §. 3. h. t.*

3. *An ergo Teſtibus hic plane non eſt opus?*

R. Neg. Si *in ſcriptis* teſtetur Miles, *L. Mi-*

Digitized by Google

L. Milites. 15. *C. h. t.* Sic enim ſufficit, modo de manu ipſius conſtet, *L.* 40. *pr. ff. h. t.* Secus, ſi *nuncupative*, ubi duobus Teſtibus opus ad probandam ejus voluntatem *ſeriam*, *§. 1. & L. 24. ff. h. t. Carpz. P. 3. C. 4. def. 27.*

4. *Num vero hi duo Teſtes debent eſſe rogati?*

R. Neg. *arg. h. pr.* Quia rogatio ſolennitatis eſt.

5. *Quæ cauſa hujus Privilegii Militaris in Teſtamenti factione?*

R. *Primaria* eſt multitudo periculorum, quibus Milites in expeditione ſunt expoſiti, *L. un. ff. de Bon. Poſſ. ex Teſt. Mil. Secundaria* imperitia eorum. *h. pr.*

6. *An ergo Militibus extra expeditionem ita teſtari non licet?*

R. Neg. *L. pen. C. h. t.* Sed tunc obſervandæ ſolennitates Juris Communis. *h. pr. in fin & §. 3 h. t.*

7. *Quid vero de noſtris Militibus dicendum, an eodem privilegio gaudent?*

R. Aff. Si ſc. in *acie* teſtari velint; Secus ſi in *caſtris*, ubi duo Teſtes adhibendi; Aut in *hybernis*, ſeu *præſidiis*, ubi iterum Jus commune obſer-

ſervandum, *Ord. Notar. de Anno* 1513. *Carpz. d. C.* 4. *deſ.* 26. & 28. Niſi perpetuis hoſtium incurſionibus eſſent obnoxii.

8. ***An etiam non militantibus, qui caſtra ſequuntur, hoc privilegium conceſſum?***

R. Aff. Si in *hoſtico*, i. e. *in præſentaneo belli diſcrimine* deprehendantur, ibidemque decedant, *d. l. un. de bon. Poſſ. ex Teſt. milit.* & *L. ult. ff. h. t.* Quorſum referimus *Chirurgos*, *Mercatores Victualium*, Die Marckefenter, die Comiß-Metzger, &c.

9. *An Miles, qui Surdus & Mutus eſt, teſtari jure militari poteſt?* *Ad* §. 2.

R. Aff. Si *caſu* talis in militia factus. *L.* 4. *ff. h. t.* Utut literas ignoret.

10. ***Quamdiu Teſtamentum, in militia factum, valet poſt miſſionem?*** *Ad* §. 3.

Reſp. Intra annum, *h.* § 3. Modo quis *verus* fuerit miles. *d. L. un. pr.* nec ex cauſa *ignominioſa* miſſus. *L.* 26. *pr. h. t.*

11. ***Sed quid ſi conditio hæredi adſcripta, poſt annum demum exiſtat?***

R. Valet nihilominus, *h.* §. Quia conditio retrotrahitur ad tempus mortis Teſtatoris.

12. *An*

Ad §. 4. 12. *An Teſtamentum ante militiam* non rite *factum confirmatur per diſceſſum in militiam?*

R. Neg. *L. 210. de R. J.* Niſi de nova Militis voluntate ex *facto* aliquo conſtet, *v. gr.* reſignatione, nonnullorum mutatione, &c. *h.* § 4. *L.* 20. §. 1. *& L.* 25. *ff. h. t.*

13. *An Arrogatione aut Emancipatione Militis irritum ſit ejus Teſtamentum?*

R. Neg. *h.* §. 5. Quia de novo *præſumitur* declarata voluntas. *L.* 22. *&* 25. *ff. h. t.*

Ad §. fin. 14. *An quoque* jure militari *teſtari poſſunt Filiifam. de peculio Quaſi Caſtrenſi?*

R. Neg. *h.* §. *fin.* Quia ceſſant pericula & occupationes caſtrorum: Unde jus commune obſervandum.

15. *Nonne præter Teſtamentum Militare alia dantur Minus Solennia?*

R. Aff. Uti I. Teſtamentum *Parentum* inter Liberos; II. Ad *pias cauſas;* III. Tempore *Peſtis* factum; IV. *Ruſticorum.*

16. *Quid in his Teſtamentis remiſſum?*

R. Numerus Teſtium ſeptenarius. Sic in *Teſtam. Parentum inter Liberos nullis* Teſtibus opus, ſi a Patre ſcriptum, vel ſubſcriptum; Alias *duobus L.* 21. §. *f. & Auth. Quod ſine. C. de Teſtam.* Idem *in Teſtam. ad pias cauſas. Cap. Relatum.* 11. *X. Eod.* Vid. *Dn. Stryk. in Annot.*

ad

Digitized by Google

ad B. Brunnem. Jus Eccleſ L 2. Cap. 12. §. 4. Sic quoque in *Teſtam. tempore Peſtis* facto, *hodie* II. vel III. Teſtes ſufficiunt. *Carpz. P.* 3. *C.* 4. *def.* 8. In *Teſtam* vero *Ruſticorum* V. ſi plures haberi non poſſint. *L. ult. C. de Teſtam.*

TIT. XII.

QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

1. *Qui poſſunt Teſtamentum condere?* *Ad pr.*

R. OMnes, qui *ſui juris* ſunt, nec ob *defectum corporis* vel *animi*, aut aliam *improbitatem* prohibentur. *t. h. t. & tit. ff. & C. de Teſtam.*

2. *An ergo Filiusfamilias teſtari nequit?*

R. Neg. Quia Lex XII. Tabb in ſpecie requirit, ut Teſtator ſit Paterfam. Niſi de peculio caſtrenſi, vel quaſi, *h. pr.* ubi habetur pro Patrefam. *L.* 2. *ff. ad SC. Maced.*

3. *Annon etiam de cæteris peculiis, conſentiente Patre?*

R. Neg. *h. pr.* Quia teſtandi facultas

tas ex jure publico eſt, *L. 3. ff. de Teſt.* unde a privatis concedi nequit. *L. 38. ff de Pact.*

4. *Quid ſi vero Peculium ſit Adventitium?*

R. Neque de hoc teſtari licebit, ob generalitatem *h. §. & L. pen. C. Qui Teſtam. fac. poſſ.*

Ad §. 1. 5. *An Impuberes Teſtamenta facere poſſunt?*

Reſp. Neg. Quia nullum eorum animi judicium eſt. *h. §. 1.*

6. *Sed quid ſi Princeps ipſis conceſſerit teſtandi facultatem?*

R. Neque ſic teſtari poſſunt, *L. ult. C. de Teſt. Milit.* Quia Princeps non poteſt ſupplere defectum naturalem, ſcil. *judicium:* Niſi pubertati proximi fuerint, ac ratione & judicio pollentes. *arg. L. 31. ff. de LL.*

7. *Quid autem de Puberibus, ſeu Minoribus exiſtimas?*

R. Illi teſtari poſſunt, etiam abſque Curatore. *L. 4. C. Qui Teſt. fac. poſſ.* Quia hic tantum actibus inter vivos datur.

8. *An etiam Furioſi?*

R. Neg. Quia mente carent, *h. §. 1. & L.*

Digitized by Google

& *L. 40. d. R. J.* Niſi tempore dilucidi intervalli. *h. §.* & *L. 9. C. Qui teſtam. fac. poſſ.*

9. *Sed quid ſi Furor poſtea receſſerit: aut impuberes, puberes: Filiiſam. Patresſam. facti deceſſerint?*

R. Nihilominus non valet Teſtamentum: *h. §. 1.* Quia ab initio fuit vitioſum. *L. 29. de R. J.*

10. *An ergo valet, ſi ante furorem recte fuit factum?*

R. Aff. *h. §. 1.* Quia, quæ facti ſunt, ut *furor, prodigalitas, cæcitas, &c.* non poſſunt tollere ea, quæ juris ſunt, ut eſt: *Teſtamentum. arg. L. 8. ff. de his, qui ſui vel al. jur.*

11. *An prodigus Teſtamentum condere poteſt?* *Ad§.2.*

R. Neg. *h. §. 2.* Ob interdictam bonorum adminiſtrationem, niſi bene conſulat poſteritati ſuæ. *Nov. Leon. 39* quæ uſu fori comprobata. *Carpz. P. 3. C. 6. def. 11.*

12. *An Surdus & Mutus?* *Ad§.3.*

R. Neg. Si talis ſimul ſit *natus*, *L. Diſcretis. 10. C. Qui Teſt. fac. poſſ.* Niſi ad

Digitized by Google

pias cauſas, *modo certis ſignis posſit explicare voluntatem*, *B. Brunnem. ad d L. num. 7.* Secus ſi caſu talis *factus*, ubi, ſi ſcribere poſſit, in ſcriptis teſtari poteſt. *d. L. 10.*

13. *Quid ſi quis Surdus, aut Mutus tantum fuerit?*

Reſp. *Ille* nuncupative teſtabitur; *Hic* vero in ſcriptis. *d. L. 10.*

14. *An balbutiens teſtari poteſt?*

R. Aff. *h. §. 3.* Modo intelligi poſſit. *L. Quoniam. 15 C. de Teſtam.*

15. *An Cœcus?*

Ad §. 4. R. Neg. *h. §. 4.* Niſi obſervatis ſolennibus. *L. 8. C. Qui Teſt. fac. poſſ.*

16. *Quænam ſunt illa Solennia?*

R. Ut I. *Octavus* Teſtis adhibeatur. II. Hæres nuncupetur, & certis indiciis *deſignetur.* III. Nuncupatio iſta in ſcripturam redacta a Teſtibus *ſubſcribatur* & *ſubſignetur*. *d. L. 8.*

17. *An eadem Solennia obſervanda, ſi inter liberos, aut ad pias cauſas teſtari velit Cœcus?*

R. Neg. Sed ſufficit his caſibus, ſi præter Teſtes, ordinarie ab aliis adhibendos, unus inſuper

ſuper adhibeatur a Cœco. *arg. d. L.* 8. *Vid. Richter. ad d. L.* 8. *n.* 69.

18. *Valetne Teſtamentum illius, qui ab hoſtibus eſt captus?* *Ad §. fin.*

R. Neg. de eo, quod *durante captivitate* factum, *L.* 8 *pr. ff. Qui teſt fac. poſſ Aff.* de eo, quod *antea*; idque vel jure poſtliminii, vel Lege Cornelia, *§ fin. Vid. Qu.* 6 *&* 7. *ſupr. Quib. mod. Patr pot. ſolv* Quod apud Chriſtianos non attenditur, *Vid Qu* 15. *ſupr. de Jure Perſon.*

Tit. XIII.
De
EXHÆREDATIONE LIBERORUM.

1. *In quo conſiſtit Subſtantia Teſtamenti?* *Ad pr.*

R. IN Hæredis inſtitutione. §. *34. I. de Legat.*

2. *Quid eſt Hæredis inſtitutio?*

Reſp. Eſt Succeſſoris univerſalis in Teſtamento facta deſignatio. *arg. L. 44. de V. S.*

3. *Quotuplex eſt?*

R. *Duplex:* Alia in ſpecie ſic dicta, de qua *in h. & ſeq. tit.* Alia Subſtitutio, de qua *in tit. 15. & 16.* agetur.

4. *Licetne Teſtatori hæredes inſtituere quoscunque?*

R. Neg. Sed ſi *Liberos* habeat in poteſtate, illos præciſe tenetur hæredes inſtituere, aut *nominatim* exhæredare: Alioquin ſi præterierit, ipſo jure nullum eſt Teſtamentum. *h. pr.*

5. *Quid ergo eſt Exhæredatio?*

R. Eſt excluſio a legitima, in teſtamento verbis expreſſis facta.

6. *Quando hæc* nominatim *dicitur facta?*

R. Cum *vel* expreſſo nomine facta, *vel* alia demonſtratione certa. *h pr. & L. 1. 2 & 3. ff. de lib. & poſthum.*

7. *An liberi cujuscunque ſexus hæredes inſtituendi, aut nominatim exhæredandi?*

R. *Olim* tantum filii, non etiam a filiis deſcendentes, aut filiæ, *h. pr. Hodie* omnes indiſtincte. *§. 5. h. t. & Nov. 115. cap. 5.*

Ad §. 8. *An idem in poſthumis?*

1. & 2. R. Aff. *h. §. 1. arg. L. 7. de Stat. homin.* Sive *veri* fuerint, ſeu naturaliter tales; Sive *Quaſi*, ſeu civiliter tales.

9. *Qui-*

9. *Quinam dicuntur* Veri poſthumi?

R. Qui *poſt mortem Teſtatoris* naſcuntur, ſui hæredes futuri, ſi vivo Teſtatore nati fuiſſent, *arg.* §. *26. I. de Legat.* Uti ſunt *filii,* aut, his non exiſtentibus, *nepotes,* mortuo Avo nati, de quibus *L. Gallus. 29. ff. de Liber. & poſth.*

10. *Quos dicis* Suos *Hæredes?*

R. Qui tempore mortis ſunt in *poteſtate* Teſtatoris, eumque *proximo gradu* contingunt. §. *2. I. de Hæred. ab inteſt. & h.* §. 2.

11. *An hi Poſthumi jure novo exhæredari poſſunt?*

R. Neg. Quia ingratitudinis non ſunt capaces. *L. 33. in fin. C. de inoff. Teſt.*

12. *Quinam dicuntur* Quaſi poſthumi?

Reſp. Qui *poſt factum Teſtamentum* ſui hæredes Teſtatori adnaſcuntur: Uti ſunt *Nepotes,* poſt Teſtamentum vivo Avo nati, de quibus L. Julia Velleja cautum. *h.* §. 2. *& d. L. Gallus.*

13. *An hujusmodi Poſthumis præteritis, Teſtamentum ipſo jure nullum eſt?*

R. Neg. Sed agnatione demum rumpitur *h.* §. 1. *&* 2. Unde ſi contingat, partum *imperfectum* naſci, aut *mortuum,* ſubſiſtit

Teſtamentum. *L.* 3. *C. de Poſthum. hær.* & *L.* 129. *de V. S.*

Ad §. 3. 14. *An etiam Liberi Emancipati ſunt hæredes inſtituendi, aut exhæredandi?*

R. *Neg. de Jure Civili*, quia non ſunt ſui hæredes; *Aff. de Jure Prætorio*, quod præteritis bonorum poſſeſſionem contra Tabulas concedit, *h.* §. 3. Et *Jure Noviſſimo*, juxta quod nullum alias eſt Teſtamentum. *arg.* §. 5. *h. t.* & *Nov.* 115. *c.* 3.

Ad §. 4. 15. *Quid autem juris in Liberis Adoptivis?*

R. *Olim* perinde, ut naturales, erant inſtituendi vel exhæredandi; niſi eſſent emancipati, *h.* §. 4. *Hodie* ab *Extraneo* adoptati præteriri poſſunt; Ab *Aſcendente* non item. §. 14. *I. de Hæred. quæ ab inteſt.* & *L.* 10. *C. de adopt.*

Ad §. 5. 16. *Quomodo hodie rite fit Exhæredatio?*

R. Si (1) Ex juſta cauſa fiat, (2) Illa cauſa *in ſpecie* in Teſtamento exprimatur. *Vid. B. Brunnem. Cent.* 5. *Dec.* 44. (3) Ab hærede ſcripto probetur. *Nov.* 115. *C.* 3. *pr.*

17. *Quæ ſunt juſtæ cauſæ, ob quas Liberi poſſunt exhæredari?*

R. Quæ

Digitized by Google

R. Quæ in *d. Nov. 115.* recenſentur; Suntque illarum quatuordecim, quæ his verſiculis continentur:

Filius exheres fiat, *ſi verbera* primo,
2. *Aut grave ſi Patri dedecus intulerit.*
3. *Carcere concluſum ſi negligat,* 4. *Aut Furioſum.*
5. *Criminis accuſet,* 6. *Vel paret inſidias.*
7. *Si dederit damnum grave,* 8. *Si nec ab hoſte redemit*
9. *Teſtarive vetat,* 10. *Se ſocietque Magis.*
11. *Si mimos ſequitur,* 12. *Vitietque cubile Paternum.*
13. *Non orthodoxus,* 14. *Filia ſi meretrix.*

18. *Annon ob alias cauſas* ſimiles *vel* majores *poteſt fieri Exhæredatio?*

R. Aff. Si illis *directo* lædantur Parentes; Secus ſi reſpubl. utpote ſi *homicidium* a filio commiſſum, *&c. Struv. in Synt. Jur. Civ. Exer.* 32. *th.* 33.

19. *An etiam Milites ita nominatim Liberos exhæredare tenentur?* *Ad* §. 6.

R. Neg. Sed poſſunt illos præterire, modo ſciant, ſe liberos habere. *h.* §. 6. *&* L 9. *C. de Teſtam. Milit* Quia caſus ſpecialis generali ſanctione *Nov.* 115. non eſt immutatus. *arg. L.* 26. *ff de LL.*

Google

Ad §. fin. 20. *Quid autem juris in Matre, aut Avo Materno?*

R. Et his *olim* præterire liberos permiſſum, ſervata præteritis querela contra Teſtamentum, *h. §. fin.* Sed hodie ad inſtar Patris eos hæredes inſtituere, aut ductu *Nov. 115. c. 3.* exhæredare debent.

21. *An, ut Parentes Liberos, ſic viciſſim Liberi Parentes tenentur inſtituere aut exhæredare?*

R. Aff. *Nov. 115. c. 4.* Ita, ut eodem modo Exhæredatio Parentum facienda, quo Liberorum, de quo *in Qu. 16.*

22. *Quænam vero ſunt juſtæ cauſæ, ob quas parentes poſſunt exhæredari?*

R. Quæ itidem in *d. Nov. c. 4.* habentur, ſuntque illarum octo, his verſiculis comprehenſæ:

1. Si Pater accuſet capitalis criminis. 2. Aut ſe
Adjungat nurui, 3. Vitæque eſt inſidiatus,
4. Teſtari prohibet gnatum, 5. Matrique venenum
Præparet, 6. Incluſum ſi carcere, 7. Vel furioſum
Negligat, 8. Et veram contemnat religionem.

23. Quid

23. *Quid ſi Liberi, aut Parentes præſcripto modo non ſint exhæredati?*

R. Si non ex *juſta cauſa*, vel ea non *expreſſa*, Teſtamentum eſt ipſo jure nullum; *arg.* L. 5. C. *de LL.* Quod hodie procedit, quantum ad inſtitutionem, non Legata & cætera Teſtamenti capitula. *Auth. Ex cauſa. C. de Liber. præter.*

24. *Annon etiam Collaterales hæredes ſunt inſtituendi, aut exhæredandi?*

R. Neg. Sed præteriri poſſunt: *Exceptis Fratribus* & Sororibus in caſu, quo ipſis turpis perſona præfertur. *L. 27. C. &* § 1. *I. de Inoff. Teſtam.*

25. *Ob quas vero cauſas tunc exhæredari poteſt Frater?*

R. Ob tres: (1) Si criminis accuſaverit Fratrem, (2) Si inſidias ipſi ſtruxerit, (3) Si jacturam bonorum inferre voluerit. *Nov.* 22. *c.* 47.

26. *An autem hoc caſu pariter exhæredationis cauſa in Teſtamento exprimenda?*

R. Neg. Sed ſufficit ſimpliciter exhæredaſſe, cum ad Fratres non pertineat. *d. Nov.* 115. Unde nec hæres probatione ingratitudinis gravandus, ſed Fratri exhæredato contrarium probandum. *d. Nov.* 22. *c.* 47. *Struv. d. l. Exerc.* 10. *th.* 18.

Digitized by Google

TIT. XIV.
De
HÆREDIBUS INSTITUENDIS.

Ad pr. 1. *Dictum fuit de inſtituendis Liberis, Parentibus, aut certa ratione Fratribus: Quid ſi autem nulli horum adſint,*

Quinam tunc hæredes inſtitui poſſunt?

R. OMnes tam liberi, quam Servi, *h pr.* niſi in ſpecie prohibeantur, *uti* Deportati, *L.* 1. *C. h. t.* Hæretici, *Nov.* 144. *c.* 1. Collegia illicita, *L.* 8. *C. h. t.* Liberi inceſtuoſi, *Nov.* 89. *c. fin.* &c.

2. *Quomodo Servi Proprii inſtituuntur?*

R. Cum, *vel* ſine libertate: Niſi adulterii cum Domina ſint accuſati. *h. pr. & L.* 12. *ff. Qui & a quib. manum.*

Ad §. 1. 3. *Quid conſequuntur ex hac inſtitutione?*

R. Libertatem, fiuntque hæredes neceſſarii: Niſi a vivo Teſtatore manumiſſi, ubi *ſuo arbitrio:* aut alienati, ubi *novi Domini juſſu* adeunt hæreditatem, *h.* §. 1.

Ad §. 2. 4. *Quid juris, ſi ſervi alieni fuerint inſtituti?*

R. Hi juſſu illius Domini, ſub quo tempore adeundæ hæreditatis ſunt, acquirunt hæreditatem; Aut ſi manumiſſi, proprio arbitrio. *h.* §. 1.

5. *An ſervus hæreditarius, i. e. cujus Dominus mortuus eſt, hæres inſtitui poteſt?*

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Quia nondum adita hæreditas defuncti vicem ſuſtinet. *h.* §. 2.

6. Quid ſi ſervus plurium, ſeu communis inſtitutus, cui acquirit? Ad §. 3.

R. Unicuique Dominorum, cujus juſſu hæreditatem adiit, & cum quo Teſtamenti factio eſt, pro portione Dominii. *h.* §. 3.

7. An hæc hodie in noſtris Servis uſum habent?

R. Neg. Sed illi hæreditatem ſibi acquirunt, *vid. Qu. ult. ſupr. de his, qui ſui vel al. jur.* Idem in hominibus propriis. *Vid Qu.* 16 *ſupr. de Jur. Perſon.*

8. Quot licet hæredes inſtituere in Teſtamento? Ad §. 4.

R. Quot quisque velit, *h.* §. *4.* Modo exitum poſſit habere voluntas. *Vid. Diſſ. noſt. de Joco C. 4. th. 8. & ſeqq.*

9. Quomodo dividenda hæreditas, ſi plures inſtituti? Ad §. 5. & 6.

Reſp. Si Teſtator nullas partes expreſſerit, æqualiter, *h.* §. *6.* Alias juxta partes a Teſtatore nominatas. *L. 13. ff. h. t.*

10. An ergo quantaſc. partes conſtituere poteſt Teſtator?

R. Aff. *h.* §. 5. Sed hæ tamen poteſtate juris poſtea ad 12. uncias, *i. e.* aſſem revocantur, §. 8. *h. t.* & *d. L.* 13. §. 1. *h. t.*

11. *Annon ſingulæ unciæ propria nomina a jure habent?*

Reſp. Aff. Nam *duæ unciæ* Sextans dicuntur, quaſi ſexta pars aſſis; *Tres*, Quadrans, quaſi quarta pars aſſis; *Quatuor*, Triens, quaſi tertia pars aſſis; *Quinque*, Quincunx; *Sex*, ſemis; *Septem*, Septunx; *Octo*, Bes; *Novem* Dodrans, quaſi dempto quadrante, i. e. *tribus unciis*, as; *Decem*, Dextans, quaſi dempto ſextante, i. e. *duabus unciis*, as; *Undecim*, Deunx, quaſi dempta una uncia, as; *h.* §. 5.

12. *Quod ſi quis unum hæredem inſtituerit in ſemiſſe, quis alteram partem capiet?*

R. Idem hæres inſtitutus: Quia nemo ex parte teſtatus, ex parte inteſtatus, decedere poteſt, niſi ſit miles. §. 5. & *L.* 7. *de R. J.* Idem eſt,

ii

ſi unus in re particulari inſtitutus, v. gr. *fundo*, *ædibus*, *&c.* *L.* 1. §. 4. *ff.* *h. t.*

13. *Sed quid ſi plures inſtituti, & in quorundam perſonis partes expreſſæ, in aliorum vero non?*

R. Hoc caſu, ſi *as nondum completus*, id, quod ei deeſt, capiunt, qui ſine partibus ſcripti; Sin *completus*, illi, quibus certæ partes aſſignatæ, in dimidiam partem vocantur, reliquum capiunt ſine partibus inſtituti. *h.* §. 6.

14. *Quid autem, ſi omnibus Perſonis inſtitutis certa pars aſſis aſſignata?* Ad §. 7. & 8.

R. Si illæ *partes* computatæ *exæquent* aſſem, res expedita, Si *infra aſſem* ſint, pars vacans ſingulis accreſcit pro rata; *h.* §. 7. Sin denique *ſupra aſſem*, ſingulis pro rata decreſcit. *h.* §. 7.

15. *Quomodo unus vel plures hæredes inſtitui poſſunt?* Ad §. 9. & 10.

R. *Vel pure*, *i. e.* ſimpliciter, *Vel* ſub conditione. *h.* §. 9.

16 *Quid eſt Conditio?*

R. Eſt adjectio caſus in futurum collati, a cujus eventu actus ſuſpenditur. *L.* 39. *de R. C.* & §. 4. *I. de V. O.*

17. *Quotuplex eſt?*

 R. Tri-

R. Triplex: *Poteſtativa*, *Caſualis*, & *Mixta*. *L. un.* §. *7. C. de Caduc. toll.*

18. Quid eſt Conditio Poteſtativa?

R. Quæ a voluntate & poteſtate ejus dependet, qui eam implere debet, *d. L. un.* §. *7. V. gr.* Si ſervum manumiſerit. *L. 26. ff de inoff. Teſtam.*

19. Quid eſt Caſualis?

R. Quæ ex eventu fortuito pendet, aut alieno arbitrio. *L. 6. pr. ff. de Condit. & Demonſtr.*

20. Quid Mixta?

Reſp. Quæ partim a voluntate ejus, in quem confertur, pendet, partim a caſu: *d. L. un.* §. *7. V. gr.* Si Meviam in uxorem duxerit.

21. An ſub omnibus his conditionibus inſtitui poteſt hæres?

R. *Extraneus* ſub quacunque, modo *poſſibilis* fuerit; *Suus* tantum ſub poteſtativa, *L. 4. pr. ff. h. t.* Hodie quoad Legitimam ſub nulla. *arg. L. Quoniam 32. C. de Inoff. Teſtam.*

22. Quid ſi tamen impoſſibilis conditio hæredi adſcripta?

R. Pro

Digitized by Google

R. Pro non ſcripta habetur, *h.* §. *10.* Si *natura* talis ſit, aut *jure*, i. e. turpis, *L. 14. & 15. ff. de Condit & demonſtrat.* Secus ſi *facto*, reſpectu ſc. ejus, cui adjicitur: Hæc enim vitiat inſtitutionem. *L. 4. §. 1. ff. de Stat. liber. Vid. d. Diſſ. de Joco C. 4. §. 12. & ſeqq.*

23. *An hoc in aliis quoque ultimis voluntatibus verum?*

R. Aff. *h.* §. 10. & *L. 45. in f. ff h. t.* In genere enim quotiesc. impoſſibilia in *Teſtamentis* ſcripta, toties in favorem illorum explicantur, quibus adſcripta, *L. 3. ff. de Condit. & dem.* Quod ſecus in *Contractibus.* §. 10. *I. de Inutil. Stipul.*

24. *An etiam ex certo tempore, vel ad certum tempus, v. gr.* usque vel poſt quinquennium, *hæres inſtitui poteſt?*

R. Neg. *h.* §. ne quis pro parte teſtatus decedat, pro parte inteſtatus, contra §. *5. h. t. & L. 7. de R. J.*

25. *Quid ſi tamen hoc modo aliquis inſtitutus, an inſtitutio invalida?*

Reſp. Neg. Sed detracta temporis mentione, pure videtur facta. *h.* §. *9. & L. 34. ff. h. t.*

26. Quid

26. *Quid juris, ſi ſub tempore incerto aliquis inſtitutus?*

R. Valet inſtitutio ad inſtar conditionalis. *L. 75. de Condit. & Demonſtr. & L. 21. ff. Qu. dies legat.* Niſi tempus incertum *quando*, ipſi inſtituto adjectum, v. gr. *cum morietur*, quo caſu inſtitutio pro pura habetur. *L. 79. pr. ff. de Cond. & demonſt.*

Ad §. 11. 27. *An, ſi plures conditiones hæredi adſcriptæ, omnes ſunt implendæ?*

R. Aff. Si *copulative* adſcriptæ, ac omnes ſint poſſibiles; ſecus ſi *disjunctive*, ubi cuilibet obtemperare ſatis eſt. *h. §. 11. & arg. c. 70. de R. J. in 6.*

28. *Quo vero tempore ſunt implendæ?*

R. *Caſuales* quandocunque; *Poteſtativæ* tantum poſt mortem Teſtatoris *L. 2. ff. de Cond. & demonſtr.* Niſi non fuerint reiterabiles, *v. gr. Si Meviam duxerit L. 10. pr. ff. Eod. Add. L. 7. C. de Inſtitut. & Subſtitut.*

Ad §. *fin.* 29. *An ignotus, ſeu Incognitus hæres inſtitui poteſt?*

Reſp. Aff. *h. §. fin. & L. 11. C. h. t.* Modo alias ſit certus. *L. 9. §. 9. & L. 62. §. 1. ff. h. t.*

30. *Quid ſi incertus?*

R. Non valet inſtitutio, *d. L. 62.* niſi perſona ex eventu poſſit certiorari, *§. 27. I. de Legat.*

aut

Digitized by Google

aut cauſa pia ſit inſtituta. *L. 24. C. de Epiſcop. & Cler.*

Tit. XV.
De
VULGARI SUBSTITUTIONE.

1. *Quid eſt Subſtitutio?* *Ad pr.*

R. Eſt ſecundi, vel ulterioris hæredis in locum deficientis primi, vel ulterioris gradus inſtitutio. *h. pr.*

2. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: Alia *Directa;* alia *Obliqua*, ſeu Fideicommiſſaria. *arg. L. 15. ff. h. t. & L. 57. § 1. ff. ad SC. Trebell.*

3. *Quid eſt Subſtitutio Directa?*

R. Qua Subſtitutus *integram* hæreditatem *immediate* conſequitur a Teſtatore, in caſum deficientis primi.

4. *Quid eſt Obliqua?*

R. Qua Subſtitutus *mediate* conſequitur hæreditatem ab hærede, illam reſtituere rogato, *deducta Trebellianica. dd. text.*

5. *De quonam hic agitur?*

R. De Directa, utpote quæ *proprie* dici-

dicitur Subſtitutio, & in dubio facta intelligitur. *Mev. P. 7. Dec.* 16.

6. *Quotuplex eſt Subſtitutio Directa?*

R. Duplex: *Vulgaris* & *Pupillaris*, *h. & ſeq. tit.*

7. *Quid eſt Subſtitutio* Vulgaris?

Reſp. Quæ fit a quoc. Teſtatore, hæredi cuicunque, in eum caſum, *ſi ille hæres non erit. h. pr.*

8. *Quando dicitur exiſtere conditio:* Si hæres non erit?

R. *Si vel* hæres eſſe nolit, *vel* non poſſit, *arg. L.* 56. *ff. Solut. matr.* Prior caſus *voluntatis;* Poſterior *impotentiæ* a Dd. dicitur.

9. *Quid ſi unus horum caſuum, v. gr. voluntatis a Teſtatore expreſſus, an contineat alterum non expreſſum*, v. gr. *impotentiæ?*

R. Aff. Ob præſumtam Teſtatoris voluntatem, qui utroque caſu ſibi de hærede proſpicere voluit. *arg. L.* 22. *ff. ad SC. Trebell. & L.* 3. *C. h. t.*

10. *Ubi debet fieri Subſtitutio?*

R. Tantum in Teſtamento, *h. pr.* In Codicillis facta non valet, *§.* 2. *I. de Codicill.* niſi in vim fideicommiſſi. *L.* 76. *ff. Ad SC. Trebell.*

11. *Quo-*

Digitized by Google

11. *Quomodo ſubſtituitur?* *Ad §. 1.*

R. Aut unus uni, aut unus pluribus, aut plures uni, aut plures pluribus ſubſtituuntur, prout Teſtator voluerit. *h. §. 1.*

12. *An etiam ipſi hæredes ſibi invicem ſubſtitui poſſunt?*

R. Aff. *h. §. 1.* Quæ ſubſtitutio *in L. 4. §. 1. ff. h. t. Reciproca:* Alias *Breviloqua* dicitur, utpote ſi quis dixerit: *Primus, Secundus & Tertius hæredes ſunto, & hos ſibi invicem ſubſtituo.*

13. *Sed quid ſi hoc caſu Heredes in diverſis partibus inſtituti, nulla vero partium mentio in ſubſtitutione facta, qua ratione dividenda erit portio deficientis?* *Ad §. 2.*

R. In tot partes, in quot quisque a Teſtatore fuit inſtitutus, *h. §. 2.* Cujus exemplum in *L. 24. ff. h. t.* Niſi de alia Teſtatoris mente aliunde conſtet. *d. L. 24. & L. 24. ff. Ad SC. Trebell.*

14. *An ſi duo hæredes inſtituti, & unus alteri ſubſtitutus, poſteaque huic ſubſtituto Tertius ſubſtitutus, illis deficientibus utramque portionem accipit Tertius?* *Ad §. 3.*

R. Aff. *h. §. 3.* Sive prior Subſtitutus deceſſerit ante inſtitutum, ſive poſt, *L. 41. pr. ff. h. t.* idque ex deſtinatione Teſtatoris.

15. *Quo-*

Ad §. fin. 15. *Quomodo extinguitur Subſtitutio Vulgaris?*

Reſp. Inſtituto hæreditatem adeunte. *L. 5. C. de Impub. & aliis Subſtit.* Niſi quis Servo, qui a Teſtatore *ut liber* inſtitutus, ſit ſubſtitutus: Sic enim, ſi Servus juſſu Domini adierit hæreditatem, Subſtitutus in partem *dimidiam* ſimul admittitur, *h. §. fin. & L. 164. de V. S.* Quod hodie uſum non habet.

Tit. XVI.
De
PUPILLARI SUBSTITUTIONE.

Ad pr. 1. *Quid eſt* Pupillaris *Subſtitutio?*

R. Quæ fit a Patre Filiofam. impuberi non ſolum in eum caſum, *quo hæres non fuerit*, ſed & ſi *fuerit*, *impubes tamen deceſſerit. h. pr. & L. 1. §. 1. h. t.*

2. *Quotuplex ergo eſt hæc Subſtitutio?*

R. Alia *Expreſſa*, quæ fit in caſum: *ſi Filius hæres fuerit, & intra pubertatem deceſſerit.* Alia *Tacita*, quæ fit vulgariter in

Digitized by Google

in caſum: *ſi filius hæres non erit.* § 3. *h. t. Illa* Vulgarem, *Hæc* Pupillarem continet ex præſumta voluntate Teſtatoris *L.* 4. *ff. h. t.*

3. *Quis poteſt pupillariter ſubſtituere?*

R. Qui Liberos in poteſtate habet, *h. pr.* & *L.* 2. *pr ff. Eod.* Uti *Pater* & *Avus Paternus;* Non *Mater. dd. text.*

4. *Sed annon hodie pupillariter ſubſtituere poteſt Mater?*

R. Neg. Quia nec hodie liberos in poteſtate habet, *Carpz. P.* 3. *C.* 8. *def.* 16. Quod ſi tamen Teſtamento adjecerit clauſulam codicillarem, valet ſubſtitutio in vim fideicommiſſi. *Carpz. d. l. def.* 17.

5. *Quibus hoc modo ſubſtitui poteſt?*

R. Liberis impuberibus, in poteſtate Patria conſtitutis, nec in alterius poteſtatem recaſuris. *tot. hoc tit.*

6. *Quæ igitur cauſa introductæ Subſtitutionis Pupillaris?*

Reſp. Favor Pupillorum, ne ſcil. facultate teſtandi propter ætatem deſtituti, inteſtati decedere cogantur. *h. pr.*

7. *Quando effectum habet hæc Subſtitutio?*

R. Filio *impubere* decedente. *h. pr.*

8. *An*

Google

8. An autem hoc caſu tam Patri, quam Filio ſuccedit Subſtitutus?

Reſp. Aff. Si filius hæres extiterit Patri; Si non, utpote ſi ante Patrem mortuus, Patri tantum ſuccedit, vi tacitæ vulgaris. *h. pr. Vid. Struv. in S. J. C. Exerc. 33 th. 27.*

9. Sed num priori caſu Subſtitutus a Succesſione Filii excludit Matrem?

R. Aff. Etiam quoad legitimam, *L. 8. §. 5 ff. de Inoff. Teſtam. & c. 1. in f de Teſtam in 6.* Quod communiter de *ſubſtitutione expreſſa* intelligunt, non *tacita, L fin. C. de Inſtit. & Subſtit. Carpz. d. C. 8. def. 3.* Licet etiam in expreſſa deberi legitimam, æquius ſit ob *L. 30 & 32. C. de inoff. Teſt.* Unde id ipſum in Saxonia receptum. *Carpz d l. def. 4.*

Ad §. 1. 10. Annon ad exemplum Pupillaris Subſtitutionis, alia eſt a Juſtiniano introducta?

Reſp. Aff. *h. §. 1.* Quæ ideo *Quaſi Pupillaris*, ab aliis etiam *Exemplaris* & *Juſtinianea* dicitur.

11 *Quid eſt Subſtitutio* Quaſi Pupillaris?

R. Quæ fit a Parentibus, Liberis mente captis, aut alio vitio, ob quod teſtari

Digitized by Google

teſtari nequeunt, laborantibus, in caſum, *ſi in tali conditione deceſſerint. h.* §. *1. & L. Humanitatis. 9. C. de Impub. & al. Subſtit.*

12. An omnibus Parentibus hoc modo ſubſtituere permiſſum?

R. Aff. Sine diſtinctione ſexus, gradus aut poteſtatis. *h.* §. *1.* Quia hæc ſubſtitutio ſolius humanitatis cauſa eſt introducta, *d. L.* 9. *Carpz. P.* 3. *C.* 8. *def.* 13.

13. *Sed quid ſi plures Parentes ſimul ſubſtituerint mente capto?*

R. Cujuslibet ſubſtitutio valebit in *bonis ab eo profectis; Dd. ad d. L.* 9. *C.* In *bonis* vero *ipſius mente capti* Patris erit præferenda, ſi eum adhuc habeat in poteſtate. *Struv. d. Ex.* 33. *th.* 33.

14. An autem qualeſc. hic ſubſtitui poſſunt a Parentibus?

R. Neg. Sed ſubſtituendi (1) *Liberi* ejus, cui ſubſtituitur: (2) his non extantibus, *fratres & ſorores:* & denique poſt hos (3) *extranei. d. L. 9. Carpz. d C. 8. def. 15.*

15. *Igiturne Mater & Pater præteriri poſſunt?*

R. Aff.

R. Aff. De Jure Civili. *d. L. 9. & L. 8. §. 5 ff. de Inoff. Teſtam.* Sed contrarium æquius præſertim hodie quoad *legitimam. Vid præced. Qu. 9. Ludwell. de ult. volunt. p* 314.

16. *Quomodo finitur Subſtitutio Quaſi Pupillaris?*

R. Reconvaleſcentia. *L. 43. pr. ff h. t.* Modo duret ad mortem usque Teſtatoris *arg. L. 14. §. 2. ff. eod.*

Ad §. 2. 17. *An in Pupillari Subſtitutione, ubi Pater & ſibi & filio teſtatur, duo ſunt Teſtamenta?*

R. *Aff.* Quantum ad materiam & hæredum inſtitutionem. *h.* §. 2. *Neg.* Quantum ad cauſam efficientem, & formam, ſeu Solennitates, *L. 2. §. 4 & L. 40. pr. ff. h. t.*

Ad §. 3. 18. *An Subſtitutio Pupillaris poteſt in Teſtamento occultari?*

R. Aff. Ita ſc. ut in inferiori parte Teſtamenti ſeorſim ſcribatur, proprioque lino & cera conſignetur; In ſuperiori autem caveatur, ne inferiores Tabulæ filio vivo, & adhuc impubere aperiantur. Quod *utile*, ſi quis metuat, ne palam facta Subſtitutio Pupillo ſit periculoſa. *h.* §. 3.

19. *An*

Digitized by Google

19. An quoque Liberis exhæredatis pupillariter ſubſtitui poteſt? Ad §. 4.

R. Aff. In bonis ſcil. aliunde quæſitis, *h.* §. 4. & *L. 10. § 5. ff. h. t.* Quia exhæredatio non tollit jus ſuitatis. *L. 20. pr. ff. de Bonor. poſſ. contr. tabb.* Quod hodie vix uſum habet, cum impuberes non poſſint facile exhæredari. *arg. Nov.* 115.

20. An poſthumo filio ſubſtitui poteſt?

R. Aff. *h.* §. *4.* Ratio in *L. 7. ff. de Stat. hom.* Sed hodie quoque non aliter, quam inſtituto. *d. Nov.*

21. Poteſtne Pater Filio impuberi ſoli condere Teſtamentum? Ad §. 5.

Reſp. Neg. Nam pupillare Teſtamentum pars & ſequela eſt Teſtamenti paterni, *h.* §. 5. Excepto Milite. *L. 2. §. 1. ff. h. t.*

22. Quid ſi Pater plures habeat Liberos, an omnibus ſubſtituere poteſt? Ad §. 6.

Reſp. Aff. Et quidem vel *ſingulis*, ſi neminem eorum velit inteſtatum decedere; Vel *Noviſſimo*, i. e. ultimo ſuperſtiti, ſi fratres ſibi invicem ab inteſtato ſuccedere velit, *h.* §. 6.

Ad §. 7. 23. *Quomodo fieri poteſt hæc Subſtitutio?*

R. Vel *nominatim*, v. gr. *Titius hæres eſto.* Vel *generaliter*, uti: *Quisquis mihi hæres erit, is quoque filio meo, intra pubertatem decedenti, hæres eſto. h. §. 7.*

24. *An inter utrumque modum aliquid interſit?*

R. Aff. Qui enim generaliter ſunt ſubſtituti, non aliter conſequuntur pupilli hæreditatem, quam ſi & ſcripti ſint in Teſtamento Patris hæredes, & ejus hæreditatem adierint; L. 8. §. 1. *ff. h. t.* Quod ſecus in iis, qui *nominatim* ſunt ſubſtituti. *h. §. 7.*

Ad §. 8. & fin. 25. *Quibus modis finitur Subſtitutio Pupillaris?*

R. I. Pubertate, *h. §. 8.* aut ſi brevius tempus a Teſtatore definitum, eo elapſo, *L. 21. ff. h. t.* II. Liberatione filii a patria poteſtate, *L. 41. §. 2. ff. Eod.* III. Conditione ſubſtitutionis deficiente, *L. 8. ff. h. t.* IV. Teſtamento Patris *in totum* infirmato. *§. 5. h. t.* & *L. 2. pr. ff. Eod.*

26. *Quid ſi tamen ultra pubertatem ſubſtituerit Pater?*

R. Pubertate adepta nihilominus evaneſcit,

Digitized by Google

ſcit, *L.* 14. *h. t.* ne filio adimatur teſtamenti factio: Niſi *Miles* ſit, qui ita ſubſtituerit. L. *Centurio* 15. *ff.* *Eod*

27. *Sed annon jure fideicommiſſi ſubſiſtere poterit Subſtitutio a Pagano ultra pubertatem facta?*

R. Neg. *L.* 7. *ff. h. t.* Niſi verba ad fideicommiſſum apta, §. *fin. h. t.* Vel in codicillo poſita. *L.* 76. *ff. ad SC. Trebell.*

Tit. XVII. QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

1. *Quibus ex cauſis poteſt impugnari Teſtamentum?* *Ad pr.*

R. QUod *vel* ab initio non jure conditum, quale teſtamentum *injuſtum* dicitur & *nullum*, L. 1. *ff. de injuſt. rupt. & irrit.* *Vel* ex poſtfacto infirmatum, *tot. hoc tit.*

2. *Quod* ab initio *non jure conditum dicitur Teſtamentum?*

Reſp. Cum *vel* a perſona inhabili factum; *vel* non obſervatis omnibus juris ſolennitatibus.

3. *Quando* ex poſtfacto *infirmatum?*

R. Cum vel *ruptum* eſt, vel *irritum* factum, vel etiam a Judice *reſciſſum. h. pr. & tit. ſequ.*

Ad §. 4. *Quot modis* rumpitur *Teſtamentum?*

1. & 2. R. Duobus: I. Agnatione Poſthumi tam naturalis; quam civilis; *h.* §. 1. *Vid. ſupra Qu.* 9. 12. & 13. *de Exhæred. Liber.* II. Poſteriori Teſtamento æque *jure* ordinato & *quoad voluntatem* perfecto, *h.* §. 2. cujus ratio *in L.* 4. *de adim. & transfer. leg.*

5. *Sed quid ſi in priori Teſtamento derogatum fuerit poſteriori?*

R. Valet tamen poſterius: Quia nemo ſibi legem dicere poteſt, a qua recedere non poſſit, *L.* 22. *pr. ff. de legat.* 3. Quamvis hoc caſu tutius, expreſſe iterum priori derogare, *Vid. Sande L.* 4. *Deciſ. tit.* 1. *def.* 10. *Richter ad L.* 27. *C. de Teſtam. n.* 24.

6. *An idem, ſi priori juramento adjectum de non revocando Teſtamento?*

R. Aff. Quia juramentum ſequitur naturam actus, cui adjicitur, *arg. L. fin. C. de non numer. pec.* Perjurii tamen reus fit, qui ſine cauſa mutat Teſtamentum. *arg. C. Quamvis* 2. *de Pact. in* 6.

7. *Quid autem, ſi ex poſteriori Teſtamento nullus extiterit hæres?*

R. Ru-

Digitized by Google

R. Ruptum tamen prius: Unde, cum nec poſterius habeat vires, hæredes ab inteſtato ſuccedunt. *h.* §. 2. & L. 16. *ff. de Injuſt. rupt. & irrit.*

8. *An etiam tunc Teſtamentum prius ruptum, ſi in poſteriori aliquis in re certa inſtitutus?* Ad §. 3.

Reſp. Aff. Quia detracta rei mentione, hæres poſterior ex aſſe intelligitur inſtitutus. *h.* §. 3. & §. 5. *I. de Hæred. Inſtit.*

9. *Sed quid ſi Teſtator in poſteriori dixerit, ſe nihilominus velle prius valere?*

R. Tunc prius jure fideicommiſſi ſubſiſtit, & hæres poſterior rogatus cenſetur; ut contentus re, in qua inſtitutus, vel detracta quarta, hæreditatem reſtituat prioribus. *h.* §. 3.

10. *Annon aliquando Teſtamentum poſterius imperfectum rumpit prius?*

R. Aff. Si ſc. poſterius *jure ſingulari* valeat, *L.* 2. *ff. de Injuſt. rupt. & irr* aut in eo, hæredes ab inteſtato inſtituti, *d. L* 2. quo tamen caſu 5. teſtes neceſſarii. *L.* 21. § 3. *C. de Teſtam.*

11. *Quomodo* Irritum *ſit Teſtamentum?* Ad §. 4. & 5.

R. Cum *vel* ſtatus Teſtatoris mu-

 tatur,

tatur, *h.* §. 4. *Vel* nullus ex Teſtamento hæres exiſtit. *L.* 1 *ff. de Inj. rupt. & irrit.* Illud in ſpecie *Irritum*, hoc *Deſtitutum* dicitur, *L.* 9. §. 2. *ff. de Liber. & Poſth.* ſeu *Deſertum.* §. 8. *I. de Hæred. ab int.*

Ad §. 6. 12. *Quid ſi ad priorem ſtatum redeat Teſtator, an reconvaleſcit Teſtamentum?*

R. Aff. de Jure Prætorio, ſi in eo ſtatu decedat. *h.* §. 6. Ut tamen, ſi minimam paſſus capitis diminutionem, de novo voluntatem ſuam declaret. *L. pen.* §. 2. *ff. de bon. poſſ. ſecund. tab.*

Ad §. 7. 13. *Annon nuda Revocatione, ſeu contraria voluntate infirmatur Teſtamentum?*

R. Neg. *h.* §. 7. Quia nuda voluntate non ordinatur, *L.* 35. *de R. J.* Niſi, poſtquam illa coram Teſtibus declarata, decennium elapſum. *L.* 27. *C. de Teſt.* aut aliud factum acceſſerit revocationi, v. gr. *cancellatio, laceratio Teſtamenti*, &c. L. 30. *C. Eod.*

Ad §. 14. *fin.* *Valetne Teſtamentum imperfectum, ſi in eo Princeps inſtitutus?*

R. Neg. Quamvis enim Princeps LL. ſit ſolutus, gaudet tamen LL. vivere. *b.* §. *fin.* vid. *ſupra Qu.* 33. *de J. N. G.*

Digitized by Google

N. G. & C. Idem eſt, ſi in Teſtamento perfecto *litis cauſa* inſtitutus. *b. §. fin.*

Tit. XIIX.
De
INOFFICIOSO TESTAMENTO.

1. *Quomodo a Judice reſcinditur Teſtamentum?* *Ad pr.*

R. INſtituta Querela Teſtamenti Inofficioſi. *t. hoc ff. & C. tit.*

2. *Quid eſt Teſtamentum Inofficioſum?*

R. In quo perſonæ, quibus legitima ex defuncti hæreditate debetur, rite quidem, ſed *inique* ſunt excluſæ. *h. pr.*

3. *Quid Querela Inofficioſi?*

R. Eſt actio, qua ille, qui inique excluſus, petit, ut Teſtamentum reſcindatur, & ipſe ab inteſtato ſuccedat. *h. pr.*

4. *Quo colore hæc Querela intentanda?*

R. Quaſi non ſanæ mentis fuerit Teſtator, dum legitimam non reliquit, *h. pr. &* L. 2. *ac* 4. *ff. h. t.* Quo tamen colore hodie non eſt opus, ſed ſufficit vi *Nov.* 115. ſimpliciter impugnare Teſtamentum.

8. *An autem hoc caſu tam Patri, quam Filio ſuccedit Subſtitutus?*

Reſp. Aff. Si filius hæres extiterit Patri; Si non, utpote ſi ante Patrem mortuus, Patri tantum ſuccedit, vi tacitæ vulgaris. *h. pr. Vid. Struv. in S. J. C. Exerc. 33 th. 27.*

9. *Sed num priori caſu Subſtitutus a Succeſſione Filii excludit Matrem?*

R. Aff. Etiam quoad legitimam, *L. 8. §. 5 ff. de Inoff. Teſtam. & c. 1. in f de Teſtam in 6.* Quod communiter de *ſubſtitutione expreſſa* intelligunt, non *tacita, L fin. C. de Inſtit. & Subſtit. Carpz. d. C. 8. def. 3.* Licet etiam in expreſſa deberi legitimam, æquius ſit ob *L. 30 & 32. C. de inoff. Teſt.* Unde id ipſum in Saxonia receptum. *Carpz d l. def. 4.*

Ad §. 1. 10. *Annon ad exemplum Pupillaris Subſtitutionis, alia eſt a Juſtiniano introducta?*

Reſp. Aff. *h. §. 1.* Quæ ideo *Quaſi Pupillaris*, ab aliis etiam *Exemplaris* & *Juſtinianea* dicitur.

11. *Quid eſt Subſtitutio* Quaſi Pupillaris?

R. Quæ fit a Parentibus, Liberis mente captis, aut alio vitio, ob quod teſtari

teſtari nequeunt, laborantibus, in caſum, *ſi in tali conditione deceſſerint. h. §. 1. & L. Humanitatis. 9. C. de Impub. & al. Subſtit.*

12. An omnibus Parentibus hoc modo ſubſtituere permiſſum?

R. Aff. Sine diſtinctione ſexus, gradus aut poteſtatis. *h. §. 1.* Quia hæc ſubſtitutio ſolius humanitatis cauſa eſt introducta, *d. L. 9 Carpz. P. 3. C. 8. def. 13.*

13. *Sed quid ſi plures Parentes ſimul ſubſtituerint mente capto?*

R. Cujuslibet ſubſtitutio valebit in *bonis ab eo profectis; Dd. ad d. L. 9. C.* In *bonis* vero *ipſius mente capti* Patris erit præferenda, ſi eum adhuc habeat in poteſtate. *Struv. d. Ex. 33. th. 33.*

14. An autem qualeſc. hic ſubſtitui poſſunt a Parentibus?

R. Neg. Sed ſubſtituendi (1) *Liberi* ejus, cui ſubſtituitur: (2) his non extantibus, *fratres & ſorores:* & denique poſt hos (3) *extranei. d. L. 9. Carpz. d C. 8. def. 15.*

15. *Igiturne Mater & Pater præteriri poſſunt?*

R. Aff.

R. Aff. De Jure Civili. *d. L.* 9. & *L.* 8. §. 5 *ff. de Inoff. Teſtam.* Sed contrarium æquius præſertim hodie quoad *legitimam. Vid præced Qu.* 9. *Ludwell. de ult. volunt. p* 314.

16. *Quomodo finitur Subſtitutio Quaſi Pupillaris?*

R. Reconvaleſcentia. *L.* 43. *pr. ff. h. t.* Modo duret ad mortem usque Teſtatoris, *arg. L* 14. §. 2. *ff. eod.*

Ad §. 2. 17. *An in Pupillari Subſtitutione, ubi Pater & ſibi & filio teſtatur, duo ſunt Teſtamenta?*

R. *Aff.* Quantum ad materiam & hæredum inſtitutionem. *h.* §. 2. *Neg.* Quantum ad cauſam efficientem, & formam, ſeu Solennitates, *L.* 2. §. 4 & *L.* 40. *pr. ff. h. t.*

Ad §. 3. 18. *An Subſtitutio Pupillaris poteſt in Teſtamento occultari?*

R. Aff. Ita ſc. ut in inferiori parte Teſtamenti ſeorſim ſcribatur, proprioque lino & ceræ conſignetur; In ſuperiori autem caveatur, ne inferiores Tabulæ filio vivo, & adhuc impubere aperiantur. Quod *utile*, ſi quis metuat, ne palam facta Subſtitutio Pupillo ſit periculoſa. *h.* §. 3.

19. *An*

Digitized by Google

19. *An quoque Liberis exhæredatis pupillariter ſubſtitui poteſt?* Ad §. 4.

R. Aff. In bonis ſcil. aliunde quæſitis, *h.* §. 4. & *L.* 10. § 5. *ff. h. t.* Quia exhæredatio non tollit jus ſuitatis. *L.* 20. *pr. ff. de Bonor. poſſ. contr. tabb.* Quod hodie vix uſum habet, cum impuberes non poſſint facile exhæredari. *arg. Nov.* 115.

20. *An poſthumo filio ſubſtitui poteſt?*

R. Aff. *h.* §. 4. Ratio in *L.* 7. *ff. de Stat. hom.* Sed hodie quoque non aliter, quam inſtituto. *d. Nov.*

21. *Poteſtne Pater Filio impuberi ſoli condere Teſtamentum?* Ad §. 5.

Reſp. Neg. Nam pupillare Teſtamentum pars & ſequela eſt Teſtamenti paterni, *h.* §. 5. Excepto Milite. *L.* 2. §. 1. *ff. h. t.*

22. *Quid ſi Pater plures habeat Liberos, an omnibus ſubſtituere poteſt?* Ad §. 6.

Reſp. Aff. Et quidem vel *ſingulis*, ſi neminem eorum velit inteſtatum decedere; Vel *Noviſſimo*, i. e. ultimo ſuperſtiti, ſi fratres ſibi invicem ab inteſtato ſuccedere velit. *h.* §. 6.

Digitized by Google

Ad §. 7. 23 *Quomodo fieri poteſt hæc Subſtitutio?*

R. Vel *nominatim*, v. gr. *Titius hæres eſto.* Vel *generaliter*, uti: *Quisquis mihi hæres erit, is quoque filio meo, intra pubertatem decedenti, hæres eſto. h. §. 7.*

24. *An inter utrumque modum aliquid intereſt?*

R. Aff. Qui enim generaliter ſunt ſubſtituti, non aliter conſequuntur pupilli hæreditatem, quam ſi & ſcripti ſint in Teſtamento Patris hæredes, & ejus hæreditatem adierint; L. 8. §. 1. *ff. h. t.* Quod ſecus in iis, qui *nominatim* ſunt ſubſtituti. *h. §. 7.*

Ad §. 8. & fin. 25. *Quibus modis finitur Subſtitutio Pupillaris?*

R. I. Pubertate, *h. §. 8.* aut ſi brevius tempus a Teſtatore definitum, eo elapſo, *L. 21. ff. h. t.* II. Liberatione filii a patria poteſtate, *L. 41. §. 2. ff. Eod.* III. Conditione ſubſtitutionis deficiente, *L. 8. ff. h. t.* IV. Teſtamento Patris *in totum* infirmato. *§. 5. h. t.* & *L. 2. pr. ff. Eod.*

26. *Quid ſi tamen ultra pubertatem ſubſtituerit Pater?*

R. Pubertate adepta nihilominus evaneſcit,

Digitized by Google

ſcit, *L.* 14. *h. t.* ne filio adimatur teſtamenti factio: Niſi *Miles* ſit, qui ita ſubſtituerit. L. *Centurio* 15. *ff.* *Eod*

27. *Sed annon jure fideicommiſſi ſubſiſtere poterit Subſtitutio a Pagano ultra pubertatem facta?*

R. Neg. *L.* 7. *ff. h. t.* Niſi verba ad fideicommiſſum apta, *§. fin. h. t.* Vel in codicillo poſita. *L.* 76. *ff. ad SC. Trebell.*

TIT. XVII.
QUIBUS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTUR.

1. *Quibus ex cauſis poteſt impugnari Teſtamentum?* *Ad pr.*

R. QUod *vel* ab initio non jure conditum, quale teſtamentum *injuſtum* dicitur & *nullum*, L. 1. *ff. de injuſt. rupt. & irrit.* *Vel* ex poſtfacto infirmatum, *tot. hoc tit.*

2. *Quod* ab initio *non jure conditum dicitur Teſtamentum?*

Reſp. Cum *vel* a perſona inhabili factum; *vel* non obſervatis omnibus juris ſolennitatibus.

3. *Quando* ex poſtfacto *infirmatum?*

 R. Cum

R. Cum vel *ruptum* eſt, vel *irritum* factum, vel etiam a Judice *reſciſſum. h. pr. & tit. ſequ.*

Ad §.4. *Quot modis* rumpitur *Teſtamentum?*
1. & 2. R. Duobus: I. Agnatione Poſthumi tam naturalis; quam civilis; *h.* §. 1. *Vid. ſupra Qu.* 9. 12. *&* 13. *de Exhæred. Liber.* II. Poſteriori Teſtamento æque *jure* ordinato & *quoad voluntatem* perfecto, *h.* §. 2. cujus ratio *in L.* 4. *de adim. & transfer. leg.*

5. *Sed quid ſi in priori Teſtamento derogatum fuerit poſteriori?*

R. Valet tamen poſterius: Quia nemo ſibi legem dicere poteſt, a qua recedere non poſſit, *L.* 22. *pr. ff. de legat.* 3. Quamvis hoc caſu tutius, expreſſe iterum priori derogare, *Vid. Sande L.* 4. *Deciſ. tit.* 1. *def.* 10. *Richter ad L.* 27. *C. de Teſtam. n.* 24.

6. *An idem, ſi priori juramento adjectum de non revocando Teſtamento?*

R. Aff. Quia juramentum ſequitur naturam actus, cui adjicitur, *arg. L. fin. C. de non numer. pec.* Perjurii tamen reus fit, qui ſine cauſa mutat Teſtamentum. *arg. C. Quamvis* 2. *de Pact. in* 6.

7. *Quid autem, ſi ex poſteriori Teſtamento nullus extiterit hæres?*

R. Ru-

Digitized by Google

R. Ruptum tamen prius: Unde, cum nec poſterius habeat vires, hæredes ab inteſtato ſuccedunt. *h.* §. 2. & L. 16. *ff. de Injuſt. rupt. & irrit.*

8. An etiam tunc Teſtamentum prius ruptum, ſi in poſteriori aliquis in re certa inſtitutus? *Ad* §. 3.

Reſp. Aff. Quia detracta rei mentione, hæres poſterior ex aſſe intelligitur inſtitutus. *h.* §. *3.* & §. *5. I. de Hæred. Inſtit.*

9. *Sed quid ſi Teſtator in poſteriori dixerit, ſe nihilominus velle prius valere?*

R. Tunc prius jure fideicommiſſi ſubſiſtit, & hæres poſterior rogatus cenſetur; ut contentus re, in qua inſtitutus, vel detracta quarta, hæreditatem reſtituat prioribus. *h.* §. 3.

10. *Annon aliquando Teſtamentum poſterius imperfectum rumpit prius?*

R. Aff. Si ſc. poſterius *jure ſingulari* valeat, *L.* 2. *ff. de Injuſt. rupt. & irr* aut in eo, hæredes ab inteſtato inſtituti, *d. L* 2. quo tamen caſu 5. teſtes neceſſarii. *L.* 21. § 3. *C. de Teſtam.*

11. *Quomodo* Irritum *fit Teſtamentum?* *Ad* §. 4. & 5.

R. Cum *vel* ſtatus Teſtatoris mu-

K 3 tatur,

tatur, *h.* §. *4.* *Vel* nullus ex Teſtamento hæres exiſtit. *L. 1 ff. de Inj. rupt. & irrit.* Illud in ſpecie *Irritum*, hoc *Deſtitutum* dicitur, *L. 9. §. 2. ff. de Liber. & Poſth.* ſeu *Deſertum.* §. 8. *I. de Hæred. ab int.*

Ad §. 6. 12. *Quid ſi ad priorem ſtatum redeat Teſtator, an reconvaleſcit Teſtamentum?*

R. Aff. de Jure Prætorio, ſi in eo ſtatu decedat. *h. §. 6.* Ut tamen, ſi minimam paſſus capitis diminutionem, de novo voluntatem ſuam declaret. *L. pen. §. 2. ff. de bon. poſſ. ſecund. tab.*

Ad §. 7. 13. *Annon nuda Revocatione, ſeu contraria voluntate infirmatur Teſtamentum?*

R. Neg. *h.* §. *7.* Quia nuda voluntate non ordinatur, *L. 35. de R. J.* Niſi, poſtquam illa coram Teſtibus declarata, decennium elapſum. *L. 27. C. de Teſt.* aut aliud factum acceſſerit revocationi, v. gr. *cancellatio, laceratio Teſtamenti*, &c. L. 30. *C. Eod.*

Ad §. fin. 14. *Valetne Teſtamentum imperfectum, ſi in eo Princeps inſtitutus?*

R. Neg. Quamvis enim Princeps LL. ſit ſolutus, gaudet tamen LL. vivere. *h.* §. *fin.* vid. *ſupra Qu. 33. de J. N. G.*

Digitized by Google

N. G. & C. Idem eſt, ſi in Teſtamento perfecto *litis cauſa* inſtitutus. *b. §. fin.*

Tit. XIIX.
De
INOFFICIOSO TESTAMENTO.

1. *Quomodo a Judice reſcinditur Teſtamentum?* *Ad pr.*

R. INſtituta Querela Teſtamenti Inofficioſi. *t. hoc ff. & C. tit.*

2. *Quid eſt Teſtamentum Inofficioſum?*

R. In quo perſonæ, quibus legitima ex defuncti hæreditate debetur, rite quidem, ſed *inique* ſunt excluſæ. *h. pr.*

3. *Quid Querela Inofficioſi?*

R. Eſt actio, qua ille, qui inique excluſus, petit, ut Teſtamentum reſcindatur, & ipſe ab inteſtato ſuccedat. *h. pr.*

4. *Quo colore hæc Querela intentanda?*

R. Quaſi non ſanæ mentis fuerit Teſtator, dum legitimam non reliquit, *h pr. &* L. 2. *ac* 4. *ff. h. t.* Quo tamen colore hodie non eſt opus, ſed ſufficit vi *Nov.* 115. ſimpliciter impugnare Teſtamentum.

5. *Quibus competit hæc Querela?*

R. Omnibus, quibus debetur Legitima. *h. §. 1. & §. ult.*

6. *Quid eſt Legitima?*

R. Eſt portio portionis ab inteſtato debitæ, neceſſario a Teſtatore relinquenda. *L. 8. §. 6. & 8. ff. h. t.*

7. *Quibus hæc debetur?*

R. I. *Liberis*, ſine diſtinctione ſexus aut poteſtatis, II. *Parentibus*, III. *Fratribus* Germanis, ſi turpis perſona, aut levi macula laborans ſit inſtituta, *h. §. 1. & L. 27. C. h. t.* IV. *Conjugibus*, ex ſtatutis nonnullorum locorum.

Ad §. 2. 8. *An etiam Liberis adoptatis?*

R. Aff. Si *plene* adoptati, aut arrogati, *h. §. 2. & L. pen. C. de Adopt.*

9. *Contra quos datur Querela Inofficioſi?*

R. Contra hæredes inſtitutos poſt aditam hæreditatem, *L. 8. §. 10. ff. h. t.* aut illos, qui hæredum locum ſuſtinent, *v. gr.* Fiſcum. *L.* 10. *C. Eod.*

10. *An autem totum Teſtamentum hac Querela reſcinditur?*

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. *L.* 8. §. *pen. ff. h. t.* Quod tamen Jure novo quoad *Deſcendentes* & *Aſcendentes* mutatum, ita, ut horum querela tantum inſtitutio infirmetur, cætera vero capitula in ſpeciali Legis diſpoſitione ſubſiſtant. *Nov.* 115. *c.* 3. *in fin.*

11. Quando locum habet hæc Querela?

Reſp. Cum excluſi nullo alio jure ad hæreditatem, vel ejus partem pervenire poſſunt, *h.* §. 2. Eſt enim ſubſidiaria, L. *ult. in med. C. de Lib. præt.* & *arg. L.* 16. *pr. ff. de Minor.*

12. *An ergo ceſſat, ſi aliquid ipſis relictum Ad § 3. utut minus legitima?*

R. Aff. *h.* §. 3. & §. *fin.* Modo illud hodie *Liberis* & *Parentibus titulo inſtitutionis* fuerit relictum. *Nov.* 115. *c.* 3. & *ſeq.* Nam hic titulus & honorabilis eſt, & utilis propter jus accreſcendi. *Carpz. P.* 3. *C.* 9. *def.* 1.

13. *Sed annon tunc alia actione peti poteſt id, quod deeſt legitimæ?*

Reſp. Aff. Actione ſc. Expletoria, *L. Omni modo.* 30. *C. h. t.* & *h.* §. 3. quæ, cum perſonalis ſit, 30. annos durat.

K 5 14. *Qui-*

Ad §. 4 & 5. 14. *Quibus præterea caſibus ceſſat Querela Inofficioſi?*

Reſp. Si (1) ei *expreſſe* vel *tacite* renunciatum, *L. 15. §. 1. ff. h. t.* (2) mortuus fuerit ille, qui excluſus. *L. 6. §. fin. Eod.*

15. *Unde colligitur tacita renunciatio?*

Reſp. Ex *lapſu quinquennii*, *L. 8. §. fin. ff. h. t.* poſt aditam hæreditatem, *d. L. 8 § 10. Spontanea petitione* illius, quod in Teſtamento relictum. *L. 10. §. 1. ff. Eod. &c.*

16. *Sed quid, ſi non ſuo, ſed alieno nomine quis petierit relictum?*

R. Si *ſponte* id factum, nihilominus amittitur Querela, *L. ult. ff. h. t.* Secus ſi *cogente officio*, utpote *ſi Tutor nomine Pupilli. §. 4 & 5. h. t.*

17. *Annon autem ad hæredes illius, qui excluſus, tranſmittitur Querela?*

R. Ad *Extraneos* non, niſi ſit præparata; bene tamen ad *deſcendentes*, ſi ſc. filius ante aditam a ſcripto hærede hæreditatem moriatur. *L. 34. C & L. 6. in fin. ff. b. t.*

18. *An adhuc hodie obtinet hæc Querela?*

R. Aff. *Duobus* ſc. *caſibus*, (1) Si Liberi,

Digitized by Google

ri, vel Parentes *legitime* quidem exhæredati, ſed cauſa ab hærede ſcripto probari non poſſit. (2) Si fratre neglecto turpis perſona inſtituta. *L. 27. C. h. t.*

19. Quanta olim erat Legitima? *Ad §. fin.*

R. *Quarta* Pars portionis ab inteſtato debitæ. *h. §. fin. & L. pen. C. h. t.*

20. Quanta hodie eſt?

R. Pro numero Liberorum *tertia* vel *dimidia pars* portionis ab inteſtato, *Auth. Noviſſima. C. h. t. Nov. 18. c. 1.* juxta vulgatos verſiculos:

Quatuor aut infra dant natis jura trientem:
Semiſſem *vero dant natis quinque vel ultra:*
Arbitrium ſequitur ſubſtantia cætera Patris.

21. *An eodem modo Parentum & Fratrum Legitima aucta?*

R. Aff. per *Nov.* 18. *c.* 1. *in fin.* adeo, ut ſi parentes cum fratribus concurrant, (*quod fieri poteſt, ſi Parens præteritus Querela Inofficioſi reſcindat Teſtamentum*) Legitima ſit ſemiſſis. *Franzk. ad ff. h. t. n.* 32.

22. *An* juſte *exhæredati in computatione legitimæ connumerantur inter liberos?*

R. Neg. Cum pro mortuis habeantur, L. 1, §. 6. *ff. de Conjug. cum Emanc. Liber.*

Digitized by Google

Aliud in *injuſte* exhæredatis, *L.* 8. §. 8. *ff. h. t.* aut portionem ſuam *repudiantibus*; Hi enim, ſi voluiſſent, ſuccedere potuiſſent. *Carpzov. P.* 3. *C.* 10. *def. ult.*

TIT. XIX.
De
HÆREDUM QUALITATE ET DIFFERENTIA.

Ad pr. 1. *Qua ratione acquiritur, vel omittitur hæreditas?*

R. PRo diverſa conditione & qualitate hæredum. *t. hoc tit.*

2. *Quotuplices ſunt Hæredes?*

R. *Triplices:* Alii *neceſſarii* ſunt; Alii *ſui;* Alii *Extranei*, ſeu voluntarii. *h. pr.*

Ad §. 1. 3. *Quinam ſunt* Neceſſarii?

R. Qui inviti hæreditatem adire coguntur, ut ſunt *Servi*, a Dominis obæratis ideo inſtituti, ut ipſorum potius, quam Dominorum nomine diſtraherentur bona, *h.* §. 1. *Vid ſupra Q.* 3. *de hæred. inſtit.* Et hi hodie non amplius dantur.

Ad §. 2. 4. *Quinam* Sui?

R. Vid. *Qu.* 10. *ſupra de Exhæred. Liber.*

5. *Quo-*

Digitized by Google

5. *Quomodo his acquiritur Hæreditas?*

R. Ipſo Jure, etiam invitis, *h.* §. *2.* *& L. 14. ff. de ſuis & legit.* Niſi quod Jure Prætorio arbitrium ipſis conceſſum, ſe *immiſcendi* hæreditati, vel eadem *abſtinendi* *h.* §. *2.* *& L. 71.* §. *4. ff. de Acquir. hæred.*

6. *Qui ſunt Hæredes* Extranei?

Reſp. Qui teſtatoris Juri non ſunt ſubjecti, *ut ſunt:* Emancipati, omnesque Liberi reſpectu Matris. *h.* §. *3.*

7. *Quomodo his acquiritur Hæreditas?*

R. Agnitione & acceptione hæreditatis, quæ in ſpecie dicitur *Aditio.* Unde *in hoc* hodienum differunt Emancipati a ſuis. *Vid. Ludwell. ad h.* §.

8. *Quid intereſt, num ipſo Jure acquiritur hæreditas, an per aditionem?*

R. *Illo caſu* ante immixtionem, vel abſtentionem hæreditas transmittitur in quoscunque, *L. 8. C. de ſuis & legit. hæred.* *Hoc* vero *caſu* ante aditionem in ſolos deſcendentes. *L. un. C. de his, qui ante apert. tab.*

9. *Quid requiritur in Hæredibus Extraneis, ut poſſint capere hæreditatem?*

Digitized by Google

Reſp. Ut ſit cum eis teſtamenti factio. *h* § 4.

10 Quotuplex eſt Teſtamenti factio?

R. Duplex: *Activa*, ſi quis poſſit facere Teſtamentum; Et *Paſſiva*, ſi quis poſſit capere aliquid ex Teſtamento. *h* §. 4.

11 Quibus temporibus adeſſe debet Teſtamenti factio?

Reſp. *Tribus*: Teſtamenti ſc. facti; Mortis Teſtatoris, & Hæreditatis aditæ. *h*. §. 4. & *l*. 49. § 1. *ff. de hæred inſtit.*

Ad §. 5. *12 An quis ſtatim, ubi cognovit hæreditatem ſibi delatam, eam adire tenetur?*

R. Neg. Sed habet *beneficium deliberandi*, vi cujus intra annum in vires hæreditatis inquirere, & an eam habere expediat, deliberare poteſt. *h*. §. 5 & *tot. tit. ff. ac C. de Jur. d. lib.*

13. Quid autem, ſi ſine hac deliberatione aliquis adierit hæreditatem?

Reſp. Sic eam poſtea relinquere non poteſt, ſed omnia jura hæredita-

ditaria ſubire tenetur, *h.* §. *5.* Niſi minor ſit, *L.* 7 § 5. *ff. de Min.* aut Miles. *h.* §. 5. & *L. ult. pr. C. de Jure delib.*

14. *Annon hodie promptius remedium datur illis, qui adire volunt hæreditatem?*

Reſp. Aff. *Beneficium* ſc. *Inventarii*, quo ſi quis in aditione uſus, ultra vires hæreditatis non tenetur. *h.* §. *5.* & *L. fin. C. de Jur. Delib. Carpz. P. 3. C. 33. def. 18.*

15. *Intra quantum tempus ab hærede conſcribendum inventarium?*

Reſp. Intra tres menſes, a cognita delatione hæreditatis, *d. L. fin.* §. 2. Niſi ex *justa cauſa* longius tempus a Judice impetretur. *Carpz. dict. l. def.* 13.

16. *Quomodo ſcribendum?*

R. Citatis Creditoribus & Legatariis, aut, quod hodie communius, adhibito Notario cum teſtibus, omnes res fideliter ſunt conſignandæ, ipſaque conſignatio ab hærede, hodie Notario, ſubſcribenda, *d. L. fin.* §. 2.

17. *Quid ſi horum aliquid neglectum, & Inventarium minus legitime factum?*

R. Hæredis juramento ſupplendus defectus,

fectus. *d* L. *fin.* §. 10. *Mev. P.* 4. *Dec.* 92. Aut Creditoribus probandum, plus adfuiſſe. *d* §. 10.

Ad §. *fin.* 18. *Quot modis aditur Hæreditas?*

R. Duobus: *Vel* nuda voluntate, verbis tamen declarata; *Vel* facto ipſo, pro hærede ſe gerendo. *h.* §. *fin.*

19. *Quis dicitur ſe pro hærede gerere?*

R. Qui tale quid gerit, quod citra nomen & jus hæredis geri non potuit, *utpote* qui vendidit res hæreditarias, locavit, *&c. h.* §. *fin.* & L. 20. §. 1. 2. 3. & 4. *ff. de Acquir. hæred.* Niſi de alio ejus animo aliunde conſtet. *d* L. 20. *pr. Conf. Mev. P.* 1. *dec.* 71. & 72.

20. *Quinam ergo adire poſſunt hæreditatem?*

Reſp. Qui intelligunt, quod agunt, & ſe obligare poſſunt: *h.* §. *fin.* Unde excluduntur Furioſi, *L.* 63. *ff. de Acquir. hæred* Infantes, *L.* 18. §. 2. *C. de Jur. deliber.* Pupilli, niſi accedat Tutoris authoritas, §. 1. *I. de Auth. Tutor.* Non etiam Muti & Surdi. *h.* §. *fin.*

21. *Quot modis repudiatur Hæreditas?*

R. Iisdem, quibus aditur, *L.* 95. *ff. de Acquir. hæred.* & *h.* §. *fin.*

22. *A*

Digitized by Google

22. *A quibus repudiari poteſt?*

R. Iidem ab illis, qui poſſunt adire. *L. 18. ff. de Acquir. hæred.*

Tit. XX.

De

LEGATIS.

1. *Hactenus de Hæredis inſtitutione; Nonne autem præter hanc ſunt alia Teſtamenti capitula?* *Ad pr.*

R. Aff. Legata ſcil. & Fideicommiſſa. *h. pr.*

2. *Quid eſt Legatum?* *Ad §. 1.*

Reſp. Eſt donatio quædam a defuncto verbis directis relicta, ab hærede præſtanda. *h. §. 1.*

3. *Quot olim erant genera Legatorum?* *Ad §. 2.*

R. *Quatuor:* (1) Per Vindicationem, v. gr. *do, lego, &c.* (2) Per damnationem, E. gr. *Hæres damnas eſto dare.* (3) Sinendi modo, ut: *hæres meus ſinat, Titium illam rem capere.* (4) Per Præceptionem, v. gr. *Hæres illam rem præcipito ſeu præcipuam habeto. h. §. 2.*

4. *An adhuc hodie ita diſtinguuntur Legata?*

R. Neg.

Reſp. Neg. Quibuscunque enim verbis aliquid relictum, unus omnium eſt *effectus*, & eædem ſemper competunt actiones. *h.* §. 2. Niſi quod, ſi verba ad hæredem directa, hæredi; ſin ad Legatarium, Legatario competat electio. *L.* 19. *ff. de Legat.* 2.

5. Quænam actiones competunt ad Legata conſequenda?

Reſp. *Tres*: (1) Actio Perſonalis ex Teſtamento, (2) Rei Vindicatio, & (3) Actio Hypothecaria. *h.* §. 2.

6. Unde oritur Actio Perſonalis?

R. Ex aditione hæreditatis, de qua ad §. 5. *I. de obligat. quæ ex quaſ. contr.*

7. Unde rei Vindicatio?

R. Ex dominio, quod a morte Teſtatoris in Legatarium tranſit, *L.* 80. *ff. de Legat.* 2. Modo res legata ſit 1. ſpecies, 2. Teſtatoris propria. *Vid. Wiſſenb. ad ff. Vol.* 2. *Diſp.* 2. *th.* 16.

8. Unde Actio Hypothecaria?

R. Ex Jure tacitæ hypothecæ, quæ competit Legatario in cæteris *Teſtatoris* bonis, L. 1. *in fin. Commun. de Legat.* non ipſa re legata, *arg.* L. 45. *de R. J.*

Ad §. 39. *Differuntne Legata a Fideicommiſſis?*

R. Aff.

Digitized by Google

R. *Aff.* de Fideicommiſſis *Univerſalibus*, quippe quæ hæreditatis naturam habent, *L. 1. ff. ad SC. Trebell. Neg.* de *Particularibus*, utpote, quæ Legatis hodie ſunt comparata. *h. §. 3.*

10. *An ergo nulla amplius differentia eſt inter Legata & Fideicommiſſa Particularia?*

R. Ratione *effectus* non, bene tamen ratione *eſſentiæ:* Legata enim verbis directis: Fideicommiſſa vero Particularia verbis obliquis ſeu precariis relinquuntur. *§. fin. I. de ſingul. reb. per fideicom.*

11. *Quæ res legari poſſunt?* *Ad §. 4.*

Reſp. Omnes, quæ ſunt in commercio, *h. §. 4. & L. 103. ff. de V. O.* ſive *corporales* fuerint, eæque *mobiles*, aut *immobiles*; *L. 79. §. 1. de Legat. 3.* ſive *incorporales §. 21. h. t.*

12. *Nonne vero, ſi res extra commercium legata, ejus debetur æſtimatio?*

R. Neg. *h. §. 4. & L. 39. §. ult. ff. de Leg.* *Niſi commercio hæredis tantum ſit exemta. L. 49. *ff. de Leg. 2. ibique Dn. Brunnem.*

13. *An*

13. An hæredis res legari poteſt?

R. Aff. *h.* §. *4.* Quia pro Teſtatoris habetur. *arg. L. 14. C. de R. V.*

14. An res aliena?

R. Aff. Ita, ut hæres eam redimere & præſtare, aut ſi *juſto pretio* redimere non poſſit, ejus æſtimationem dare cogatur, *L. 14 in fin. de Leg. 3.* modo Teſtator, rem alienam eſſe, ſciverit. *h.* § *4.*

15. An ergo ſi neſciverit, non valet Legatum?

R. Neg. *h.* §. 4 & L. 67. §. 8. *de legat.* 2. niſi perſonæ conjunctæ relictum, *L.* 10. *C. h. t.* aut piæ cauſæ. *arg. L.* 38. *pr. ff. de Fideicom. libert.*

16. Quis autem tenetur probare ſcientiam Teſtatoris?

Reſp. Legatarius: Nam agenti incumbit probatio. *h.* §. *4.*

Ad §. 5. *17. Valetne Legatum rei, quæ alii eſt obligata, ſeu oppignorata?*

R. Aff. Ita, ut & hæres eam luere teneatur, ſi Teſtator *ſciverit*, illam fuiſſe oppignoratam: Secus, ſi *ignoraverit*, aut aliud voluerit. *h.* §. *5.* & *L. 57. ff. de Legat. 1.*

18. *Quid*

Digitized by Google

18. *Quid ſi res aliena legata, & ejus dominium vivo Teſtatore ad legatarium pervenerit?* Ad §. 6. & 9.

R. Si ex *cauſa onerosa* pervenit, pretium adhuc debetur; Non ſi ex *cauſa lucrativa:* Neque enim duæ cauſæ lucrativæ in eundem hominem, eandemque rem concurrere poſſunt. *h.* §. *6. & L. 17. ff. de O. & A.*

19. *Quænam dicitur* Cauſa Lucrativa?

R. Qua rem ita acquirimus, ut nihil viciſſim præſtare cogamur, ut ſunt: *Legatum, Fideicommiſſum, donatio &c L. un. C. de impon. lucrat. deſcript.*

20. *Quæ* Oneroſa?

R. Pro qua viciſſim aliquid præſtare tenemur, quales ſunt: *Emtio, Locatio, Permutatio, &c. d. L. un.*

21. *An igitur eadem res in duobus Teſtamentis a diverſis Teſtatoribus relicta, ſemel tantum peti poteſt?*

R. Aff. Si quis *illam rem* ex Teſtamento, primum aperto, ſtatim ſit conſecutus; Secus, ſi ejus tantum *æſtimationem:* Sic enim ex altero Teſtamento rem ipſam petere non prohibetur, cum illam nondum habeat. *h.* §. 6. Add. *L* 88. *in fin. de V. S.*

22. *Sed*

Digitized by Google

22. *Sed quid, ſi quis fundi alieni ſibi legati proprietatem acceperit titulo oneroſo, uſumfr. vero lucrativo, an fundum ſimpliciter petere poteſt, an tantum ejus proprietatem?*

R. Aff. prius: Quia uſusfr. in petitione ſervitutis locum obtinet, i. e. *perinde habetur, ac ſi inſtar ſervitutis a fundo eſſet ſeparatus;* Judicis tamen officio continetur, nudæ tantum proprietatis æſtimationem eidem abjudicare. *h.* §. 9.

Ad §. 7. 23. *An, quæ in rerum natura non ſunt, legari poſſunt?*

Reſp. Aff. Modo aliquando futura ſperentur, veluti *fructus naſcituri, &c. h.* §. 7. & L. 24. *pr. de legat.* 1.

24. *Quid ſi vero fructibus legatis nulli fructus naſcantur?*

R. Sic quoque nulli debentur: Quia ejusmodi legato tacita ineſt conditio: *ſi fructus naſcantur.* L. 1. §. *fin. ff. de Condit. & demonſtr.*

25. *An idem, ſi certa quantitas fructuum ex fundo legata?*

R. Aff. Si fundus *reſtrictive* ſeu *taxative* adjectus, L. 8. §. 2. *ff. de legat.* 2. Secus ſi *demonſtrative*: Sic enim quantitas legata debetur, utut in fundo nihil ſit natum. L. 27. §. 2. *de leg.* 3. L. 12. *ff. de Aliment. leg.*

26. *Quan-*

Digitized by Google

26. *Quando fundus dicitur* reſtrictive *adjectus?*

R. Quando in una periodo mentio quantitatis & fundi facta, v. gr. *Lego Titio ex vinea mea* 10. *amphoras vini. d. L.* 8.

27. *Quando* demonſtrative?

R. Cum in una periodo quantitatis, in altera fundi, unde quantitas legata peti poſſit, mentio facta, v. gr. *lego Titio* **10** *amphoras vini, quas ex vinea habebit.*

28. *Poteritne res una duobus, vel pluribus legari?* Act. 8.

Reſp. Aff. Quo caſu, ſi omnes acceptent legatum, inter ipſos dividendum; *h.* §. *8.* Sin unus deficiat, & *ſeparatim* res relicta, portio deficientis manet apud eum, a quo præſtanda. *L. un.* §. *4.* & *8. C. de Caduc. toll.* Si *conjunctim*, Collegatario conjuncto accreſcit. *h.* §. *8.*

29. *Quando* ſeparatim *res relicta dicitur?*

R. Cum *vel* partes rei legatæ realiter a Teſtatore ſunt diſtinctæ, v. gr. *Titio partem, quæ flumini, Cajo partem, quæ viæ proxima eſt, lego*, L. 1. *pr. ff. de uſufr. accreſc.*
Vel

Vel pluribus eadem res diviſim & in ſolidum relicta, utpote ſi diverſis hæredibus præſtatio injuncta, v. gr. *Titius hæres meus Cajo præſtet fundum Tuſculanum, Mævius hæres, Sempronio præſtet fundum Tuſculanum*, &c. *L. pen. ff. Eod.*

30. Quot modis conjunctim *relinqui dicitur?*

Reſp. *Tribus:* Vel enim *Re tantum* aliqui conjunguntur; Vel *Verbis tantum;* Vel *Mixtim*, i. e. Re & Verbis ſimul. *L. 142. de V. S.*

31. Quinam dicuntur Re Conjuncti?

R. Quibus una res in *diverſis orationibus*, ſeu periodis relicta, *L. 89. de Legat* 3. v. gr. *Primo lego fundum Tuſculanum. Secundo lego fundum Tuſculanum;* Quo reſpectu alias *disjuncti* vocantur, uti *in h* § *8*.

32. Quinam Verbis Conjuncti?

R. Quibus una res in una periodo *æquis partibus* relicta, v. gr. *Primo & Secundo fundum Tuſculanum æquis partibus do, lego. d. L.* 89.

33. Quinam Mixtim Conjuncti?

R. Quibus una res in una periodo

do *ſimpliciter*, ſeu *copulative relicta*, v. gr. *Primo & ſecundo fundum Tuſculanum do, lego. h.* § 8.

34. *An in omnibus his conjunctis portio deficientis accreſcit Collegatario?*

R. Aff. Etiamſi ex verbis conjunctis aliquis deficiat. *d. L* 89. ob præſumtam Teſtatoris voluntatem. *Carpz. P.* 3. *C.* 2. *def.* 14 & 15.

35. *Quid ergo eſt Jus Accreſcendi?*

R. Eſt jus acquirendi portionem conjuncti, qui defecit.

36. *Quid ſi diverſi generis ſint conjuncti, & unus ex illis deficiat, an omnibus accreſcit?*

R. Aff. Si *conjunctus* deficiat, ita tamen, ut mixtim, vel verbis conjuncti pro una perſona habeantur. *L.* 34. *pr. de Legat.* 1. Secus ſi *unus ex cæteris* conjunctis: Sic enim illi, qui in eodem genere conjunctus eſt, tantum accreſcit.

37. *An autem portio deficientis cum onere annexo accreſcit, an ſine onere?*

R. Si *re conjunctus* deficiat, ſine onere; *Alias* cum onere. *L. un.* § 11. *C. de Caduc. tollend.*

38. *Nonne in Contractibus quoque Juri accreſcendi locus?*

L R. Neg.

Digitized by Google

R. Neg. *L.* 110 *pr. de V. O.* Imputandum enim hic alteri, quod ſibi non proſpexerit apertius; *Carpz. p.* 3. *c.* 2. *def.* 16. Excipiunt a Principe donata. *arg. L un. C. Si liberal. Imper. ſoc.*

Ad §. 10. 39. *An res Legatarii propria legari poteſt?*

R. Neg. Quia jam tum ipſius eſt, *h.* §. *10.* Niſi ex parte fuerit aliena, *L. 71. §. pen. de Legat. 1.* Aut ſub conditione legetur, ſi ſc. *legatarii eſſe deſierit. L. 41 §. 2. ff Eod.*

40. *Quid ſi hæc conditio non expreſſa, legatarius tamen rem ſuam poſt Teſtamentum alienaverit?*

R. Non valet legatum. *h.* §. 10. Quia ab initio inutile. *d. L.* 41.

Ad §. 11. 41. *An valet Legatum rei ſuæ, quam quis putavit alienam?*

Reſp. Aff. Quia plus valet, quod in veritate eſt, quam quod in opinione, *h.* §. *11.* cum Teſtator, ſi ſciviſſet, rem eſſe ſuam, multo magis eam legaturus fuiſſe præſumatur. *Vid. Strauch. in Diſſ.* 10. *ad Jus Juſtin. th.* 3.

42. *Quid ſi Legatarii eſſe putaverit?*

R. Adhuc ſubſiſtit legatum, cum exitum habere poſſit voluntas defuncti. *h.* §. *11.*

43. *An-*

Digitized by Google

43. *Annon Alienatione rei ſuæ legatæ ademtum cenſetur Legatum?* Ad §. 12.

R. Aff. Si alienatio *liberrime* facta, *utpote* ſi res legata alii donata, *L.* 18. *ff de adimend. & transfer. leg.* Secus ſi cogente *neceſſitate, v. gr.* ſi pignori res data, *h.* §. 12. ſi ob urgens æs alienum vendita, &c. *L.* 34. §. 1. *ff. de Aur. & arg. leg.* Niſi contrarium ab hærede probetur. *L.* 11. §. 12. *de legat.* 3.

44. *Quid ſi pars duntaxat rei legatæ ſit alienata?*

Reſp. Idem Juris, quod in re tota alienata. *L.* 77 *ff. de R. V.*

45. *Poteritne Creditor Debitori id, quod ſibi debet, legare?* Ad §. 13.

R. Aff. *h.* §. 13. Et quidem *vel* expreſſe, *v. gr.* ſi damnet hæredem, ne petat, *L.* 2. *ff. de liberat. leg.* *Vel* tacite, *v. gr* ſi chirographum Debitori leget, *L.* 3 §. 1. *Eod.* Aliud ſi Pignus. *L.* 1. *Eod. & L.* 3. *ff. de Pact.*

46. *Quid autem conſequitur ex hoc legato Debitor?*

R. Liberationem ipſius debiti, eamque *vel* ope exceptionis, *vel* actio-

 ne

Digitized by Google

ne ex Teſtamento. *h. §. 13. & L. 3. §. 3. ff. de Liberat. leg.*

47. *An etiam liberatio debiti ad tempus legari poteſt?*

R. Aff. *h. §. 13.* Quo caſu ad uſuras interim non debetur Debitor. *arg. L. 88. ff. de R. J.*

Ad §. 48. *Quid ſi e contrario Debitor Creditori, quod ipſe debet, legaverit?*
14.

R. Inutile eſt legatum, niſi quid amplius in eo ſit, quam in debito, *h. §. 14.* utpote ratione rei, actionis, temporis, v. gr. *ſi debitum conditionale pure legatum. h. §. &c. Vid. L. 29. ff. de Legat. 1.*

49. *Sed quid ſi conditio debiti pure legati vivo Teſtatore exiſtat, an Legatum antea utile, nunc erit inutile?*

R. Neg. Quia ſemel conſtitit, *h. §. 14.* & *ratione actionis* ex Teſtamento utile manet, nec cauſa ſuperveniens impedit, quo minus exitum habere poſſit. *Vid. Vinn. ad h. §. num. 3.*

50. *Quid ſi Creditori aliquid legatum ſine mentione debiti, an illud compenſandum cum debito?*

R. Neg. Sed & legatum peti poteſt, & debitum: Quid, cum legatum ſit donatio, animo

animo compenſandi relictum non cenſetur, *arg. L.* 1. *ff. de Compenſ.* niſi debitum ſit neceſſarium, *L.* 22. §. 3. *ff. Solut. matr. Carpz. P.* 3. *Conſt.* 23. *def.* 29. *Brunn. Cent.* 4. *Dec.* 17.

51. *Quale dicis* Debitum neceſſarium?

R. Quod ex diſpoſitione Legis, vel Statuti debetur, uti eſt *dos, &c.* Sicut e contrario, quod ex contractu, vel diſpoſitione hominis debetur, *debitum* dico *voluntarium Carpz d. l. num.* 3.

52. An maritus poteſt uxori Dotem prælegare? Ad §. 15.

R. Aff. Quia plenius eſt hoc legatum, quam de dote actio, *h* §. 15. cum ita ſtatim debeatur dos, quæ alias, ſi in mobilibus conſiſtat, non niſi poſt annum debebatur. *L. un.* §. 7. *C. de Rei ux. act.*

53. Sed quid ſi Maritus dotem legaverit, cum tamen nullam acceperit?

R. Si *ſimpliciter* legaverit, non debetur, ob incertitudinem; Secus ſi *certa quantitate*, vel ſpecie, in hæreditate exiſtente, expreſſa. *h* §. 15. Sic enim falſa demonſtratio non vitiat legatum, §. 30. *h. t.* Idem eſt, ſi quis legaverit id,

quod debet, cum tamen nihil debuerit, *L. 75. §. 1. de Legat. 1.*

Ad §. 54. Ad quem pertinet interitus rei legatæ?

16. Reſp. Ad Legatarium, tanquam Dominum. *h. §. 16. & L. 36. §. ult. de Legat. 1.* Niſi culpa, vel facto hæredis res perierit. *L. 47. pr. & §. 4. ff. Eod.* aut poſt moram ab ipſo factam. *d. L. 47. §. fin.*

Ad §. 55. Quid ſi plures res legatæ & aliquæ
17. *illarum perierint, an reliquæ debentur?*

R. Aff. Si æque *principales* ſint, & per ſe ſubſiſtere poſſint; Secus ſi *acceſſionum* locum obtineant. *L. 2. ff. de Pecul. leg. & L. 178. de R. J.*

56. *An ergo Vacca cum vitulo legata, mortua Vacca, debetur Vitulus?*

R. Aff. Quia duo legata ſunt ſeparata. *L. 3. de Pecul. leg.* Quod cum ſecus ſit in *Servo cum Peculio* legato, inde mortuo ſervo non debetur peculium; ſicut nec *fundo cum inſtrumento* legato debetur Inſtrumentum, fundo alienato. *h. §. 17. & L. 1. §. 1. ff. de Inſtruct. vel Inſtrum. leg.*

57. *Quid continet Legatum fundi cum Inſtrumento?*

R. Omnia, quæ *culturæ* gratia in fundo ha-

Digitized by Google

habentur. *L.* 8. *ff Eod.* v. gr. *boves, frumentum* ad ſementem, *&c. Vid. L.* 22. *pr. Eod.*

58. *An ab hoc legato differt legatum fundi inſtructi?*

R. Aff. Hoc enim plenius eſt illo, & continet etiam ea, quæ Paterfam. in fundo habuit, ut eſſet inſtructior. *d. l.* 12. §. 27. *& ſeqq.*

59. *Quid ſi ex Grege ovium legato unica tantum ſuperſit, an illa peti poteſt?* Ad §. 18. & 19.

R. Aff. *h.* § *18.* Quia ſingula capita legata videntur. *L. 12. de leg. 1.* Et grex quoque in unica ove *conſervatur*, licet non *conſtituatur*, juxta *L.* 3. *ff. de Abigeis.*

60. *An etiam augmentum rei legatæ pertinet ad Legatarium?*

Reſp. Aff. *L. 8. pr. de Legat. 1. & arg. L.* 10. *de R. J.* cujus exempla in *h.* § 18. 19. & 20.

61. *Quid ſi peculio legato poſt mortem Teſtatoris aliquid accedat, cui acquiritur?*

R. Si *Extraneo* peculium relictum, hæredi defuncti, niſi ex ipſo peculio augmentum ortum; Sin *ſervo manumiſſo*, ipſi relinquitur, *h.* § 20. cum ſic legati dies ab adita hæreditate cedat, quod ſecus priori caſu. *L.* 8. § *fin. ff. de Pecul. leg.*

62. *Quid ſignificat* Cedere diem *in Jure noſtro?*

Digitized by Google

R. Incipere deberi: *Seu* adeſſe diem, quo incipit obligatio. *L.* 213. *de V. S.*

63. *Quid* Venire diem?

R. Adeſſe diem, quo res peti poteſt, ſeu exigi. *d. L.* 213.

64. *Quando in Legatis cedere dicitur dies?*

R. In *pure* relictis, aut *ſub die certo*, a tempore mortis Teſtatoris, *L. un.* §. 5. *C. de Caduc. toll.* Excepta *libertate* aut *uſufr.* legato, *d. L. un.* §. 6. In *conditionalibus* vero, aut *ſub die incerto* relictis, ab eventu conditionis aut diei. *d. L. un.* §. 7.

65. *Quis eſt effectus ejus, quod ceſſerit dies?*

R. Tranſmiſſio Legati ad hæredes, ſi forſan a Legatario nondum acquiſitum. *L.* 5. *pr. ff. Quand. dies leg.*

66. *An libertate ſervo legata, etiam peculium legatum cenſetur?*

R. Neg. *h.* §. 20. ob favorem hæredis; Aliud ſi a *vivo* libertas conceſſa. *Vid. h.* §.

Ad §. 21. 67. *Poteſtne alicui nomen legari, ſeu id, quod Tertius debet?*

Reſp. Aff. Quo caſu hæres non ad ipſam rem debitam præſtandam tenetur, ſed tantum ad cedendas actiones Legatario contra Debitorem. *h.* §. 21.

68. *Sed quid, ſi Teſtator vivus exegerit nomen?*

R. Ex-

Digitized by Google

Reſp. Extinctum ſic legatum, *h* §. *21.* Quia deſiit eſſe nomen; Niſi animo non adimendi id factum, probaverit Legatarius, *L. pen.* §. *ult. ff. de Aliment. leg.* utpote, quia pecuniam exactam in depoſito retinuit Teſtator. *L.* 11. §. 13. *ff. de Legat.* 3. *&c.*

69. *An etiam Facti legatum valet?*

R. Aff. *Honeſti* ſcil. v. gr. *Hæres meus Titio reficiat ædes &c. h.* §. *21.* Non *turpis. L. 15. ff. de Condit. inſtit.*

70. *An Generis?* *Ad* §. 22.

R. Aff. Si Genus *ex ſua natura* certam habeat determinationem, *ut:* equus, bos, homo, &c. L. 84. §. 3. *de Leg.* 1. Secus ſi *ex voluntate* aut *facto hominis* tantum dependeat, *ut* domus, fundus, &c. L. 24. §. *pen. ff. Eod.* Niſi Teſtator ejusmodi res in bonis ſuis reliquerit. *L. 71. pr. Eod.*

71. *Quodnam dicitur Genus in Jure?*

R. Quod plura individua continet, Logicis dicitur *Species ſpecialiſſima.* Sicut e contrario, quod Logicis *Individuum*, hoc JCtis paſſim *Species* ſolet nominari.

72. *Cujus eſt electio in Genere legato?*

R. Legatarii, niſi aliud voluerit

L 5 Te-

Teſtator, *h. §. 22.* aut id genus non habuerit: Sic enim hæredis eſſet. *L. 3. pr. ff. de Tritic. leg.*

Ad §. 23. 73. *An ergo optimum eligere poteſt Legatarius?* R. Neg. Sed medioere. *L. 73. pr. de Legat. 1.*

74. *Quodnam dicitur Legatum Optionis?* Reſp. Quando Legatario licentia conceditur, ex pluribus Teſtatoris rebus unam eligendi. *h. §. 23. & t. t. ff. de Option. leg.*

75. *Differtne hoc legatum a Legato Generis?* R. Aff. *Optione* enim legata, rem optimam eligere licet, *L. 9. §. 1. ff. de Dol. mal.* non etiam *genere. Vid. Qu. 73.*

76. *Quid ſi ante electionem deceſſerit Legatarius, an jus optandi transmittit ad hæredem?*

Reſp. Aff. Si poſt aditam hæreditatem deceſſerit. *h. §. 23.* Nam antea nec ipſe Legatarius optare poterat. *L. 16. ff. de Opt. leg.*

77. *Quid faciendum, ſi pluribus optio relicta, & illi non poſſint in eligendo corpore conſentire?*

R. Sorte res dirimenda, & cui illa

la jus eligendi tribuit, illius ſententia in optione præferenda. *h.* §. *23*.

78. Quibus perſonis legari poteſt? *Ad* §. 24.

Reſp. Quibuscum teſtamenti factio eſt paſſiva, *h.* §. *24.* tempore ſcil. conditi Teſtamenti, & morte legantis. *arg. L.* 49. §. 1 *ff de hæred. inſtit.*

79. *An ergo etiam Judæo?*

R. Aff. Quia nullibi hoc prohibitum, licet non *Collegio Judæorum, L.* 1. *C. de Jud. & Cælic.* Quia hæc non ſunt approbata aut confirmata. *Carpz. P.* 3. *C.* 13. *def.* 36.

80. An Perſonis Incertis? *Ad* §. 25. *& ſeqq.*

Reſp. Olim *plane incertis* non: §. *25.* *h. t.* Hodie omnibus, modo ex eventu poſſint certiorari. §. *27. h. t.* Idem in Poſthumo alieno. *d.* §.

81. *An ergo hodie Tutor quoque incertus in Teſtamento dari poteſt?*

R. Neg. Nam hic certo animi judicio conſtituendus, ne damnum incurrat Pupillus, *h.* §. 27.

82. *Quid ſi in* nomine Legatarii *erraverit Teſtator, valetne Legatum?* *Ad* §. 29.

R. Aff. Modo conſtet de perſona, cum nomina ſaltem hominum ſignifican-

ficandorum gratia ſint recepta. *h.* *§. 29.*

83. *An idem, ſi in* nomine rei legatæ *error contigerit?*

R. Aff. de nomine *proprio*, non *appellativo*, *L. 4. pr. ff. de Legat.* 1. Hoc enim arbitrio hominum non ſubjacet. *d. L. 4.*

Ad §. 30. 84. *Quid ſi perſona Legatarii aut res legata falſo a Teſtatore demonſtrata?*

R. Neque hoc vitiat Legatum, *h. §. 30.* Si de perſona, vel re ex *ſpecifica* ejus determinatione conſtet. *L. 33. pr. & L. 34. ff. de Condit. & demonſtr.*

Ad §. 31. 85. *Annon vero falſa cauſa adjecta vitiat?*

R. Neg. *h. §. 31.* Quia cauſa legandi legato non cohæret. *i. e.* citra illam poteſt legari, *L. 72. §. 6. ff. de Condit. & dem.* Niſi hæres probet, Teſtatorem, ſi falſitatem cauſæ ſciviſſet, non fuiſſe legaturum. *d. L. 72.*

86. *Quid ſi conditionaliter per partic.* Si, modo &c. *cauſa fuerit enunciata?*

Reſp. Non exiſtente conditione, perit legatum. *h. §. 31. & L. 41. ff. de Condit. & dem.* Idem eſt, ſi *ſub modo per*

Ue

Ut vel *Ad* aliquid relictum, & modus non impleatur. *t. t. C. de his, quæ ſub mod. & L.* 17. §. 2. *ff. de manum. teſtam.*

87. *An ergo non differunt Legatum ſub conditione & modo relictum?*

R. Aff. Quod enim *ſub modo* relictum, ſtatim peti poteſt, praſtita cautione de modo implendo, *L.* 40. §. *ult. &* L. 50. *ff. de Condit. & dem.* Secus in eo, quod *ſub conditione* relictum. *L.* 41. *ff Eod.*

88. *Valetne Legatum ſervo hæredis relictum?* *Ad* §. 32.

R. Neg. Si *pure* relictum, etiam ſi ſervus vivo Teſtatore manumiſſus, *h.* §. 32. Aliud ſi ſub *conditione*, *d.* §. Sed hodie ſimpliciter valet, cum noſtri ſervi ſibi acquirant.

89. *Sed quid ſi Servus hæres inſtitutus & Domino quid legatum?* *Ad* §. 33.

R. Hoc etiam olim valebat, quia fieri poterat, ut ſervus, priusquam juſſu Domini adiret hæreditatem, vel manumitteretur, vel alienaretur. *h.* §. 33. Hodie iterum ſimpliciter valet.

90. *Quo in loco Teſtamenti Legata ſunt relinquenda?* *Ad* §. 34.

R. Olim poſt hæredis inſtitutionem: Hodie ubicunque, *h.* §. 34. dummodo conſtet de voluntate Teſtatoris. *L.* 24. *C. de Teſtam.*

Ad §. *91. An etiam poſt mortem hæredis aut*
35. *Legatarii legari poteſt?*

R. Olim non poterat, *arg. L. un. C. ut actiones & ab hæred. & contr. hæred. incip.* Sed hodie tale legatum ſubſiſtit ad inſtar Fideicommiſſi. *h.* §. *35.*

Ad §. *92. Quid ſi pœnæ nomine Legatum*
fin. *relictum, valetne?*

R. Olim itidem non valebat; Hodie ad inſtar Legati conditionalis valet, modo id, quod pœnæ nomine hæredi adſcriptum, non ſit impoſſibile, vel legibus interdictum, aut alias probroſum, *h.* §. *fin. & L. 1. ff. de his, quæ pœn cauſ.*

93. Quodnam dicitur pœnæ nomine Legatum?

R. Quod coercendi *hæredis* cauſa relictum, ut, ſi ille quid faciat, aut non faciat, legatum præſtare teneatur, *V. gr.* Si hæres domum ſuam alienaverit, decem Titio dato *&c. h.* §. *fin.*

Tit. XXI.
De ADEMTIONE LEGATORUM ET TRANSLATIONE.

1. *Quot*

1. *Quot modis Legata infirmantur?* ***Ad pr.***

R. POtiſſimum duobus: *1. Ademtione,* *2. Translatione. h. tit.*

2. *Quomodo fit* Ademtio?

R. Declarata contraria voluntate *Teſtatoris. L. 3. §. fin. ff. b. t.*

3. *Quot modis declaratur hæc voluntas?*

R. *Duobus:* Verbis ſcil. & factis.

4. *Quomodo* Verbis?

R. Si vel *viva voce* Legata revocentur coram duobus teſtibus; *L. 27. C. de Fideicom.* Vel *Scripto*, in eodem ſc. Teſtam. Codicillis; *b. pr.* aut alia quadam teſtatoris ſchedula. *Carpz. P. 3. C. 13. def. 19. n. 1.*

5. *Quomodo* Factis?

Reſp. Si talia a Teſtatore fiant, quæ vel *directo*, vel *indirecto* ademtionem legatorum inferant, utpote: ſi inducta ſcriptura, *L. 16. ff. b. t.* res legata *ſponte* alienata. *Vid. Qu. 43 tit. praced.* inimicitia graviſſima inter Teſtatorem & Legatarium orta. *L. 3. §. ult. eod &c.*

6. *Quomodo fit* Translatio? ***Ad §. 1.***

Reſp. Prioris legati *immutatione* & alius novi *conſtitutione. h. §. 1.*

7. ***Quot modis hoc contingit?***

R. Qua-

R. Quatuor: (1) mutatione hæredis, ſi alii hæredi injungatur Legati præſtatio, (2) Legatarii, ſi, quod Titio legatum, legetur Mevio, (3) Rei, ſi pro fundo legetur pecunia, (4) formæ, ſi, quod pure legatum, legetur conditionaliter, vel contra. *L. 6. ff. h. t.*

8. *Differtne Translatio, quæ fit Legatarii mutatione, a Conjunctione, quæ fit re tantum?*

R. Aff. In hac enim *translatione* mentio rurſus fit prioris Legatarii, non item in *conjunctione* reali. *L. 89. ff. de Condit. & dem. & L. 33 ff. de Legat. 1.*

9. *Quomodo vero Ademtio differt a Translatione?*

R. Quod *illa* fiat nuda voluntate, *Hæc* ad minimum quinque Teſtes deſideret; *illo modo* legatum maneat penes hæredem, a quo erat *relictum. L. 19. ff h. t.* Non etiam *hoc. h. §. 1.*

TIT. XXII.
De
LEGE FALCIDIA.

Ad pr. 1. *Licetne cuilibet bona legare quot velit?*

R. Lege XII. Tabb. licebat, ſed poſtea illa licentia Lege Falcidia fuit coarctata. *h. pr.*

2. *Quæ*

2. *Quæ igitur eſt Summa Legis Falcidiæ?*

R. Ne quis ultra dodrantem bonorum leget, aut ſi legaverit, hæredi liceat, tantum detrahere Legatis, ut quartam hæreditatis habeat integram. *h. pr. & L. 1. pr. ff. h. t.*

3. *In cujus gratiam hæc Lex introducta?*

R. *Primario* in gratiam hæredum, *L. 71. ff. h. t. Secundario* inteſtatorum, *h. pr.* ne ſcil. Teſtamentum nulla ſpe lucri deſtitueretur. *Add. Nov. 1. in fin.*

4. *Annon hodie aucta eſt hæc Quarta, ita, ut ſit triens?*

R. Neg. Quia in *Nov.* 18. ſaltem de augmento Legitimæ agitur. *Vid. Zæſ. ad ff. h. t. num.* 15.

5. *Quid ſi plures hæredes inſtituti legatis ſint onerati, an ſingulis licet detrahere Quartam?* *Ad* §. 1.

R. Aff. Si in *certis partibus* ſint inſtituti, & a ſingulis nominatim legata relicta. *h.* §. *1.* Quia ſic tot videntur eſſe hæreditates, quot partes; Secus ſi *ſine partibus* inſtituti, & ab omnibus ſimpliciter Legata relicta. *Vinn. ad h.* §.

6. *Sed*

6. *Sed quid ſi aliqui illorum ſuam portionem integram habeant?*

R. Reliqui nihilominus ex ſua parte onerata deducunt Falcidiam. *h.* §. 1. *& L.* 77. *ff. h. t.*

Ad §. 2. 7. *Quo tempore ſpectanda quantitas patrimonii, ut hæres dicatur gravatus?*

R. Tempore mortis Teſtatoris. *h.* §. 2. Quia ab hoc cedit dies Legatorum. *L.* 1. §. 5. *C. de Caduc. toll.*

8. *Ad quem ergo pertinet lucrum vel damnum, quod poſtea obvenit hæreditati?*

Reſp. ad Hæredem. *h.* §. 2. *& L.* 73. *pr. ff. h. t.*

9. *Nonne vero hæres declinare poterit damnum?*

Reſp. Aff. Liberum enim ipſi eſt, non adire hæreditatem, quæ res efficit, ut neceſſe ſit Legatariis, ne deſtituto Teſtamento nihil conſequantur, cum hærede in portione paciſci. *h.* §. 2.

10. *Sed annon hoc hodie mutatum, & deſtituto Teſtamento ipſi Legatarii adire poſſunt hæreditatem?*

Reſp. Neg. Hoc enim tunc demum poſſunt, ſi *adita hæreditas*, & tamen non impleatur volun-

luntas defuncti, *de quo caſu loquitur* Nov. 1. c. 1. Non ſi deſtituta. *Vid. Lauterb. Vol.* 3. *Diſp. de Teſtam. Deſtitut. th.* 33. *& ſeqq.*

11. *Nihilne deducendum ex hæreditate, antequam computetur Falcidia?* *Ad §. fin.*

Reſp. Aff. Aes ſcil. alienum. *L.* 6. *C. h. t.* Impenſæ funeris, & pretia Servorum manumiſſorum. *h. §. fin.* Hodie mercedes famulorum.

12. *Quænam his deductis imputantur in Falcidiam?*

R. Quæc. ad hæredem jure hæreditario pertinent. *L.* 91. *ff. h. t.*

13. *Quibus caſibus ceſſat Falcidia?*

R. *Variis:* I. Si a Teſtatore *expreſſe* prohibita, *Nov.* 1. *c.* 2. *in fin. Carpzov. P.* 3. *C.* 1. *def.* 13. II. Si inventarium ab hærede non factum, *d. Nov. c.* 2. III. In Legatis ad pias cauſas, *ſi moram* commiſerit hæres, *Nov.* 131. *c.* 12. Hodie fere indiſtincte, *Carpzov. d. Conſtit.* 1. *def.* 16. IV. in Teſtam. Militis. *L.* 7. *C. h. t. &c.*

Tit.

Digitized by Google

TIT. XXIII.
De
FIDEICOMMISSARIIS, HÆREDITATIBUS ET AD SENATUSCONSULTUM TREBELLIANUM.

Ad pr. 1. *Quid eſt Fideicommiſſum?*

R. EST ultima conteſtatio, qua per interpoſitam perſonam verbis precariis aliquid alicui relinquitur. *h. & ſeq. tit.*

2. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: *Univerſale* & *Particulare.*

3. *Quid eſt Univerſale?*

R. Quando quis totam hæreditatem, vel ejus partem reſtituere tenetur, de quo in *hoc tit.* agitur.

Ad §. 1. 4. *A quo tempore Fideicommiſſa firmitatem ſuam acceperunt?*

R. A temporibus Auguſti Imp. Antea enim nullo juris vinculo continebantur, *h.* §. 1.

Ad §. 5. *Quot modis relinquuntur Fideicommiſſa?*
2. & 3. R. Vel *in Teſtamento*, de quibus in *h.* §. 2. Vel *ab inteſtato*, §. 10. *h. t.*

6. *Quid requiritur, ut ex Teſtamento valeat Fideicommiſſum?*

Reſp.

Digitized by Google

Reſp. Ut primum recto Jure hæres inſtituatur ille, qui rogatur bona reſtituere tertio, *h.* §. 2. cum ſine hæredis inſtitutione inutile ſit Teſtamentum. *L.* 30. *ff. de liber. & poſth.*

7. An & in diem relinqui poteſt Fideicommiſſum?

R. Aff. *h.* §. 2. Manet enim hæres Fiduciarius etiam reſtituta hæreditate hæres. *h.* §. 3. Unde non poteſt defunctus dici pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus deceſſiſſe. Quod cum ſecus *in hæreditate*, hinc ibi aliud obtinet. §. 9. *ſupr. de hæred. inſtit.*

8. *Quinam dicitur Hæres* Fiduciarius?

R. Qui reſtituit alteri hæreditatem; ſicut contra *Fideicommiſſarius*, cui reſtituitur hæreditas. *Vid. L.* 46 *ff. h. t*

9. *Cui & contra quem olim reſtituta hæreditate competebant actiones hæreditariæ?* *Ad* §. 4.

R. *Stricto jure* Fiduciario, & contra eum; *h.* §. 4. & *L.* 88. *ff. de Hæred. inſtit.* Sed *SC. Trebelliano* poſtea Fideicommiſſario dabantur, & contra eum. *h.* §. 4.

10. *Sic ergo reſtituta hæreditate nihil commodi remanebat penes Fiduciarium?* *Ad* §. 5.

R. Nihil, ſicut nec incommodi quicquam; *SC.* tamen *Pegaſiano* ipſi concedebatur, perinde ex hæreditate retinere Quartam, uti ex Legatis Falcidiam. *h.* §. 5.

11. *An*

Ad§.6. 11. *Annon vero hac retenta ad onera quoque obligabatur Fiduciarius?*

R. Aff. Et quidem *omnia*, niſi deſuper inter ipſum & Fideicommiſſarium ſtipulationes eſſent interpoſitæ *h* § 6.

Ad§.7. 12. *Sed cum hac ratione nondum ſatis Juri Fideicommiſſorum proſpectum, annon addidit his aliquid Juſtinianus?*

R. Aff. Vim enim omnem SC. Pegaſiani tranſtulit in Trebellianum. *h.* §. 7.

13. *Quid ergo hodie licet ex SC. Trebelliano?*

Reſp. I. *Deducere Quartam* ex hæreditate reſtituenda, quæ inde dicitur *Trebellianica.* II. *Transferre actiones* in Fideicommiſſarium pro rata. III. *Cogere Fiduciarium*, qui adire recuſat, ad reſtitutionem totius hæreditatis. *h.* §. 7

14. *Quomodo deducitur Quarta?*

R. *Vel* per retentionem, §. 7. *h. t.* *Vel* repetitionem, ſi *errore facti* tradita hæreditas. *L. 9. C. ad L. Falcid.*

15. *Quænam imputantur in illam?*

R. Non tantum ea, quæ quis Jure *hæreditario*, ſed *quocunque alio* habet ex

Digitized by Google

ex voluntate Teſtatoris. *L. 74. & 91. ff. ad L. Falcid.* Qua in re differt a Falcidia.

16. An hæc quoque obtinent, ſi quis partem hæreditatis reſtituere rogatus? *Ad §. 8.*

Reſp. Aff. Quæ enim ratio totius hæreditatis, eadem quoque partis. *h. §. 8. & L. 76. ff. de R. V.*

17. Quid ſi loco Quartæ certa res a Teſtatore prælegata, *an & tunc pro illa re tenetur onera ſubire Fiduciarius?* *Ad §. 9.*

R. Neg. Sed omnia transfert cum hæreditate ad Fideicommiſſarium; *h. §* 9. Quia tunc Quartam habet Jure legati, quod ſine onere eſt. *L.* 36. *de legat.* 2.

18. Sed quid ſi illa res prælegata maximam partem contineat hæreditatis?

R. Adhuc illam ſine onere capit Fiduciarius, cum ſit in Fideicommiſſarii arbitrio, hæreditatem hac ratione ſuſcipere, vel repudiare. *h.* §. *9.*

19. Quomodo ab inteſtato relinquuntur Fideicommiſſa? *Ad §. 10.*

Reſp. Cum ille, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt, rogatur, ut hæreditatem vel totam, vel pro parte reſtituat alteri. *h.* §. *10.*

20. An

20. *An omnes hæredes ab inteſtato hoc modo gravari poſſunt?*

R. Aff. Quantum ſcil. ad bona, quæ ipſis Teſtamento adimi potuerunt, *L.* 2. *pr. in fin. ff de dot. præl.* In aliis ſecus, *v. gr.* in Legitima. *L.* 31. *C. de Inoff. Teſtam. &c.*

21 *Num ergo Filius fideicommiſſo gravatus præter legitimam detrahit quoque Trebellianicam?*

R. *Neg.* de Jure Civili, *L.* 6 *C. h. t.* cum ibi legitima imputetur in Trebellianicam, *L.* 91. *ff. Ad L. Falcid. Aff.* de Jure Canonico & moribus, ſi filius *ſub conditione*, vel *in diem* gravatus, *C. Raynutius & C Raynaldus. X. de Teſtam. Carpz. P.* 3. *C.* 1. *def.* 20. & 21 *Sande L.* 4. *dec. tit.* 7. *def.* 7.

Ad §. 11. 22. *An quoque Fideicommiſſarius reſtitutione rei, quam accepit, gravari poteſt?*

R. Aff. *h.* §. 11. Quo tamen caſu Quartam deducere non poteſt. *L* 47. §. 1. *ff. ad L. Falcid.* Quia non ut hæres gravatus, *L.* 22. §. *fin. ff. h. t.* Niſi Fiduciarius in gratiam ipſius Quartam non detraxerit. *L.* 1. § 19. *ff. Eod.*

Ad §. fin. 23. *Quomodo probatur. Fideicommiſſum eſſe relictum?*

R. *Vel* ſcriptura Fideicommittentis;

Digitized by Google

tis; *Vel* quinque teſtibus. *h.* §. *fin.* & *L. ult.* §. *ult. C. de Codicill.*

24. *Quid ſi autem hoc modo probari non poſſit, & hæres neget, a ſe quicquam relictum?*

R. Sic, ſi de calumnia juraverit Fideicommiſſarius, ad juramentum compellere poteſt hæredem, cujus *præſentis* fidei Teſtator aliquid commiſit: Quod ſi recuſaverit hæres, ad ſolutionem fideicommiſſi tenetur. *h.* §. *f.* & *L. ult. C. de Fideicomm.*

25. *Quid ſi poſt negationem confiteatur hæres, a ſe aliquid relictum, ſed minus ſolenniter?*

R. Nihilominus tenetur. *h.* §. *fin.* Quia hic non ſolennitas, ſed voluntas defuncti ſpectatur. *L. 22. C. de Fideicomm.*

Tit. XXIV.

De SINGULIS REBUS PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.

1. *Quid eſt Fideicommiſſum Particulare?*

R. Eſt ultima conteſtatio, qua quis rem ſingularem alicui

 re-

reſtituere rogatur, *V. gr.* fundum, veſtem, *&c h. pr.*

2. *Quibus imponi poteſt hoc Fideicommiſſum?*

R. Omnibus, quibus a Teſtatore aliquid relictum, *puta*: hæredi, fideicommiſſario & legatario. *pr. h. t.*

Ad §. 1. 3. *Quæ res ſigillatim per Fideicommiſſum relinqui poſſunt?*

Reſp. Omnes, quæ poſſunt legari, *arg.* §. 3. *I. de Legat.* ſive propriæ fuerint, ſive hæredis, legatarii, aut alius cujuscunque; Ne tamen amplius oneret Teſtator, quam honoravit. *h.* §. 1.

4. *Siccine ergo, ſi plus oneravit Teſtator, totum fideicommiſſum eſt inutile?*

R. Neg. Sed tantum id, quod in eo amplius eſt. *h.* §. 1. & *arg. c. 37. de R. J. in 6.*

Ad §. 2. 5. *An etiam libertas per fideicommiſſum relinqui poteſt?*

R. Aff. quo caſu ſervus manumiſſus *hæredis* ſit *Libertus;* Sicut, ſi directo ex Teſtamento habeat libertatem, ſit *Teſtatoris,* qui etiam *Orcinus* appellatur, *h.* §. 2. Sed hæc res hodie inutilis.

Ad §. *fin.* 6. *Quibus verbis relinquuntur Fideicommiſſa?*

R. Ver-

Digitized by Google

R. Verbis precariis quibuscunque, *h. §. fin. L. 115. de legat. 1. & L. 2. C. Commun. de Legat.* Etiam imperativis, ſi ex Objecto conſtet de animo fideicommittentis, *uti ſi quis dixerit:* Mando, Volo, ut hæres reſtituat *hæreditatem d. L. 2. & h. §. fin.*

Tit. XXV.
De
CODICILLIS.

1\. *Annon præter Teſtamentum alia datur ultima voluntas?* *Ad pr.*

R. Aff. Sed minus ſolennis, quæ dicitur *Codicillus* in *L. 19 ff. h. t.* & a temporibus Auguſti invaluit *h. pr.*

2\. *Quid ergo eſt Codicillus?*

R. Eſt ultima voluntas minus ſolennis, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, excepta hæredis inſtitutione, *§. 2. & fin. h. tit.*

3\. *Quare dicitur* voluntas minus ſolennis?

R. Quia tantas non requirit ſolennitates, quantas Teſtamentum, uti intelligendus. *§ fin. h. t.*

4\. *Quas igitur ſolennitates requirit Codicillus?*

Digitized by Google

Reſp. I. Præſentiam V. teſtium; II. Actus unitatem; & III. Si codicillus ſcriptus ſit, ſubſcriptionem Teſtium. *L. fin. §. fin. C. h. t.*

5. *An & Fœmina hic teſtis eſſe poteſt?*

R. Aff. Quia *tantum* a teſtimonio in Teſtamento excluditur, non alibi. *L. 20. §. 6. ff. Qui Teſtam. fac. poſſ.*

6. *Qui poſſunt Codicillos facere?*

Reſp. Qui *Jure* non prohibentur teſtamentum condere. *h. pr. & L. 6. §. pen. & L. 8 § 2 ff h. t.*

Ad §. 1. 7. *Quotuplex eſt Codicillus?*

R. *Duplex*: Alius *Scriptus*, alius *Nuncupativus*, qui fit viva voce, *L. fin. §. fin. C. h. t.* Uterque iterum *vel* teſtato factus, i. e. ante vel poſt conditum Teſtamentum; *vel* inteſtato, *h. §. 1.*

8. *An Codicilli, ante Teſtamentum facti, in Teſtamento ſubſequente confirmandi?*

Reſp. Neg. Sed ſufficit *hodie*, ſi non appareant revocati. *h. §. 1.*

9. *Quomodo ab inteſtato fiunt Codicilli?*

R. Cum vel *ſimpliciter* fiunt, nullo condito Teſtamento. *L. 3. pr. & L. 16. ff. h. t.* Vel *ſubſidiarie*, adjecta Teſtamento clauſula codicillari.

Digitized by Google

cillari. *L.* 29. §. 1. *ff Qui teſtam. fac. poſſ & L. fin. pr. &* §. 1. *C, h. t.*

10 *Quid eſt Clauſula Codicillaris?*

R. Eſt Expreſſio enixæ voluntatis Teſtatoris, in Teſtamento ideo facta, ut ſi illud non poſſit valere ut teſtamentum, valeat ut codicillus. *L.* 3. *ff. de Teſtam. milit. & L.* 29. 1 *ff Qui teſt. fac. poſſunt.*

11. *Quid operatur hæc clauſula?*

R. Suſtinet Teſtamentum, quod alias, ob *defectum ſolennium*, vel quia *circa hæredis inſtitutionem* aliquid neglectum, valere non poterat, in vim fideicommiſſi, *L. ult. C. h. t.* Modo requiſita Codicilli ſint obſervata, *d L. ult* § *fin.* & de Teſtatoris *voluntate & poteſtate* teſtandi conſtet. *L.* 11. §. 1. *de legat.* 3. *Carpz. libr.* 6. *Reſp.* 7.

12. *Num autem aliquid intereſt, an Teſtamentum per ſe valeat, aut Jure Fideicommiſſi?*

R. Aff. *Illo* enim *caſu* tota hæreditas devolvitur ad hæredes in Teſtamento ſcriptos; *Hoc* vero deducitur ipſis Trebellianica ab hæredibus ab inteſtato, utpote qui rogati cenſentur reſtituere illis hæreditatem. *t. t. ff. ad SC. Trebell.*

13. *Quæ res relinqui poſſunt Codicillis?* *Ad* §. 2

R. Omnes res ſingulares, *utpote:* legata,

gata, fideicommiſſa &c. Non etiam hæreditas, ne confundatur jus teſtamentorum & Codicillorum, niſi per fideicommiſſum. *h. §. 2. & L. 2. §. ult. & L. 13. ff. h. t.*

14. *An ergo directa hæredis inſtitutio, aut ſubſtitutio non valet in Codicillis?*

Reſp. Non quatenus eſt directa, *h. §. 2.* Sed quatenus ex benigna interpretatione in fideicommiſſum flectitur. *L. 76. ff. ad SC. Trebell.*

15. *Valetne, ſi conditio hæredi inſtituto in Codicillis adſcripta?*

Reſp. Neg. *h. §. 2.* Quia hæc nova foret inſtitutio. *Add. L. 27. in fin. ff. de Condit. inſtit.*

16. *Quid ſi autem exhæredatio in Codicillis facta?*

Reſp. Nec hæc valet. *h. §. 2.* Quia quod Juris eſt in datione, idem quoque Juris eſt in ademtione. *arg. L. 14. C. de Teſtam.*

17. *An aliquis plures Codicillos facere poteſt?*

R. Aff. *h. §. fin.* Quia in illis de *rebus ſingularibus* diſponitur, quod ſecus in Teſtamentis: Niſi ſibi invicem ſint contrarii: Sic enim poſteriores, *ſi perfecti,* prævalent. *L. 3. C. h. t.*

In-

Digitized by Google

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM
LIBER III.

TIT. I.
De
HÆREDITATIBUS, QUÆ AB INTESTATO DEFERUNTUR.

NB. Cum materia Succeſſionis ab inteſtato, prout in hoc & ſequentibus Titulis propoſita, hodie fere ſit inutilis, ideo, ne operam perdamus, eandem nunc breviſſimis ad ductum Juris noviſſimi, *Novellæ ſc.* 118. hic proponemus.

1. *Quando igitur locus eſt Succeſſioni ab inteſtato?*

R. QVoties *vel* ab initio deficit Teſtamentum, utpote: ſi vel plane non, vel non Jure conditum; *Vel* ex poſtfacto infirmatum, utpote: ſi ruptum, aut irritum factum. *pr. I. h. t.*

2. *Qua ratione defertur hæc Succeſſio?*

R. Olim varie, *uti videre licet ex hoc & ſeqq. tit.* Hodie *vel* ex Jure Sangvinis,

Google

vel ex ratione aliqua Civili. *Nov. 118.*

3. Ad quos Succeſſio pertinet ex Jure Sangvinis?

R. I. Ad Deſcendentes; II. Aſcendentes; III. Collaterales.

De
Succeſſione Deſcendentium.

4. Cur omnium primo Deſcendentibus defertur Succeſſio?

R. Quia pro his naturæ ſimul & parentum militat commune votum. *L. 7. in fin. ff. Si Tab. Teſtam. nulla extab.*

5. Quinam veniunt nomine deſcendentium?

Reſp. Liberi, qui vel *legitime* ſunt *nati*, vel *adoptati*, vel *legitimati*, vel *illegitimi.*

6. Quinam ſuccedunt ex Legitime natis?

R. Omnes, tam maſculi, quam fœminæ; tam emancipati, quam ſui, quotocunque etiam gradu ſint, modo nemo eos antecedat. *Nov. 118. c. 1.*

7. An etiam naſcituri, ſeu poſthumi?
R. Aff.

Digitized by Google

Reſp. Aff. §. 8. *I. h. t.* Quia habentur pro natis: *L. 7. ff. de Stat. hom.* modo poſtea vivi naſcantur, *L. 9. in fin. ff. Ad L. Falcid.* juſto tempore, *L. 3. §. fin. ff. de ſuis & Legit.* & non monſtroſi. *L. 3. C. de Poſthum. hæred. inſtit.*

8. *Quomodo hi omnes ſuccedunt?*

Reſp. *Primi gradus* in capita: *Ulteriorum graduum*, quacunque ratione concurrant, Jure repræſentationis in ſtirpes. *d. Nov. c. 1.*

9. *Quando dicitur fieri Succeſſio in capita?*

Reſp. Cum tot hæreditatis partes conſtituuntur, quot ſunt perſonæ ſuccedentium. *L. 2. §. 2. ff. de Suis & legit.* So viel Mund, So viel Pfund.

10. *Quando in ſtirpes?*

R. Cum tot partes conſtituuntur, quot ſunt ſtirpes, unde perſonæ ſuccedentes deſcendunt. *d. Nov. c. 1.*

11. *Quid eſt Jus Repræſentationis?*

R. Eſt ſucceſſio in locum perſonæ gradu proximioris, qua liberi fictione juris Parentum locum oc-

 cupant,

Digitized by Google

cupant, & ex eorum Jure & perſona ſuccedunt. *Vid.* §. *6. I. h. t.*

12. *An & liberi diverſi matrimonii cum aliis ſuccedunt?*

Reſp. Aff. Quia ſufficit, quod geniti ſint ab illo parente, cujus de ſucceſſione agitur: Unde alia eſt ratio *Privignorum*, qui non ſuccedunt. *L. 3. C. Commun. de Succeſſ.*

13. *Quomodo vero ſuccedunt?*

R. *Parenti proprio* quilibet ſeparatim; *Communi* æqualiter, exceptis bonis, quæ Jure uſusfructus ex priori matrimonio ad parentem communem pervenerunt: In his enim liberi prioris matrimonii præferuntur. *L. 3. C. de Secund. nupt.*

14. *Quinam ex* Liberis adoptatis *ſuccedunt cum liberis legitime natis?*

Reſp. Omnes, ſive arrogati fuerint, ſive adoptati, *L. pen. C. de Adopt.* Sed Patri, niſi jam emancipati; Non Matri. *arg.* §. *10. I. Eod.*

15. *Quinam ex* Legitimatis?

R. Qui per ſubſequens matrimonium legitimati. *c. Tanta. 6. X. Qui fil. ſint*

Digitized by Google

ſint legit. Non qui per reſcriptum Principis, niſi, antequam liberi legitimi naſcerentur, fuerint legitimati. *Nov.* 89. *c.* 9. aut Princeps expreſſe voluerit, ut cum aliis ſuccederent. *Gail.* 2. *O.* 142.

16. *Succeduntne etiam* illegitimi?

R. Aff. de *Naturalibus* & *Spuriis*, *L. 8. ff. Unde Cognati.* Neg. de *Inceſtuoſis & ex damnato coitu natis*, *Nov* 89. *c. fin.* utpote, qui tantum alimenta capiunt Jure Canonico. *c.* 5. *X. de eo, qui dux. in ux.*

17. *Quo ratione differunt Naturales & Spurii?*

R. *Naturales* ſunt, qui ex concubina, quam Pater ſolam cognovit, ſunt nati; *c.* 5. XXXII. *q.* 2. *Spurii* vero, qui ex publico proſtibulo concepti incerto patre. L. 23. *ff. de Stat. hom.*

18. *Quomodo ſuccedunt Naturales?*

R. *Matri* ac maternis, perinde ut legitimi, §. *3. l. Ad SC. Orphit. Patri*, ſi uxorem non habeat, aut liberos legitimos, una cum matre concubina, in duas uncias; *Alias* tantum alimenta capiunt. *Auth. Licet. C. de Natur. lib.* Idem hodie in illis, qui ex duobus ſolutis nati.

Digitized by Google

19. Quomodo ſpurii?

R. Hi quoque *Matri* ſuccedunt, ut naturales: Niſi illuſtris ſit & Liberos legitimos habeat; *L. pen. C. Ad SC. Orphit.* Non *Patri*, cum ſit incertus. *Carpz. P. 4 C. 28. def. 6.*

De
Succeſſione Aſcendentium.

20. Quando ſuccedunt Aſcendentes?

Reſp. Deficientibus *omnino* deſcendentibus. *Nov.* 118. *c.* 2. Idque turbato ordidine mortalitatis. *L.* 15. *pr. ff. de Inoffic. Teſtam.*

21. Quinam veniunt nomine Aſcendentium?

Reſp. Parentes utriusque ſexus in infinitum, *L. 4. §. 2. ff. de in jus voc.* Qui vel ratione *liberorum legitime natorum* conſiderantur, vel *adoptatorum*, vel *legitimatorum*, vel *illegitimorum.*

22. Quinam Parentum ſuccedunt Liberis legitime natis?

Reſp. Omnes, ſine diſtinctione poteſtatis, ſexus aut bonorum, *d. Nov. c. 2. Mynſing. Cent. 6. Obſ. 55.* Modo ſint in pari gradu. *d. Nov.*

23. *An*

23. An ergo remotiores hic excluduntur?

Reſp. Aff. *d. Nov. c. 2.* Ceſſat enim Jus repræſentationis in Aſcendentibus. *Vid. D. Stryk. in Tr. de Succeſſ. ab int. Diſſ. 2. c. 1. § 17.*

24 Sed quomodo dividitur hæreditas, ſi plures adſint Parentes in diverſis lineis, æquales quidem gradu, ſed diſpares numero?

R. Si *ſoli* ſint, in lineas, ita, ut unam portionem Aſcendentes Paterni, alteram capiant Materni, *d. Nov. c. 2.* Sin *cum Collateralibus* concurrant, in capita. *d. Nov. Vid. D. Stryk. d. c. 1. §. 23. & 28.*

25. An ergo Collaterales ſimul cum Aſcendentibus admittuntur ad ſucceſſionem?

R. Aff. de Fratribus defuncti bilateralibus, horumque filiis. *Nov. 127. c. 1.* Secus eſt in nepotibus. *Auth. Poſt fratres fratrumque filios. C. de Legit. hæred.* Et fratribus unilateralibus, *d. Nov. 127. c. 1. & Nov. 118. c. 2.* Ut & Jure Saxonico. *Vid. Carpz. P. 3. C. 17. def. 6. & 7.*

Digitized by Google

26. *Quomodo vero ſuccedunt Fratres bilaterales, eorumque liberi cum aſcendentibus?*

Reſp. *Fratres* in capita, non conceſſo Patri in ipſorum portione uſufr. *Nov.* 118. *c.* 2. *Fratrum* vero *prædefunctorum Liberi* in ſtirpes. *Nov.* 127. *c.* 1. Etiamſi ſoli ſint, cum Jure repræſentationis ſuccedant. *D. Stryk. d. c.* 1. §. 28. *ſeqq.*

27. *Quinam Parentes ſuccedunt* Liberis Adoptivis?

Reſp. Qui eos in poteſtate habuerunt, § 2. *I de Adopt.* Arrogatores tamen non, niſi *poſt pubertatem* deceſſerint arrogati. § 3. *I & L. pen.* §. *fin. C. Eod. Vid Qu.* 8 *ſupr. Eod.*

28. *An etiam* Liberis Legitimatis *ſuccedunt Parentes?*

R. Aff. *Sive* per ſubſequens matrimonium fuerint legitimati, *ſive* per Reſcriptum Principis. *Nov.* 89 *c* 8. & 9.

29. *Quomodo* Liberis illegitimis?

R. Eodem modo, quo Liberi illegitimi Parentibus. *d. Nov.* 89. *c.* 13. *Vid. præced. Q* 19.

De

Digitized by Google

De
Succeſſione Collateralium.

30. *Quando ſuccedunt Collaterales?*

R. Deficientibus Deſcendentibus, & Aſcendentibus. *Nov. 118. c. 3.* Niſi quod Fratres defuncti bilaterales, horumque Liberi cum Aſcendentibus concurrant. *Vid. Qu. præced. 25.*

31. *Quinam veniunt nomine Collateralium?*

R. Qui defuncto ſunt a latere conjuncti, & iterum vel *legitime ſunt nati*, vel *adoptati*, vel *legitimati*, vel *illegitimi.*

32. *Quinam ſuccedunt in* Collateralibus legitime natis?

R. Omnes, tam *fœminæ* quam *maſculi*; tam *cognati*, quam *agnati*, *Nov. 118. c. 4.* Ita tamen, ut *primo* admittantur Fratres, vel Sorores bilaterales, horumque Liberi; & *poſtea* demum unilaterales, cæterique Agnati & Cognati. *Nov. 118. c. 3.*

33. *Quomodo ſuccedunt Fratres, vel Sorores bilaterales?*

R. In

Google

Reſp. In capita. *D. Stryk. de Tr. Diſſ. 3. c. 1. §. 6.*

34. *Quomodo Fratrum bilateralium liberi?*

R. Si *cum aliis Fratribus bilateralibus* concurrant, Jure repræſentationis in ſtirpes. *d. Nov. 118. c. 3.* Sin *ſoli* ſint, in capita, *Rec. Imp. de Ann. 1529.* §. Item als. cum ſic non Jure transmiſſo vocentur, ſed proprio. *D. Stryk. d. Diſſ.* 3. *c.* 1. §. 7. *ſeqq.*

35. *Quid ſi cum Paterno defuncti concurrunt, an hunc excludunt?*

R. Aff. *d. Nov. c* 3. Idque rurſus *Jure proprio;* cum contra Fratres defuncti unilaterales excludant *Jure repræſentationis Vid. Dn. Stryk. d. Diſſ.* 3. *c.* 1. §. 14 *ſeqq.*

36. *Quomodo ſuccedunt Fratres, vel Sorores unilaterales?*

R. Si *ſoli* ſint, vel Conſangvinei, vel Uterini, perinde ſuccedunt ut bilaterales, ipſi ſc. in capita, prædefunctorum vero Fratrum filii *cum illis* in ſtirpes; Sin *inter ſe concurrant*, Conſangvinei ſc. & Uterini, illis paterna, his materna cedunt; in cæteris ſuccedunt æqualiter. *L. 13. §. fin. C. de Legit. hæred. & Nov. 84. c. 2.*

37. Quid

Digitized by Google

37. Quid ſi deficientibus Fratribus, vel Fratrum liberis, remotiores adſint Collaterales, qua ratione illi ſuccedunt?

R. Juxta proximitatem gradus in infinitum, ita, ut nec *repræſentatio* amplius, nec *diſtinctio bonorum*, nec *duplicitas vinculi* attendatur. *Nov. 118. c. 3.* Niſi quis ex Patre & Matre conſobrinus eſſet. *Vid. D. Stryk. d. Diſſ. 3. c. 1. §. 26.*

38. *Quinam ſuccedunt ex* Collateralibus Adoptivis?

Reſp. Qui in poteſtatem adoptantis tranſierunt. *L. 2. §. 3. ff. de ſuis & legit. hæred.* Non extranei, *L. pen. §. 1. in fin. C. de Adopt.* Sicut nec emancipati. *d. L. pen. pr. in fin.*

39. Quomodo vero ſuccedunt?

R. Perinde ut Fratres unilaterales, utpote cum quibus etiam tantum ſuccedunt, non cum bilateralibus. *D Stryk. d C. 1. §. 30.*

40. *Quinam ſuccedunt ex* Collateralibus Legitimatis?

R. Qui *per ſubſequens matrimonium* legitimati, pariter ſuccedunt cum legi-

Digitized by Google

legitime natis; Qui vero *per Reſcriptum Principis*, ſibi quidem invicem ſuccedunt, ſed non Fratri legitime nato, ſi alii adſint Fratres, fratrumque liberi legitime nati; niſi ante horum nativitatem fuerint legitimati. *D. Stryk. d. Diſſ.* 3. c. 1. §. 40. *ſeqq.*

41. *Quinam ex Illegitimis?*

Reſp. *Naturales* & *Spurii*, utpote qui cum Fratribus *uterinis*, cæterisque *Maternis* cognatis ſuccedunt, *L.* 2. & 4. *ff. unde Cogn.* non aliis; *Inceſtuoſi* vero plane excluduntur. *arg. Nov.* 89. c. *fin.*

42. *Quid ſi deficiant quoque Collaterales, quinam tunc ſuccedunt ex* ratione civili?

Reſp. I. Conjuges, II. Certa Collegia, & III. Fiſcus.

43. *Quomodo hoc caſu ſuccedunt* Conjuges?

Reſp. In integram hæreditatem, modo juſto tempore petita bonorum poſſeſſio, & mortis tempore juſtum ſubfuerit matrimonium. *L. un. ff. Unde Vir & Uxor.*

44. *An-*

Digitized by Google

44. *Annon vero Jure noviſſimo cum liberis quoque Aſcendentibus aut Collateralibus admittuntur Conjuges?*

R. Aff. *Nov. 53. c. 6. & Nov. 117. c. 5.* Si ſc. matrimonium ſit indotatum, defunctus dives, & ſuperſtes inops. *Auth. Præterea. C. unde vir & ux.*

45. *Quomodo autem admittuntur?*

R. In quartam hæreditatis, ſi *cum Liberis*, aut aliis Cognatis *tribus* vel *paucioribus* concurrant; Alias, ſi *cum pluribus* in portionem virilem. *d. Nov. 117. c. 5.*

46. *Sed num pleno Jure capiant hanc Quartam vel portionem virilem?*

R. Aff. Quoties *cum Aſcendentibus* vel *Collateralibus* concurrunt: Secus, ſi *cum Liberis*, ubi tantum ſuæ portionis capiunt uſumfructum. *dd. text. Vid. Dn. Stryk. d. Tr. Diſſ. 4. c. 1. §. 37. ſeqq.* Hodie ſucceſſio Conjugum pro ratione locorum variat.

47. *Annon poſt Conjuges admittuntur quoque Affines?*

R. Neg. Quia affinium nulla ſucceſſio, *l. 7. C. Commun. de Succeſſ.* Unde Vitri-

Digitized by Google

Vitricus non ſuccedit Privigno. *L. 3. C. Eod.*

48. *Quænam vero* Collegia *Cognatis & Conjugibus deficientibus admittuntur?*

R. Quæ in Jure ſunt probata, & in ſpecie Fiſco prælata: Sic Decurioni ſuccedit Curia, Militi legio, &c. *t. t. C. de hæredit. Decurion. Navicular. Milit. & Fabricenſ.* Eodem modo Clerico Eccleſia, *L. 20. C. de Epiſc. & Cler.* & hujus argumento Studioſo Academia. *D. Stryk. d. Tr. Diſſ. 5. c. 1. §. 39.*

49. Quid ſi nec in tali Collegio fuerit defunctus?

Reſp. Tunc ipſi ultimo ſuccedit Fiſcus, *L. 4. C. de Bon. vacant. L. 1. pr. & L. fin. ff. de Succeſſ. Edict.* Vel qui Jure Fiſci gaudent, uti de *Jure Saxon. & Lubec.* ſunt Magiſtratus, qui habent merum imperium. *Mev. ad Jus Lub. P. 2. tit. 2. art. 14. num. 64.*

Tit. X.

De BONORUM POSSESSIONIBUS.

Hucusque de primo per univerſitatem acquirendi modo, ſc. Hæreditate;

1. *Quo-*

1. *Quomodo ſecundo acquiritur Univerſitas?*

R. PEr Bonorum Poſſeſſionem. §. *fin. I. Per quas perſ. cuique acquir.*

2. *Quid eſt Bonorum Poſſeſſio?*

R. Eſt jus perſequendi, retinendique Patrimonii, quod cujusque, cum moritur, fuit. *L. 3. §. 1. ff. h. t.*

3. *Differtne ab Hæreditate?*

R. Aff. Hæreditas enim ſolo animo acquiritur, §. *fin. I. de Hæred. qualit. & diff.* Suis quoque ipſo jure. §. 3. *I. de Hæred. quæ ab int.* Non etiam Bonorum poſſeſſio, §. *fin. h. t. Vid Eckolt. ad ff h. t. §. 3.* In effectu tamen conveniunt. *L. 117 de R. J.* cum utraque & commoda & incommoda hæreditaria habeat annexa. *L. 1. ff. h. t*

4. *Quotuplex eſt?*

R. Alia *Decretalis*, quæ prævia cauſæ cognitione pro tribunali decernitur. *L. 2. §. 1. ff. Quis ord. in poſſ. ſervet.* e. gr. Carboniana, *t. t. ff. & C. de Carbon. Ed.* Ventris nomine, *t. t. ff. de ventr. in poſſ. mitt.* &c. Alia *Edictalis*, quæ ſine cauſæ cognitione de plano tribuitur: Et eſt vel *ex teſtamento*, ſecundum tabulas, aut con-

contra tabulas; Vel *ab inteſtato.* §. 1. *h. t. & t. 8. ff. ac C. Unde legit.*

5. *Quomodo petenda?*

R. Olim ſolenniter. *L. 1. C. Commun. de Succeſſ.* Hodie ſufficit apud Judicem qualemc. declarare, ſe velle amplecti bonorum poſſeſſionem. *L. fin. C. Qui admitt. ad bon. poſſ.*

6. *Intra quantum tempus hæc declaratio facienda?*

Reſp. *Intra annum* a Parentibus & Liberis; A reliquis vero *intra 100. dies* utiles. § *4 h. t. & L. 2. ff. Quis ord. in poſſ. ſerv.*

7. *An hodienum* utilis *eſt Bonorum Poſſeſſio?*

Reſp. Aff. Cum faciliores admittat probationes, quam hæreditatis peti-tio. *Vid. Bach. ad Tr. Vol. 2. Diſp. 15. th. 1. lit. f. in fin.*

8. *Sed an etiam* neceſſaria?

Reſp. Non facile poſt *Nov. 118.* niſi quibusdam caſibus, *uti:* ſi (1) Filius præteritus, qui tamen Teſtamentum non impugnat, *L. 17. ff de injuſt. rupt. & irr.* (2) Poſthumus præteritus, qui tamen vivo Patre decedit, *L. 12. pr. ff. Eodem* His enim caſibus non niſi

Digitized by Google

niſi impetrata bonorum poſſeſſione, admittuntur hæredes ſcripti. (3) Si conjuges deficientibus Cognatis in integram hæreditatem ſuccedere velint. *Vid. Qu* 43. *tit praeced.* Plures caſus vid. ap. *Struv. in Synt. Jur. Civ. Ex.* 38. *th.* 43.

Tit. XI.

De

ACQUISITIONE PER ARROGATIONEM.

1. *Quis tertius eſt modus acquirendi per univerſitatem?*

R. A*Rrogatio*, qua olim Arrogator bona arrogati pleno Jure acquirebat, §. 1. *I. h. t.* Hodie tantum quoad uſumfr. niſi arrogatus in familia adoptiva deceſſerit. *d.* §.

Tit. XII.

De

EO, CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

1. *Quis quartus modus acquirendi per univerſitatem?*

R. A*Ddictio bonorum* Libertatum conſervandarum cauſa, quando ſcilicet defuncti obærati bona adjudicantur illi, qui cavet, ſe debita in ſolidum exſoluturum, ut

Digitized by Google

ut libertates recte datæ conſerventur, *tot. h. tit.* Qui modus hodie inutilis.

Tit. XIII.
De
SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, QUÆ FIEBANT PER BONORUM VENDITIONEM ET EX SC. CLAUDIANO.

Et hic Titulus hodie inutilis.

Tit. XIV.
De
OBLIGATIONIBUS.

Habuimus hactenus Jus in re, *ejusque primarias ſpecies;*

Ad pr. 1. *Quid nunc eſt Jus ad rem?*

R. ESt facultas, quæ in ipſam perſonam nobis obligatam competit, ad dandum aliquid, vel faciendum. *L. 3. pr. ff. de O & A.* Refertur ergo hoc ad Creditorem.

2. *Quid ergo eſt Obligatio?*

Reſp. Eſt Juris vinculum, quo quis ad dandum aliquid, vel faciendum adſtringitur. *h. pr. & d. L.* 3. Refertur ergo hæc ad Debitorem.

3. *Quotuplex eſt?*

R. *Tri-*

Digitized by Google

R. *Triplex:* Alia eſt *Naturalis tantum*, alia *Civilis tantum*, alia *Mixta.*

4. *Quid eſt Obligatio* Naturalis tantum?

R. Eſt vinculum juris naturalis, quo quis citra juris Civilis authoritatem ad præſtandum aliquid adſtringitur. *L. 95. §. 4. ff. de Solut.*

5. *Quotuplex eſt hæc Obligatio?*

R. *Duplex: Alia Plena*, ſeu *Perfecta; Alia Minus* Plena, ſeu *Imperfecta.*

6. *Quid eſt Obligatio Naturalis Plena?*

Reſp. Qua quis ad præſtandum id adſtringitur, quod honeſte promiſſum eſt. *L. 1. ff de Pact.* & *L. 1. ff. de Conſtit. pec.* Qualis eſt, quæ v. gr. *ex nudo pacto* oritur. *L. 5. §. 2. in f. ff. de ſolut.*

7. *Quid Minus plena?*

Reſp. Qua quis ad præſtandum id adſtringitur, quod pudor & honeſtas exigit, ſine conventione. Quorſum ſpectat obligatio ad *ἀντίδωρα. L. 25. §. 11. ff. de Petit hæred* Add. *L. 54 §. 1 ff de Furt.*

8. *Quem in Jure effectum habet Naturalis obligatio?*

N R. *Mi-*

Reſp. *Minus plena* nullum, *d. L. 25. §. 11.* Sed *Plena* Jure naturæ producit actionem. *d. L. 5. §. 2. ff. de Solut.* Jure vero Civili non actionem, ſed alios quandoque parit effectus: Sic impedit condictionem indebiti, *L.* 13. *&* 26. §. 12. *ff. de Condict. indeb.* recipit conſtitutum, *L.* 1. §. 7. *ff. de Conſtit. pec.* fidejuſſores, §. 1. *I. de Fidejuſſ.* pignora, *L.* 5. *pr. & L.* 14. §. 1. *ff. de Pignor. &c.*

9. *Quid eſt Obligatio* Civilis tantum?

Reſp. Eſt vinculum Juris civilis quo quis citra æquitatis naturalis rationem ad præſtandum aliquid adſtringitur. §. *1. I. de Except.* Talis eſt, quæ ſequitur ex promiſſione metu extorta, *&c.* §. 2. *I. Eod.*

10. Quem hæc habet effectum?

Reſp. Producit quidem actionem, ſed non exactionem, ob obſtantem Exceptionem Prætoriam *d.* §. 1. 2. *&* 3. *I. de Excep.* Niſi ficta quadam & præſumta nitatur æquitate, qualis eſt *obligatio ex re judicata, jurejurando* &c. *L.* 56. *ff. de Re judic.* Vid. *Sutholt. Diſſ.* 12. *ad Inſt. tb.* 24.

11. *Quid eſt Obligatio* Mixta?

R. Eſt

Digitized by Google

R. Eſt vinculum æquitatis naturalis & Civilis, quo quis neceſſitate adſtringitur ad aliquid dandum, vel faciendum. *h. pr.*

12. *Quemnam hæc habet effectum?*

Reſp. Et actionem producit, & exactionem. *h. pr. ibi: neceſſitate.*

13. *Quotuplex eſt?* *Ad §. 1.*

Reſp. Alia *Civilis* in ſpecie ſic dicta; Alia *Prætoria. h. §. 1.*

14. *Quæ dicitur Civilis?*

Reſp. Quæ vel legibus *primum* conſtituta, *e gr.* Verborum obligatio; Vel ſaltem Jure Civili confirmata, *v. gr.* ex Emto, locato. *&c. h. §. 1.*

15. *Quæ Prætoria?*

Reſp. Quam Prætor *primum* ex ſua Jurisdictione introduxit, æquitatis cauſa, *h. §. 1.* Ut eſt obligatio conſtitutæ pecuniæ, peculii, *&c. Vid. §. 9. & ſeq. 1 de Action.*

16. *Quorſum referendæ obligationes, ex Edictis Principum ortæ?*

Reſp. Ad *civiles*, ob poteſtatem Legislatoriam. Principibus vi Superioritatis territorialis

rialis competentem. *Vid. Habn. ad Weſenb. tit. de LL. n.* 3.

17. *Unde oriuntur Obligationes?*

Ad §. *fin.* R. Ex facto obligatorio. *L. 91. §. 1. in fin. ff. de V. O. & arg. L.* 115. *de R J.* Pollicitatione ſcil. Conventione, aut delicto. *h.* §. *fin.*

18. *Quid eſt Pollicitatio?*

Reſp. Eſt ſpontanea ſolius offerentis promiſſio, DEO vel Reip. facta, *t. t. ff. de Pollicit. & can.* 9. *XII. q.* 1. Illo caſu in ſpecie *Votum*, *L.* 2. *ff. Eod.* Hoc *Pollicitatio* dicitur.

19. *Quando obligat Pollicitatio?*

R. Cum ex juſta cauſa facta, *L.* 1. §. 1. *ff. de Pollicit* vel jamjam impleri cœpta. *d.* §. 2. *Vid. L.* 6 §. 1. *ff. Eod.*

20. *Quid eſt Conventio?*

Reſp. Eſt duorum vel plurium in idem placitum conſenſus. *L.* 1. §. 2. & 3. *ff de Pact.*

21. *Quotuplex eſt?*

Reſp. Vel *Pactum*, vel *Contractus*, *d. L.* 1. §. 3. & *L.* 19. *in fin. ff. de Novat.*

22. *Quid eſt Pactum?*

R. Eſt

Reſp. Eſt Conventio, carens & nomine & cauſa. *L. 7. §. 1. & 2. ff. de Pact.*

23. *Quotuplex?*

R. Duplex: *Nudum* & *Non nudum*, *L. 15. ff. de Præſcript. Verb. L. 7. §. 4. & L. 10. C. de Pact.* alias *veſtitum.*

24. *Quid eſt Pactum Nudum?*

Reſp. Quod in ſimplicibus conventionum finibus ſubſiſtit, *L. 27. C. locat.* nec actionem *Jure Civili* producit, *d. L. 7. §. 4. ff. de Pact.* Licet producat Jure Canon. *c. 1. & 3. X. de Pact.* & moribus. *Mev. P. 5. dec 407. Carpz. P. 2. C. 19. def. 17. n. 8.*

25. *Quid Non nudum, ſeu Veſtitum?*

Reſp. Quod ultra ſimplices conventionum fines extrinſecus accipit poteſtatem *efficaciter* obligandi, *d. L. 15. ff. de P. V.* Dum ſc. *vel* a lege confirmatur, unde *Pactum legitimum*, *L. 6. ff de Pact. Vel* contractui in continenti adjicitur, unde *Pactum Adjectum. L. 7. §. 5. Eod.*

26. *Quid eſt Contractus?*

R. Eſt conventio per ſe & *ſua natura* producens obligationem & actio-

N 3 nem.

Digitized by Google

nem. *d. L. 7. §. 1. & 2. ff. de Pact.*

27. *Quotuplices ſunt Contractus?*

R. I. Alii ſunt *Unilaterales*, alii *Bilaterales*; II. Alii *bonæ fidei*, alii *ſtricti Juris*; *L. 13. C. de Pact. L. 3. C. In quib. cauſ. integr. reſtit.* III. Alii *Veri*, alii *Quaſi* Contractus. *h. §. fin.*

28. *Quinam dicuntur Unilaterales?*

R. Qui ex una tantum parte producunt obligationem & actionem, uti ſunt, *mutuum*, *ſtipulatio*, *hæreditatis aditio*, &c.

29. *Quinam Bilaterales?*

R. Qui ex utraque parte producunt obligationem & actionem, eamque *vel* utrinque directam, *vel* ex una parte directam, ex altera contrariam.

30. *Quando producunt actionem* utrinque directam?

R. Quando uterque contrahentium ab initio principaliter obligatur, ut fit *in Emtione Venditione*, *Locatione Conductione*, & *Societate*.

31. *Quan-*

Digitized by Google

31. *Quando ex una parte* directam, *ex altera* contrariam?

Reſp. Quando unus contrahentium ab initio obligatur, alter ex poſtfacto: Tunc enim contra *illum* datur actio Directa, contra *hunc* Contraria; ***Breviter:*** Quando Contractus unum nomen habet, v. gr. ***Commodatum*, *Depoſitum*, *&c.* *Exceptis*** Contractibus Societatis & Emphitevtico.

32. *Quinam dicuntur Bonæ fidei Contractus?*

R. In quibus alter alteri obligatur in omne id, quod ex æquo & bono præſtandum, licet verbis non expreſſum. *L. 7. ff. de negot. geſt. & L. 24. ff. Depoſ.* Quales ſunt ex ***Contractibus nominatis*** omnes bilaterales: Ex ***innominatis*** tantum Contractus Æſtimatorius & Permutatio. §. 28. I. ***de Action. Vid. Bachov. de Action. Diſp.* 6. *th.* 11.**

33. *Quid eſt Contractus Æſtimatorius?*

R. Eſt innominatus, quo res certo pretio æſtimata datur vendenda, ea lege, ut accipiens ***vel*** rem illam reddat, ***vel*** pretium conventum ſolvat. *L. 1. §. 1. ff. de Æſtimat.*

34. *Quinam ſunt Stricti Juris Contractus?*

Digitized by Google

R. In quibus in id tantùm alter alteri obligatur, quod expreſſe conventum. *arg. L. 99. ff. de V. O.* Quales ſunt contractus Unilaterales & reliqui Innominati. *arg. § 28. I. de Action.*

35. *Quinam ſunt Veri Contractus?*

Reſp. Qui *vero* utriusque contrahentium conſenſu ineuntur, verbis, literis vel facto declarato. *L. 4 ff. pro Soc. L. Qui patitur. 18. ff. Mandat. &c L. 48. ff. de O. & A.*

36. *Quotuplices ſunt hi Contractus?*

Reſp. Alii *Nominati*, alii *Innominati*. *L. 7. §. 1. & 2. ff. de Pact.*

37. *Qui ſunt Contractus* Innominati?

R. Qui certam ac ſpecialem formam non habent, indeque nec ſpeciale nomen aut actionem, ſed tantum *cauſam* præcedentem. *d. L. 7. §. 2.* i. e. dationem vel factum ab altera parte. *L. 1. §. 2. ibi: ex re tradita. ff. de rer. permut.*

38. *Quotuplices ſunt Contractus nominati?*

Reſp. Vel *Regulares*, uti: Do ut des, Do ut facias, Facio ut des, Facio ut

Digitized by Google

ut facias, *L. 5. pr. ff. de P. V.* Vel *Irregulares*, ut ſunt: Contractus æſtimatorius & Permutatio; *Vid. Lauterb. in Compend. Jur tit. de Præſcript. Verb.* Quamvis *permutatio* in uſu juris vix differt a Contractu Do ut des, *Brunn. Ex. 28. ad Inſt.* §. 28. *n.* 20.

39. *Qui ſunt contractus* Nominati?

Reſp. Qui certam ac ſpecialem formam habent, indeque ſpeciale nomen & nominatam actionem, *L 7.* §. 1. *ff. de Pact.* V. gr. *Emtio Venditio, Commodum*, &c.

40. *Quomodo in effectu differunt Contractus Nominati & Innominati?*

R. In *illis* regulariter invito altero pœnitere non licet, *arg. L. 5. C. de O. & A. Mev P. 5. Dec.* 55. Excepto Mandato, §. 9. *I. Mand.* Depoſito, *L.* 1. §. 46. *ff. Depoſ.* & Societate, §. 4. *I. de Societ* In *his* vero ille, qui dedit, pœnitere poteſt, quamdiu alter non implevit a ſua parte Contractum, *L. 5. pr. &* §. 1. *ff. de Condict. cauſ. dat.* Quod nec *hodie* mutatum. *Carpzov L. 2. C. 33. def.* 22. præprimis, ſi promiſſio contrahentium ſit re-

N 5 ſpecti-

Digitized by Google

ſpectiva. *Struv. in Synt. Jur. Civ. Exerc. VI. th.* 32.

41. *Quotuplices ſunt Contractus Nominati?*

Reſp. Quadruplices: Alii *Reales*, alii *Verbales*, alii *Literales*, alii *Conſenſuales. h. §. fin.*

42. *Quæ ſolent in his Contractibus præcipue conſiderari?*

R. Tria: I. *Subſtantialia*, quæ neceſſario debent adeſſe, nec ſalvo Contractu mutari poſſunt, ut eſt *pretium* in Emtione. *L* 72. *pr. in fin ff. de Contrab. Emt.* &c. II. *Naturalia*, quæ ſolent adeſſe, & pacto mutari poſſunt, ut eſt *Evictionis præſtatio* in Emtione, *L.* 11. § 18. *ff. de Act. Emt.* &c. III. *Accidentalia*, quæ poſſunt adeſſe, vel abeſſe, & conſiſtunt in arbitrio contrahentium, *v gr.* quo in loco pretium in Emtione ſolvendum, &c. *Vid. Harprecht. ad h. §. fin. n.* 33. *& ſeqq*

43. *Nihilne in contractibus a Partibus præſtandum?*

R. Aff. Damna enim invicem ſunt præſtanda. *L.* 5. §. 2. *ff. Commod.*

44. *Quo-*

Digitized by Google

44. *Quotupliciter damna contingunt?*

R. *Tripliciter:* Aut enim *dolo*, aut *culpa*, aut *caſu fortuito. L. 23. de R. J.*

45. *Quid eſt Dolus?*

R. Eſt calliditas ad alium lædendum *ſcienter & maligno* animo adhibita. *L. 1. §. 2. ff. de Dol. mal. & L. 79. de R. J.*

46. *An dolus in omni Contractu præſtandus?*

Reſp. Aff. *L. 5.* § *2. Commod.* adeo, ut non valeat conventio, ne dolus, ſcil. futurus, præſtetur. *d. L. 23. de R. J. & L. 27. §. 4. ff de Pact.*

47. *Quid eſt Culpa?*

Reſp. Eſt læſio alterius per *imprudentiam* vel *negligentiam facta. L. 27. ff Pro Soc.* Germ. Unachtſamkeit, Unvorſichtigkeit, &c.

48. *Quotuplex eſt?*

R. Triplex: *Lata*, *Levis* & *Leviſſima*, *L. 4. § 5. de Legat. 1. & d. L. 23.*

49. *Quid eſt Culpa Lata?*

R. Eſt omiſſio *communis* diligentiæ, quam ſcil. *omnes homines* rebus ſuis

 im-

impendere ſolent. *L. 213. §. 2. & L. 223. pr. ff. de V. S.*

50 *Differtne hæc a Dolo?*

Reſp. Aff. Quantum ad *eſſentiam*, *arg L. 8 § 10. ff Mandat.* Non *effectum. L. 226. de V. S. & L. 1. §. 5. ff. de O. & A.* Quoad hunc enim dolo comparatur, quoties ad *intereſſe civile* agitur, aut *pœnam pecuniariam*, *L 1. §. 1. ff. Si menſ. falſ mod. dix.* alias ſecus, *L. 23. § 2 ff. de Ædil Edict. Vid. ſupr. Q. 11. de Suſpect Tut.*

51. *In quibus Contractibus præſtanda eſt hæc Culpa?*

R. In iis, qui ſolius dantis utilitatem concernunt, *E. gr.* in Depoſito, *L. 5. §. 2. ff. Commod. Exceptio* tamen eſt in *mandato*, *negotiorum geſtione*, ubi culpa leviſſima, *L. 13. & 21. C. Mand. & §. 1. I. de Oblig. quæ ex quaſ. contr.* & *Tutela*, ubi culpa levis præſtanda. *L. 7. C. Arbitr. Tut.*

52. *Quid eſt Culpa Levis?*

R. Eſt omiſſio *mediocris* diligentiæ, quam ſcil. communiter *diligentes* & prudentes *homines* rebus ſuis impendere

Digitized by Google

dere ſolent. *L. 11 pr. ff. de Peric. & commod. rei vend L. 35. §. 4. ff Famil. erciſc.*

53. In quibus Contractibus hæc præſtanda?

Reſp. In illis, qui utriusque contrahentium utilitatem concernunt, *v. gr.* Pignore, §. 4 *tit. ſeq.* Emtione, venditione, *L. 36. ff. de Act. Emt.* Societate, §. *fin. l. de Societ.* &c.

54. Quid eſt Culpa Leviſſima?

R. Eſt omiſſio exactiſſimæ diligentiæ, quam ſcil. *diligentiſſimi* homines rebus ſuis impendere ſolent. *L. 18. pr. ff. Commod & L. 1. §. 4. ff. de O. & A.*

55. Ubinam hæc præſtanda?

Reſp. In Contractibus, qui ſolius accipientis utilitatem concernunt, *d. L. 18. pr. V gr.* Commodato, §. 2. *tit. ſeq.* Et quoties quis ſe obtulit negotio. *L. 1. § 35. ff. Depoſ Exceptio* eſt in *Precario*, ubi ſolum lata culpa præſtatur. *L. 8. §. 3. de Precar. & L. 23. de R. J.*

56. Quid eſt Caſus Fortuitus?

Reſp. Eſt inopinatus eventus, qui conſilio humano præcaveri non

 potu-

potuit ab illo, qui eum patitur. *L. 2. §. 7. ff de Adminiſtr. rer. ad Civit. pert. L. 6. C. de Pign act*

57 *An & ille in Contractibus præſtandus?*

Reſp. Neg. *L. 23. de R. J.* Sed res perit ſuo Domino, *L. 18. pr. ff. Commod.* Niſi quis (1) caſum in ſe receperit, *L. 9. § 2 ff Locat.* (2) mora aut culpa præceſſerit caſum, *L. 5. §. 4. & 7. ff Commod & L. 23. ff de V O* (3) res *venditionis gratia* æſtimata fuerit tradita. *L. 10. C. de Jur. dot & L. 5. § 3. ff. Commod. Carpz. P. 2. C. 37. def. 16 & 17.*

58. *Quid ſi quis in genere tantum receperit caſum fortuitum an & ille de inſolito tenebitur?*

R. Aff. *arg L. Fiſtulas. 78 § fin. de Contr. Emt.* Niſi ſit *valde* inſolitus, de quo nec in genere, nec in ſpecie cogitari potuit. *Mev. de Penſion n 105. Carpz P. 2. C. 26 def 8 in fin.* Qualis quis ſit, judicis arbitrio relinquitur. *Vid Diſp noſtr de Edaci Locuſt. Pernicie, Membr. 3. n 24. & ſeqq.*

TIT. XV.
QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

Ad Rubr. 1 *Quinam ſunt contractus* Reales?

R. Qui

R. QUi præter conſenſum actualem rei traditionem requirunt ad ſui perfectionem. *L. 1. §. 2. ff. de rer. permut.*

2. Quot illorum ſpecies ſunt?

R. Quatuor: *Mutuum*, *Commodatum*, *Depoſitum* & *Pignus. h. tit.*

3. Quomodo hi quatuor Contractus differunt a ſe invicem?

R. *Mutuum* transfert dominium, *pr. h. t. Commodatum* uſum, *§. 2. h. t. & L. 8. & 9. ff. Commod. Depoſitum* cuſtodiam, *L. 1. pr. ff. Depoſ. Pignus* poſſeſſionem. *L. 35. §. 1. ff. de Pignor. act.*

4. Quid eſt Mutuum? *Ad pr.*

R. Eſt contractus realis, quo rei noſtræ fungibilis dominium in alium transferimus, ut eadem nobis reddatur in genere, eben dergleichen. *h. pr & L. 2. pr. ff. de R. C.*

5. Quænam dicitur Res Fungibilis?

R. Quæ in genere ſuo functionem recipit, *L. 2. §. 1. Eod.* i. e. ejus eſt naturæ, ut ſi alia ejus generis reddatur, hæc illius vice absque ulla inæqualitate fungatur: Tales

Tales ſunt, quæ pondere, numero & menſura conſtant, v. gr. *nummi, oleum, vinum, panis, &c. b. pr.*

6. *Qui poſſunt mutuo dare?*

R. Qui Domini ſunt rerum ſuarum, & liberam illarum habent adminiſtrationem. *L. 2. §. 4. & L. 19. §. 2. ff. de R. C.*

7. *Qui mutuo accipere?*

R. Qui poteſtatem habent ſe obligandi, nec in ſpecie prohibentur: Non ergo Filiiſam. ob SC Macedonianum, *t. t. ff & C. Ad SC. Maced.* cujus ratio elegans in *L. ult. § 5. in fin. C. de bon. quæ liber.*

8. *Quid ſi Civitas mutuum acceperit, an inde obligatur?*

R. Aff. *arg L. 16 de V S.* Dummodo *ipſi*, vel *qui eam repræſentant*, pecunia ſoluta; Nam ſi *Adminiſtratori*, non aliter obligatur, quam probata verſione. *L. Civitas 27. C. de R. C. Carpz. P. 2. C. 6. def. 19.* Unde ſi verſio probari nequeat, contra adminiſtratorem agendum. *d. L. 27. Mev. P. 5. dec. 386.*

9. *Poteritne mutuum ita contrahi, ut eadem res in ſpecie reddatur?*

R. Neg. Quia hoc eſſet contra ſubſtantiam mutui, *L. 3. pr. ff. de R. C.* Quamvis *ex poſtfacto* fieri poſſit, ut eadem res reſtituatur, ſi

Digitized by Google

ſi *v. gr.* ea non indiguerit Debitor. *L.* 8. *pr. in f.* ff. *Mand.*

10. *Quando* eadem res *in genere nobis reſtituta dicitur?*

Reſp. Cum in eadem *quantitate* & *qualitate* reſtituitur. *L.* 3. *ff. de R. C.*

11. *An ergo nummi mutuo dati præciſe in eadem forma & materia reſtituendi*, v. gr. *Ducati pro Ducatis?*

R. Neg. Quia in nummis non tam materia ſpectatur, quam æſtimatio. *L.* 1. *pr.* ff. *de Contrab. Emt.* Niſi Creditor exinde damnum ſit ſenſurus, utpote, *ſi materia, in qua reſtituuntur nummi, non ſit ejusdem bonitatis. L.* 99. ff. *de Solut.* aut aliud conventum.

12. *Sed quid ſi aliud conventum, illius tamen generis moneta, qualis mutuo data, non poſſit facile haberi, minutior autem ſit mutata, quomodo tunc reſtitutio facienda?*

Reſp. Hoc caſu, ſi certa æſtimatio non addita, *v. gr.* den Thaler zu 3 Pohln. fl. tanta ſolvenda, quanta moneta mutuo data, ſi haberi poſſet, in præſens *communiter* expendi poſſet, *c.* 20. *in fin. &c. pen. X. de Cenſ. Vid. B. Brunnem Ex.* 17. *ad Inſt b. pr.* Quamvis diſpliceat, quod habet *Harprecht. ad b. pr. n.* 384. in hiſce caſibus pro ratione circumſtantiarum potiſſimum ad æquitatem reſpicien-

ciendum eſſe Judici, ne ſc. vel mutuans, vel mutuarius damnum incurrat.

13. *Qualis actio oritur ex Mutuo?*

Reſp. Condictio certi, utpote quæ toties datur, quoties conſtat, quid, quale, quantumque debeatur. *pr. I. de V. O. & L. 9. pr. ff. de R. C.*

14. *Annon etiam Condictio datur contra eum, qui per errorem non debitum accepit?*

Reſp. Aff. Nam & is accipiendo re obligatur, perinde ac ſi mutuum accepiſſet. *h. §. 1. & §. 6. I. de Oblig. quæ ex quaſ. contr.* Modo alias potuerit ſe contrahendo obligare: Unde ſi Pupilli, *&c.* ſine Tutore indebitum acceperint, non tenentur, *h. §. 1.* Niſi in quantum locupletiores facti. *L. 13. in fin. ff. de Cond. indeb.*

15. *An ergo indebiti ſolutio eſt Verus Contractus?*

R. Neg. Sed Quaſi. *dd. text.* Quia hoc videtur *tacite* inter partes actum, ut ſi appareat indebite ſolutum, illud repetatur. *L. 13. in fin. ff. Commod.* Aliud ergo, ſi idipſum *expreſſe* actum. *L. 2. pr. ff. de Condict. indeb.* Vid. *infra §. 6. de Oblig. quæ ex quaſ. contr.*

16. *Quid*

16. *Quid eſt* Commodatum? *Ad* §. 2.

Reſp. Eſt contractus realis, quo res alicui gratis ad certum uſum ita conceditur, ut eadem finito uſu reſtituatur in ſpecie, eben daſſelbe. *h. §. 2. & L. 2. pr. ff. de R. C.*

17. *An igitur merces dari nequit pro re commodata?*

R. Neg. *h.* §. 2. Licet honorarium poſſit. *arg. L. 6. pr. ff. Mandat.*

18. *Quid ſi tamen data fuerit, qualis erit Contractus?*

R. Si *certa* data, & in *pecunia numerata* conſiſtens, erit Locatio Conductio, *h.* §. 2. Alias Contractus innominatus. *L. 5. §. 12. ff. Commod & §. 1. I. Locat.* Quod in omnibus aliis gratuitis Contractibus verum, quoties merces intercedit. *arg. h.* §. 2.

19. *Differtne Commodatum a Precario?*

R. Aff. *Precarium* enim non conceditur ad certum uſum, & hinc quandocunque revocari poteſt. *L. 1. pr. ff. de Precar.* Non ita *Commodatum. L. 17. §. 3. ff. Commod.*

20. *An a Mutuo?*

Reſp. Aff. *Mutuum* enim (1) in rebus fungibilibus. *i. e.* quæ utendo conſumuntur, conſiſtit; (2) transfert dominium, & ſic periculum; (3) obligat alterum ad idem genus

Digitized by Google

genus reſtituendum, *pr. h. t.* Quæ omnia contra in *Commodato. h.* §. 2.

21. *Quotuplex actio oritur ex Commodato?*

Reſp. *Duplex:* Actio commodati *Directa* & *Contraria. h.* §. 2.

22. *Quæ eſt Actio Commodati Directa?*

R. Quæ datur Commodanti, adverſus Commodatarium, ad rem commodatam finito uſu ſalvam & integram reſtituendam cum omnibus acceſſionibus. *h.* §. 2. *L.* 5. §. 9. *&* *L.* 13. §. 1. *ff. Commod.*

23. *Quam ergo culpam præſtat Commodatarius?*

R. Leviſſimam, quia plerumque illius gratia commodatum contrahitur. *L.* 5. § 2. *ff. Eod. & h.* §. 2. Unde tempore, *v. gr.* incendii, res commodatas tenetur præferre ſuis, *d. L.* 5. § 4. niſi ſuæ pretioſiores ſint commodatis. *Vid. Lauterb. ad III. Part. Dig. tit. de Commod.* §. 2. *n.* 5.

24. *Quæ eſt actio Commodati Contraria?*

Reſp. Quæ datur Commodatario, adverſus Commodantem, ad indemnitatem rei commodatæ nomine conſe-

Digitized by Google

conſequendam. *L. 17. §. 3. & L. 21. pr. ff. Commod.* utpote ſi *magnas* in illam fecerit impenſas. *L. 18. §. 2. Eod.* &c.

25. *Quid eſt* Depoſitum? *Ad §. 3.*

Reſp. Eſt contractus realis, quo res alicui gratis cuſtodienda traditur, ut eadem nobis reddatur in ſpecie quandocunque. *h. §. 3 & L. 1. pr. ff. Depoſ.*

26. *Quotuplex eſt?*

Reſp. *Duplex*: Aliud *in ſpecie* ſic dictum, aliud *Sequeſtrum, L. 5. §. 1. & L. 7. pr. ff. Eod.*

27. *Quid eſt Depoſitum in ſpecie ſic dictum?*

Reſp. Quo res non litigioſa vel ex libera voluntate cuſtodienda traditur, & dicitur *Depoſitum voluntarium*: vel ex aliqua neceſſitate, *incendii* ſc. *ruinæ, naufragii & tumultus, L. 1. §. 1. 2. & 3 ff. Eod.* Et dicitur *Neceſſarium*, alias etiam *Miſerabile.*

28. *Quæ res ita deponi poſſunt?*

R. Proprie tantum mobiles, *arg. L. 1. pr. ff. Eod.* Immobilium enim cuſtodia

genus reſtituendum, *pr. h. t.* Quæ omnia contra in *Commodato. h.* §. 2.

21. ***Quotuplex actio oritur ex Commodato?***

Reſp. *Duplex:* Actio commodati *Directa* & *Contraria. h.* §. 2.

22. ***Quæ eſt Actio Commodati Directa?***

R. Quæ datur Commodanti, adverſus Commodatarium, ad rem commodatam finito uſu ſalvam & integram reſtituendam cum omnibus acceſſionibus. *h.* §. 2. *L.* 5. §. 9. & *L.* 13. §. 1. *ff. Commod.*

23. ***Quam ergo culpam præſtat Commodatarius?***

R. Leviſſimam, quia plerumque illius gratia commodatum contrahitur. *L.* 5. § 2. *ff. Eod.* & *h.* §. 2. Unde tempore, *v. gr.* incendii, res commodatas tenetur præferre ſuis, *d. L.* 5. § 4. niſi ſuæ pretioſiores ſint commodatis. *Vid. Lauterb. ad III. Part. Dig tit. de Commod.* §. 2. *n.* 5.

24. ***Quæ eſt actio Commodati Contraria?***

Reſp. Quæ datur Commodatario, adverſus Commodantem, ad indemnitatem rei commodatæ nomine conſe-

Digitized by Google

conſequendam. *L. 17. §. 3. & L. 21. pr. ff. Commod.* utpote ſi *magnas* in illam fecerit impenſas. *L. 18. §. 2. Eod.* &c.

25. *Quid eſt* Depoſitum? *Ad §. 3.*

Reſp. Eſt contractus realis, quo res alicui gratis cuſtodienda traditur, ut eadem nobis reddatur in ſpecie quandocunque. *h. §. 3 & L. 1. pr. ff. Depoſ.*

26. *Quotuplex eſt?*

Reſp. *Duplex:* Aliud *in ſpecie* ſic dictum, aliud *Sequeſtrum, L. 5. §. 1. & L. 7. pr. ff. Eod.*

27. *Quid eſt Depoſitum in ſpecie ſic dictum?*

Reſp. Quo res non litigioſa vel ex libera voluntate cuſtodienda traditur, & dicitur *Depoſitum voluntarium*: vel ex aliqua neceſſitate, *incendii* ſc. *ruinæ, naufragii & tumultus, L. 1. §. 1. 2. & 3 ff. Eod.* Et dicitur *Neceſſarium*, alias etiam *Miſerabile.*

28. *Quæ res ita deponi poſſunt?*

R. Proprie tantum mobiles, *arg. L. 1. pr. ff. Eod.* Immobilium enim cuſtodia

dia in mandatum abire videtur. *L. 5. §. 4. ff. de P. V.* cum aliquam *facti* curam ſimul requirat; Non etiam cuſtodia rei mobilis.

29. *An quoque res aliena?*

R. Aff. *L. 31. §. 1. ff. Depoſ.* Quia hic non agitur de jure reali transferendo, ſed perſona tantum obliganda: Unde idem in *Commodato. L. 15. & 16. ff. Commod. &c.*

30. *Quid eſt Sequeſtrum?*

R. Eſt depoſitum rei litigioſæ, apud tertium ea lege factum, ut lite finita victori reſtituatur. *L. 6. ff. Depoſ.*

31. *Quot modis fit Sequeſtrum?*

Reſp. Duobus: *Vel* enim Judicis authoritate, parte etiam invita, *L. 7. §. fin. ff. qui ſatisd. cog.* & dicitur *Neceſſarium*; *Vel* utriusque partis conſenſu, *L. 17. pr. ff. Depoſ. & L. 18. de P. V.* & dicitur *Voluntarium.*

32. *An illud, quod decernitur a Judice, quandocunque fieri poteſt?*

R. Neg. Sed regulariter prohibitum, *L. un. C. de Probib. Sequeſtr.* ne ab executione lis inchoetur, contra *L. 1. C. de Execut. rei jud.* Niſi *vel* periculum adſit amittendæ rei,

rei, *vel* inanis poſtea litis. *c. fin. X de Sequeſtr. poſſ. Mev. P 9. dec.* 89.

33. *Quæ Actio oritur ex Depoſito?*

Reſp. Actio Depoſiti *Directa* & *Contraria.*

34. *Quæ eſt Actio Depoſiti Directa?*

Reſp. Quæ datur Deponenti, adverſus Depoſitarium, ad rem depoſitam in *ſpecie* reſtituendam, *h.* §. *2.* aut ſi ejus quoque uſus conceſſus, ad tantundem præſtandum. *L.* 25. §. 1 *ff. Depoſ & L.* 31. *ff. Locat.*

35. *Siccine ergo uſus quoque rei depoſitæ concedi poteſt?*

R. Aff. Si res depoſita fungibilis ſit. Et quidem vel *expreſſe*; ut in *L.* 24. *ff Depoſ.* vel *tacite*, v. gr. ſi pecunia non obſignata depoſita, *d. L.* 31. *Locat.* Cujusmodi *Depoſitum Irregulare* dicitur, cum notiſſimos Depoſiti terminos egrediatur. *d. L.* 24.

36. *Quem itaque effectum habet hoc Depoſitum?*

Reſp. Si *ab initio* ultro a Deponente facultas utendi Depoſitario, ſi velit, conceſſa, ex *eo tempore*, quo uſus eſt, translatum cenſetur dominium; *L.* 10. *ff. de R. C.* Sin *ex poſtfacto* rogante Depoſitario, *ſtatim*: & negotium convertitur in mutuum, *L.* 9. §. *fin. ff. Eod.* Niſi aliud voluerint contrahen-

hentes. *L.* 26. § 1. *ff. Depoſ.* Conf. *Franzk. ad ff. tit Depoſ. num.* 24. *& ſeqq.*

37. *Quid eſt Actio Depoſiti Contraria ?*

R. Quæ datur depoſitario, adverſus Deponentem, ad indemnitatem depoſiti nomine conſequendam, *L.* 5. *pr. ff. Depoſ.* v. gr. *impenſas*, &c. *l.* 8. *&* 12. *Eod.*

Ad §. fin. 38 *Quid eſt* Pignus?

R. Eſt contractus realis, quo Debitor rem aliquam Creditori in ſecuritatem crediti tradit, ut eadem ſoluto debito in ſpecie reſtituatur. *h.* §. *f.*

39 *Quomodo differt ab Hypotheca?*

R. *Pignus* traditur Creditori; *Hypotheca* vero remanet apud Debitorem. *L* 9. §. 1. *ff. de Pignor. act.*

40. *Quæ res poſſunt pignori dari?*

Reſp. Quæcunque poſſunt alienari, *L.* 9 §. 1. *ff. de pignor.* & ſunt in bonis oppignorantis. *L.* 6. *C. Si alien. res pign. dat.*

41. *An ergo res quoque alienæ?*

R. Aff. Quatenus ſc. agitur de *perſona* utriusque contrahentis *obliganda*; Debitoris quidem, ut teneatur actione Pignoratitia contraria, *L.* 9. *pr. ff de Pign. act*

Cre

Creditoris autem, ut directa, *d. L.* 9. §. 4. Non vero, quatenus agitur *de Jure in re* transferendo, *L. 6. C. Si al. res pign. dat.* quod tamen *neceſſario* transferendum erat in pignore.

42. Quæ eſt actio Pignoratitia Directa?

Reſp. Quæ datur Debitori adverſus Creditorem, cui ſatisfactum, ad recuperandam rem oppignoratam una cum fructibus, quos *Creditor* percepit, vel percipere potuit. *L. Creditor.* 3. *C. de Pignor act.*

43. Quæ contraria?

Reſp. Quæ datur Creditori, adverſus creditorem, ad indemnitatem pignoris nomine conſequendam. *L. 16. §. 1. ff. Eod.*

44. Quomodo differt Actio Pignoratitia ab Actione Hypothecaria?

Reſp. *Hæc* realis eſt, utpote ex Jure in re deſcendens; *Illa* perſonalis ex Contractu veniens; *h. §. fin.* *Hæc* Creditori datur contra quemc. poſſeſſorem ad conſequendam rei oppignoratæ poſſeſſionem, §. 7. *I. de Act.* *Illa* Debitori, contra Creditorem ad repetendum pignus, *dd. text.*

O TIT.

TIT. XVI.
De
VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

Ad pr. 1. *Quis dicitur Contractus* Verbalis?

R. QUi præter conſenſum ſolemnem verborum conceptionem requirit, ad ſui perfectionem, ut eſt *Stipulatio. t. hoc tit.*

2. *Quid eſt Stipulatio?*

R. Eſt Contractus Verbalis, quo is, qui alteri interroganti, congrue & in continenti reſpondet, ad aliquid dandum vel faciendum obligatur. *L.* 5. §. 1. *ff. h. t.* Add. §. *fin. I. de Oblig.*

3. *Cujus Juris eſt Stipulatio?*

R. Juris Civilis, etiam quoad originem, *arg. L.* 1. *ff. Locat.* ob verba ſolennia, quæ olim ad illam requirebantur. §. 1. *h. t.*

4. *Quot Actiones oriuntur ex Stipulatu?*

R. Duæ: *Condictio certi*, ſi promiſſio ſit certa, ratione ſc. rei, qualitatis & quantitatis, *L. 6. ff de R. C.* Et *Actio ex Stipulatu*, ſi incerta, *v. gr* ſi genus promiſſum, *L.* 75. *pr. &* §. 1. *ff. h. t.* vel factum, §. *ult. h. t.*

5. *Re-*

Digitized by Google

5. *Requirunturne hodienum verba ſolennia ad ſtipulationem?* Ad§ 1.

Reſp. Neg. Sed ſufficiunt qualiacunque, *h.* § *1.* & *L. 10. C. de contrab. ſtipul.* modo ſint talia, quæ ab utraque parte, *vel* per ſe, *vel* per interpretem intelligantur. *h.* §. *1.* & *L. 1* §. *fin. ff. h. t.*

6. *Qua ratione ergo differt ſtipulatio a Pacto?*

R. *Stipulatio* præciſe *verba* requirit, eaque congrue, & in continenti *animo ſtipulandi* prolata, *L. 1. pr.* & § 1. *ff. h. t.* Non etiam *Pactum*, *L. 1.* §. *2.* & *L. 7.* §. *12. ff. de Pact.* Quamvis moribus & hoc ſublatum, & pactum in effectu Stipulationi comparatum. *Carpz. P. 2. C. 19. def. 17.*

7. *Quot modis contrahitur Stipulatio?* Ad§ 2.

Reſp. *Tribus*: Aut enim *pure*, aut *in diem*, aut *ſub conditione*. *h* §. *2.*

8. *Quomodo pure?*

Reſp. Cum neque dies, neque conditio adjicitur promiſſioni, v. gr. *Dabiſne 10? Dabo.*

9. *Quis effectus hujus ſtipulationis?*

Reſp. Quod ita promiſſum, ſtatim peti poteſt, *h.* §. *2.* & *L. 118.* §. *1. ff h. t.*

Digitized by Google

modico tantum ſpatio *ad ſolutionem* relicto, *§. fin. L. de Inutil. ſtipul. L. 105. ff. de Solut.* Et ceſſit ergo, & venit hic dies. *L. 123. de V. S.*

10. Quomodo fit Stipulatio in diem?

Reſp. Cum certum tempus adjicitur ſtipulationi, differendæ ſolutionis cauſa, veluti: *Decem aureos primis Calendis Martiis dare ſpondes? h. §. 2.*

11. Quis hujus Stipulationis effectus?

R. Quod ita promiſſum ſtatim quidem debetur, ſed peti prius, quam dies venerit, non poteſt, *h. § 2.* Ceſſit ergo quidem dies, ſed nondum venit. *L 213.*

12. An ergo eo ipſo die, quo res promiſſa, peti poteſt?

R. Neg. Sed illo demum elapſo; quia totus dies arbitrio ſolventis deſtinatus, nec antea certum, rem non eſſe eo die ſolutam, *h. §. 2.* Idem eſt, ſi *futuro anno*, vel *menſe* aliquid promiſſum: Nam & ſic præteritis demum omnibus partibus anni, vel menſis res peti poteſt. *§. penult. I. de Inutil. Stipul.*

13. Quid ſi annuum quid promiſſum?

Reſp. Hoc initio anni peti poteſt, *L. 12. §. 1.*

Quand-

Quand. dies legat. cum ad *futura* vitæ ſubſidia videatur promiſſum; Quorſum pertinet vulgatus verſiculus:

Annua *ſi debes, tunc inſpicies caput anni;*
Anno *ſi debes, in fine dederis anni.*

14. ***Qualis eſt ſtipulatio, ſi quis denos annuos, quoad vivat, dari ſibi ſtipuletur?*** *Ad* §. 3.

R. Pura. *h.* §. 3. Quia tempus non differendæ, ſed multiplicandæ obligationis cauſa videtur adjectum. *L.* 118. §. 1. *ff. h. t.*

15. ***An autem ad hæredes ſtipulantis hoc caſu tranſit jus petendi denos annuos?***

Reſp. Aff. Quia tempus non eſt modus tollendi obligationem, *L. 44. §. 1. ff. de O. & A.* Licet, ſi hæredes petant, exceptione pacti, vel doli poſſint ſubmoveri. *h. §. 3.*

16. ***Quomodo fit Stipulatio ſub conditione?*** *Ad* §. 4.

R. Cum in caſum aliquem *incertum* & *futurum* confertur obligatio, *h.* § 4. Uti fit in Sponſionibus, quæ, ſi *honeſtam cauſam* contineant, ſubſiſtunt. *L.* 17. §. *fin. ff. de P. V.*

17. ***Quot modis exprimitur conditio?***

R. Vel *affirmative*, v. gr. *Promitto tibi 100. ſi Regiomontum iveris*; Vel *negative*,

v. gr. *Promitto tibi* 100. *ſi Regiomontum non iveris. h.* §. 4.

18. Quis eſt effectus utriusque ſtipulationis?

R. Quod ita promiſſum non prius debetur, quam ſi conditio impleta. *h.* §. 4. *L.* 99. §. 1. *& L.* 115. §. 1. *&* 2. *ff. h. t.* Antea ergo nec ceſſit dies, nec venit, ſed tantum ſpes eſt, debitum iri. *h.* §. 4. *& L.* 213. *de V. S.*

19. Quando autem impleta dicitur conditio negativa?

Reſp. Cum certum eſt, eam nullo modo exiſtere poſſe, quod fit poſt mortem, *h.* §. 4. ubi velle definimus. *L.* 4. *ff. Locat.*

20. Siccine ergo conditione poſt mortem impleta, hæredes inde agere & conveniri poſſunt?

R. Aff. *h.* §. 4. Quia in Contractibus regulariter quoque de hæredibus cogitaſſe videmur. *L.* 13. *C. de Contrah. ſtipul.* Aliud in *Legatis*, *L.* 4. *&* 5. §. 2. *ff. Qu. dies Legat. ced.* ubi tantum Legatario bene voluiſſe videtur Teſtator: Hinc, ſi hæc ſub conditione negativa relicta, præſtita cautione Mutiana ſtatim debentur, *L.* 7. *pr.*

Digitized by Google

pr. ff. de Condit. & dem. ne ſc. pereant; Quod ſecus in promiſſione ita facta.

21. *Annon & Locus adjici poteſt ſtipulationi?* Ad §. 5.

R. Aff. *V. gr.* Romæ dari ſpondes? *h. §. 5.* Quo caſu, licet pure *concepta* ſtipulatio, revera tamen & *effectu* tantum tempus habet adjectum, intra quod promiſſor Romam venire, ibique promiſſum præſtare poſſit. *L. 60. & 73. pr. ff. h. t. & §. fin. I. de Inutil. ſtipul.*

22. *Quid ſi autem in hoc loco ita ſtipuler:* Tunc hodie 20. Romæ dare ſpondes? *valetne ſtipulatio?*

R. Neg. Quia impoſſibilis repromiſſio: *h. §. 5.* Niſi uterque noſtrum Romæ diſpenſatorem habuerit, & quiſque ſuo notum fecerit, hac die in hoc loco ſtipulationem futuram. *L. ult. §. 4. ff. h. t.*

23. *An etiam ſub conditione præteriti vel præſentis temporis fieri poteſt ſtipulatio?* Ad §. 6.

R. Aff. *V. gr.* Si Mevius vivit, *&c.* Sed hæc ſtipulatio in effectu pura eſt, adeoque ſi conditio *falſa*, ſtatim infirmat obligationem. Sin *vera*, eam non

Digitized by Google

differt: Sufficit enim, quod per ſe certa ſit, utut apud nos incerta. *h.* §. 6.

Ad §. fin. 24. *Quæ poſſunt in Stipulationem deduci?*

R. Non ſolum res, ſed etiam facta, *h. §. fin.* Unde ſtipulatio alia *dandi*, alia *faciendi, vel* non faciendi. *L.* 2. §. 5. *ff. h. t.*

25. *Quid in effectu intereſt inter obligationem dandi & faciendi?*

R. Qui *ad dandum* obligatus eſt, præciſe tenetur rem tradere, *L.* 75. §. *fin. ff. h. t.* Qui vero *ad faciendum*, præſtando intereſſe liberatur, *L.* 13. §. *fin. ff. de Re Judic.* Modo factum nudum ſit, & non qualificatum *Vid Bachov. ad Treutl. V.* 1. *Diſp.* 28. *th.* 2. *lit. C.*

26. *Quodnam dicitur Factum nudum?*

R. Quod citra operam hominis & membrorum applicationem perfici non poteſt, uti ſunt: *Romam ire, tabulam pingere, &c.*

27. *Quodnam non nudum, ſeu qualificatum?*

R. Quod in rei alicujus præſtatione occupatur, uti ſunt: *ſolvere, numerare, L.* 218. *ff. de V. S. reddere, L.* 175. *Eod. tradere, L.* 52. §. 1. *ff. h. t. &c.*

28. *Unde vero in obligationibus faciendi conſtabit de quantitate ejus, quod intereſt?*

R. Ex

Digitized by Google

Reſp. Ex probatione Actoris. *h. §. fin.* Quæ cum ob incertitudinem ejus, quod intereſt, admodum difficilis ſit, optimum erit pœnam hujusmodi ſtipulationibus ſubjeciſſe, prout tradit Imper. *in h. §. fin.*

29. *Quot modis adjicitur Pœna?*

R. *Duobus:* Vel enim *negative*, ſi factum affirmativum promiſſum, *v. gr.* Promitto, me ædes exſtructurum, &, *ſi id non fecero,* 100 promitto pœnæ nomine; Vel *affirmative*, ſi factum negativum promiſſum, *v. gr.* Promitto, me hoc, vel illud non facturum, &, *ſi fecero,* 10. promitto pœnæ nomine. *h. §. fin.*

Tit. XVII.
De
DUOBUS REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

1. *Poſſuntne duo vel plures unam rem ſibi ſtipulari, aut aliis promittere?* *Ad pr.*

R. Aff. Quorum illi Duo *Rei ſtipulandi*, ſeu credendi; Hi *Promittendi*, ſeu debendi dicuntur. *h. pr.*

2. *Quinam ſunt Duo Rei Stipulandi?*

R. Quibus eadem res ex eadem

 cau-

cauſa, *ſimul* in ſolidum promittitur: Utpote, ſi duobus *ſeparatim* ſtipulantibus, debitor una vice, ſe utrique daturum ſpondeat *h. pr. & L.* 3 *pr. h. t.*

3. *Quinam Duo Rei promittendi?*

Reſp. Qui eandem rem ex eadem cauſa *ſimul* in ſolidum promittunt: Utpote, ſi duo Creditori, diſtincte interroganti, ſeparatim aut conjunctim reſpondeant, ſe daturos. *h. pr. & L.* 1. *ff. Eod.*

4. *An etiam in aliis Contractibus duo Correi fieri poſſunt?*

R. Aff. Tam *nominatis, v. gr.* mutuo, *L.* 2. *&* 4. *C. h. t.* Commodato, *L.* 5. §. *ult. ff. Commod.* Depoſito, *L.* 9. *pr. ff. h. t.* &c. Quam *Innominatis.*

5. *Quæ autem requirantur ad Correalem Obligationem?*

R. Tria: (1) Ut de *eadem re* fiat, *L.* 2. *&* 9. *pr. ff. h. t.* (2) Ex una *eademque cauſa*, *d. L.* 9. *pr.* (3) in *ſolidum*. §. 1. *h. t. & L.* 11. §. 1. *ff. h. t.*

6. *Quid hoc eſt, in* ſolidum obligari?

R. Ad omne id teneri, quod eſt in obligationem deductum.

Ad §. 1. 7. *An ergo ſinguli Correi totum debitum petere, aut de eo conveniri poſſunt?*

R. Aff.

Digitized by Google

Reſp. Aff. Quia *ratione rei* una omnium eſt obligatio, *h.* § *1.* Ita tamen, ut *vel* alter debitum accipiendo, *vel* alter ſolvendo, omnium perimat obligationem, *L. 2. ff. h. t.* Hodie Correi promittendi gaudent beneficio Diviſionis. *N.* 99. *c.* 1. *Auth. Hoc ita. C. h. t. Carpz. P.* 2. *C.* 17. *def.* 13. *Gail. L.* 2. *Obſ* 14. *num.* 5.

8. *Nonne vero ille, qui ex Correis ſtipulandi totum debitum exegit, alteri tenetur ad communicationem?*

R. Neg. Quia ſuum recepit, *L. 62. pr. ff Ad L. Falcid.* Niſi *vel* ita conventum, *vel* ſocii ſint, quales ſunt omnes, qui Correi ſtipulandi facti ſunt ex cauſa onerosa. *d. L.* 62.

9. *Sic itaque nec ille, qui ex Correis debendi ſolidum præſtitit, regreſſum habet contra alterum?*

R. *Stricto jure* non, quia & ille proprium debitum ſolvit. *d. L.* 62. Niſi pariter *vel* ita conventum, *vel* ſocii ſint, *d. L.* 62. & *L.* 2. *C h t.* Ex *æquitate* tamen utilis negotiorum geſtorum ipſi non denegabitur. *Carpz. d. C.* 17. *def* 14.

10. *Annon etiam requiritur, ut Correalis obligatio expreſſe fiat?*

Reſp. Neg. Sed ſufficit, ſi ex verbis æqui-

Digitized by Google

pollentibus conſtet de animo, in ſolidum ſe obligandi, *arg. L.* 2. 3. *&* 4. *ff. h. t. Carpz. d. def.* 13. *n.* 11. v. gr. ſi ſe obligarint ſamt und ſonders. *Webn. in Obſ. Pract. voc.* ſämtlich. Item unverſcheiden, unzertrennet. *Beſold. Theſ. Pr. voc.* unverſchiedene Bürgen &c.

Ad §. fin. 11. ***Poteſtne unus Correorum pure, alter ſub conditione, vel in diem obligari?***

R. Aff. *h. §. fin.* Quia hæc diverſitas facile poteſt ad paritatem reduci: Quod cum ſecus ſit in caſu, ubi unus ***dolum tantum***, alter etiam ***culpam*** præſtare promiſit, hinc ita duos Reos non conſtitui, verius eſt. *L.* 9. §. 1. *ff. h. t.*

Tit. XVIII.
De
STIPULATIONE SERVORUM.

1. *Poſſuntne Servi ſtipulari?*

R. Aff. Ex perſona ſc. Dominorum, *h. pr.* cum ipſi perſonam non habeant. *L.* 32. *de R. J.* Hodie ex perſona propria. Unde nullus fere hujus tituli uſus. *Vid. Qu. ult. ſupr. de His, qui ſui vel al. jur.*

2. ***Quid ſi Servus ſit hæreditarius & ita Dominum nondum habeat, an & ille ſtipulari poteſt?***

R. Aff. Quia hæreditas in ***plerisque*** perſo-

næ

Digitized by Google

næ defuncti vicem ſuſtinet. *h. pr.* In *quibus ſc.* vera perſona non requiritur: Unde uſumfr hæreditati ſtipulari nequit ſervus. *L. 26. ff h. t.*

3. *Cui autem acquiritur ex ſtipulatione Servi?* *Ad §. 1.*

Reſp. Domino, ſive ipſi, ſive ſibi, ſive imperſonaliter, *i. e.* non facta mentione certæ alicujus perſonæ, *v. gr. dabuntur*? ſtipuletur. *h. §. 1.*

4. *Sed quid ſi plurium Dominorum ſit Servus?* *Ad §. 2. & fin.*

R. Unicuique illorum acquirit pro portione dominii, niſi nomine, vel juſſu unius ſtipuletur. *§. fin. h. t. & L. 1. §. 2. & 4. ff. Eod.*

5. *An idem, ſi ſervus factum ſtipuletur, ut* v. gr. ſibi *ire, agere, liceat*?

R. Neg. Hoc enim ſervo acquiritur. *h. §. 2.* Quamvis *jus* ex tali ſtipulatione agendi, ſi *v. gr.* in eundo impediatur ſervus, adhuc acquiratur Domino. *L. 38. §. 6. ff. de V. O.*

Tit. XIX.
De
DIVISIONE STIPULATIONUM.

1. *Quotuplices ſunt Stipulationes?*

R. Duplices: Aliæ *Voluntariæ*, ſeu

Conventionales: Aliæ *Neceſſariæ*, eæque vel ***Judiciales***, vel ***Prætoriæ***, vel ***Communes. h. pr.***

Ad§.3. ***2.*** *Quæ ſunt Conventionales?*

Reſp. Quæ libero contrahentium arbitrio perficiuntur, *h.* §. *3.* quales ſunt, quas hactenus habuimus.

Ad§.1. *3. Quæ Judiciales?*

R. Quæ juſſu Judicis interponuntur, veluti ***cautio de dolo***, quæ toties præſtatur, quoties periculum eſt, ne adverſarius rem noſtram perdat, vel corrumpat. *L.* 9. §. 5. *&* 7. *ff. **Quod met. cauſ. &c.***

Ad§.2. *4. Quæ Prætoriæ?*

Reſp. Quæ juſſu Prætoris, ejusque nobili officio interponuntur, ut ſunt ***cautio Damni infecti***, ***Legatorum cautiones***, item *Ædilitiæ*, &c. *h.* §. 2.

5. Quæ eſt cautio Damni infecti?

R. Qua quis cavet Vicino, ſe damnum, quod ex opere ſuo facto metuitur, ſi datum fuerit, præſtiturum. *L. 7. pr. ff. de Damn. infect.*

6. Quæ Cautio Legatorum?

Reſp. Qua hæres promittit Legatariis & Fideicommiſſariis, ſe ea, quæ ſub conditione, vel in diem illis relicta ſunt, eveniente die vel con-

Digitized by Google

conditione, exſoluturum. *t. t. ff. ut Legat. ſervand. cauſ. cav.*

7. *Quæ ſunt Cautiones Ædilitiæ?*

R. Quæ ob morbos & vitia rerum venalium interponuntur, v. gr. *animal eſſe ſanum, eſſe, bibere, ut oportet. L.* 11. §. 4. *de Act. Emt.* &c. *Vid. t. t. de Ædilit. Edict.*

8. *Quæ ſunt Stipulationes Communes?* *Ad §. fin.*

Reſp. Quæ quandoque juſſu Prætoris, quandoque etiam juſſu Judicis interponuntur, veluti *Stipulatio de rato*, de qua infra *ad tit. de Satisdat.* Item *Rem pupilli ſalvam fore.* Vid. *ſupra tit. de Satisdat. Tut. &c.*

9. *Differuntne hodienum Stipulationes Prætoriæ & Judiciales?*

R. Vix amplius differre videntur, cum Prætorum & Judicum officium hodie ſit confuſum. *§. fin. I. de Interdict.*

Tit. XX.
De
INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

1. *Quæ reſpoſſunt in ſtipulationem deduci?* *Ad pr. & §. 1.*

R. Omnes, quæ in rerum natura eſſe poſſunt, *v. gr.* fructus futuri, etiam hippocentaurus, *h. §. 1.* & ſunt in

in commercio, §. 2. *h. t.* ſaltem ſtipulatoris. *L.* 34. *ff. de V. O.*

Ad§.2.2. An ergo rei ſacræ, religioſæ, publicæ &c. ſtipulatio non valet?

R. Neg. Etiamſi poſtea ſacra, religioſa, &c. eſſe deſierit, imo licet expreſſe ſub hac conditione ſtipulatio contracta fuerit. Quæc. enim *ſua natura* commercio ſunt exempta, in obligationem deduci nullo modo poſſunt. *h. §. 2.*

3. *Quidſi vero res initio fuerit profana aut privata, poſtea autem ſit facta ſacra, vel publica?*

Reſp. Adhuc irrita eſt ſtipulatio, ſi *ſine facto promiſſoris* ſacra ſit facta, aut publica. *h.* §. 2. Alias promiſſor tenetur ad intereſſe. *L.* 83. §. 5. *ff. de V. O.*

4. *Valetne rei noſtræ ſtipulatio?*

R. Neg. Quia jam tum noſtra eſt, *h.* §. 2. Niſi quatenus alter in ea jus habet, aut ſub conditione facta ſtipulatio, ſi ſc. *res noſtra eſſe deſierit. L.* 89. *pr. ff. de V. O. Vid. Qu.* 30. *ſupr. de legat.*

5. *Annon autem hiſce caſibus, ſi* v. gr. *res ſacræ, aut etiam propria &c. promiſſa, illarum rerum debetur æſtimatio?*

R.

R. Neg. *L.* 103 *ff de V. O.* Quia res ipſa non debetur. *Harprecht. ad h.* § *n.* 6.

6. Poteritne factum alienum promitti? *Ad* §. 3. & 20.

R. Neg. *h.* §. *3.* Quia de ſe quisque, non alio promittere debet, *L. 83. pr. ff. de V. O.* Niſi vel ſub pœna facta promiſſio. §. *20. h. t.* vel ſimul contineat factum proprium, nim. effecturum, ſeu curaturum ſe, ut daret Titius, *h.* §. 3.

7. Ad quid autem tenetur, qui effecturum ſe, ut alius daret, ſpopondit?

Reſp. Ad Intereſſe, *arg. L.* 81. *pr. de V. O.* Quamvis, ſi præſtiterit omnem diligentiam, non immerito videatur liberandus, *B. Brunn. Exerc.* 18. *ad Inſtit. h. t.* niſi ſuo ſimul periculo promiſerit. *Mev. P.* 4. *dec.* 406.

8. An quis etiam alii ſtipulari, ſeu obligationem acquirere poteſt? *Ad* §. 4. 18. & 19.

R. Neg. *h.* §. *4.* Quia obligationes non egrediuntur perſonas contrahentium, §. *19. h. t.* Niſi quis (1) illi ſtipuletur, cujus juri eſt ſubjectus, *h.* §. *4.* Aut (2) pœna ſtipulationi adjecta, §. *19. h. t.* Aut (3) ſtipulantis in-

interſit, *v. gr.* ſi Debitor creditori, Procurator Domino, *&c.* ſtipuletur, §. 19. *h. t.* Sed hodie in genere alteri per alium acquiri obligationem, teſtatur *Mev. P.* 4. *Dec.* 112. *num.* 5. Add. *Grænweg. de LL. abrog. ad* §. 18. *h. t.*

9. *Quid ſi ergo ſibi & alii quis ſtipuletur, an id, quod promiſſum, totum acquiritur ſtipulanti?*

R. Neg. Sed ſi Stipulatio *dividua* ſit, tantum pro parte dimidia, *h.* §. 4. utpote pro qua parte tantum valet ſtipulatio. *L.* 1. §. 5. *ff. de V. O.*

10. *Annon autem alius adjici poteſt Stipulationi?*

R. Aff. Ita tamen, ut non obligatio acquiratur iſti Adjecto, ſed tantum libere ipſi ſolvi poſſit a promittente, cum effectu liberationis. *h.* §. 4. *L.* 56. §. 2. *de V. O & L.* 10. *ff. de Solut.*

11. *Quomodo quis adjicitur ſtipulationi?*

R. Semper disjunctive per particulas: *Aut, vel, ſive*, &c. V. gr. Tune mihi *aut* Sejo dare ſpondes. *d. text.*

12. *Quam Actionem habet Stipulator adverſus Adjectum, cui ſolutio facta?*

Reſp. Si *vel* expreſſe, *vel* tacite Adjectus conſenſerit in ſolutionem recipiendam, Actionem habet

Digitized by Google

habet mandati, *h.* §. 4. Alias negotiorum geſtorum. *pr. I. Quib mod. re contr.*

13. *Semperne vitioſa Stipulatio, ſi reſponſio non congruat interrogationi?* Ad §. 5.

R. Aff. *h.* §. 5. & *L.* 52. §. 2. *de O.* & *A.* Et quidem ſi diverſitas reſponſionis in *qualitate* conſiſtat; v. gr. *ſi pure ſtipulanti ſub conditione reſponſum;* Vel in *re ipſa*, v. gr. *ſi* 100. *ſtipulanti, taurus promiſſus*, tota eſt vitioſa, *h.* & §. 22. *h. t.* Niſi diverſitas illico placeat ſtipulatori, *L.* 1. §. 3. *de V. O.* Sin in *quantitate*, pro parte tantum exceſſiva. *d. L.* 1. §. 4. Niſi præciſe ad illam quantitatem reſpexerit Stipulator, ut intelligenda *L.* 52. *ff. Locat.*

14. *Sed quid ſi ſub conditione, vel in diem ſtipulanti ſimpliciter reſpondeam:* Promitto?

R. Valet ſtipulatio: Quia ad prius interrogata me obligaſſe videor. *h.* §. 5.

15. *An idem, ſi imperſonaliter reſpondeam, v. gr.* Dabuntur?

Reſp. Aff. Quia & ſic ob præcedentem interrogationem perſonalem, de me ſenſiſſe

ſe videor. *arg. h. §. 5. & L. 1. §. 2. de V. O.* Aliud in *Conſtituto, Auth. Si quando C. de Conſtit. pecun.* niſi & hoc prævia interrogatione factum, de quo *vid. Diſp. noſtr. de Jure imperſon. C. 2. n. 16.*

Ad §. 6. 16. *Valetne, ſi ab eo ſtipuler, quem in poteſtate habeo,* v. gr. *ſervo aut filio, vel contra?*

Reſp. Neg. *h. §. 6.* Quia hæ perſonæ pro una habentur, *L. ult. C. de Impub. & al. Subſtit.* Unde nec ullus alius Contractus inter eas ſubſiſtit. *L. 2. ff. de Contr. Emt.* Niſi filius de *peculio caſtrenſi* vel *quaſi* ſtipuletur. *L. 4. ff. de Judic.* Idem ſi de peculio *adventitio extraordinario*, ob generalitatem. *Nov. 117. c. 1.*

17. *An ergo quoad obligationem nulla differentia eſt inter Servum & Filiumfam.?*

R. Aff. Servus enim non ſolum Domino non obligatur, ſed nec ulli alii. *h. §. 6.* Licet hoc aliter in *noſtris Servis;* Filiusfam. vero aliis obligatur. *L. 43. ff. de O. & A.* excepto mutuo. *§. 7. I. Quod cum eo, qui in al. poteſt.*

Ad §. 7. 18. *An, qui mutus eſt, aut ſurdus, ſtipulari poteſt?*

R. Neg. Quia *ille* non poteſt loqui;

Digitized by Google

qui; *hic* vero non audire, & ſic nec congrue reſpondere, *h.* §. *7.* Quamvis *hodie*, remiſſa ſtipulationis ſolennitate, nullum dubium ſit, quin nutu ſe obligare poſſint Surdus & Mutus. *Vid. Stryk. de jure Senſ. Diſſ.* 4. *c.* 3. *n.* 19.

19. An Furioſus? *Ad* §. 8.

Reſp. Neg. Quia nullum negotium gerere poteſt, cum non intelligat, quid agat. *h.* §. *8. L. 5. & 40. de R. J.*

20. An Impubes? *Ad* §. 9.

Reſp. Aff. Si ſit infantia major, & *alium ſibi* obligare velit; Alias *ſi ſe aliis*, Tutoris autoritate opus. *h.* §. *9.* *Vid. ſupra tit de Anthorit. Tut.*

21. *Quid ſi in poteſtate parentis ſit impubes, an quoque tunc auctore Patre obligatur?*

R. Neg. *h.* §. *9.* Quia cum filius Patri acquirat, Pater in re propria fieret author, quod eſt contra §. *fin. I. de Author. Tut.*

22. *Valetne ſtipulatio, cui impoſſibilis conditio adjecta?* *Ad* §. 10. & 13.

R. Neg. Si *affirmative* adjecta, v. gr. *Dabiſne 10. ſi cœlum digito attigero?* Quia luſiſſe videntur contrahentes, *L.* 31. *ff. de O. & A.* Secus, ſi *negative*, v. gr. *ſi cœlum digito*

Digitized by Google

gito non attigero? *h.* §. 10. cum ita certum ſit, fieri non poſſe, quod alter noluit factum: Idem in *aliis Contractibus. d. L.* 31.

23. *An eadem diſtinctio adhibenda, ſi conditio ſit Lege impoſſibilis, ſeu turpis?*

R. Neg. Sed hæc tam *affirmative*, quam *negative* adjecta, vitiat contractum, §. 23. *h. t. L.* 61. *ff. Eod. & L.* 7. §. 3. *ff. de Pact.* Et quod ita ſolutum, per Condictionem ob turpem cauſam repetitur. *L.* 2. *pr. & L.* 4. §. 2. *ff. de Condict. ob turp. cauſ.*

Ad §. 24. *Quid ſi inter abſentes facta Verbo-*
11. & *rum obligatio, an valida?*
16. R. Neg. *h.* §. *11.* Quia ad illam requiruntur verba ore prolata. *L.* 1. *pr. de V. O.* Hodie omnino.

25. *Qua ratione ergo probanda præſentia, ſi alter ſe præſentem fuiſſe negat?*

Reſp. *Vel* per Teſtes; *Vel* per inſtrumenta, quæ præſto fuiſſe, vel promiſiſſe partes indicant, *h.* §. *11.* Pro Inſtrumentis enim militat præſumtio *veritatis & ſolennitatis. L.* 14. *in fin. C. de Contr. ſtipul.*

26. *Annon autem, non obſtante Inſtrumento, nihilominus contrarium probari poteſt?*

R. Aff.

Digitized by Google

Reſp. Aff. Si quis *v gr.* per Teſtes vel ſcripturam doceat, ſe toto eo die, quo confectum inſtrumentum, in aliis locis fuiſſe. *h.* §. *11.* & *d. L. 14. C. de Contrah. Stipul.*

27. *Valetne ſtipulatio poſt mortem concepta, vel pridie, quam moriatur ſtipulator vel promiſſor?* Ad §. 12.

R. *Olim* non valebat; Sed *hodie* omnino, *h.* §. 12. cum poſſint hodie actiones ab hæredibus, & contra hæredes inchoare. *Rubr. Cod. ut act. & ab hæred. & contr.*

28. *Quid ſi præpoſtere facta, v gr.* Si navis *cras* ex Aſia venerit, tunc *hodie* dare ſpondes? Ad §. 13.

Reſp. *Olim* itidem non valebat, *h.* §. 13. Quia ante conditionis eventum concipiebatur, *arg.* §. 4. *I. de V. O.* Sed *hodie* pariter valet, & præpoſtera verba pro non adjectis habentur. *h* § 13.

29. *Quid ſi*, cum moriar, *dare promittam: vel* cum morieris, *a te ſtipuler?* Ad §. 14. & 15.

R. Utilis eſt ſtipulatio, *h.* §. 14. Quia in extremo vitæ momento exiſtere creditur hæc conditio, *L. ult. ff. de Condit & dem.* Idem ſi poſt mortem *alterius* ſtipuler. *h.* §. 15.

30. *An, qui plures res ſtipulanti ſimpliciter reſpondet:* ſe daturum, *ad omnes tenetur?* Ad §. 17.

Reſp.

Reſp. Aff. *h.* §. *17.* Quia ad omnes reſpondiſſe videtur. §. *5. in fin. h. t.*

31. Quidſi vero unam ex illis ſe daturum ſpoponderit?

Reſp. Si *copulative* interroganti ita ſpoponderit, quoad iſtam rem tenetur, *h.* §. *17.* Quia ſic tot ſunt ſtipulationes, quot res: Secus ſi *disjunctive:* Nam ſic quoque disjunctive reſpondendum, *L.* 83. §. 2. *ff. de V. O. Vid. Zœſ. ad ff. tit. Eod. n.* 25. Quamvis *hodie* in vim pacti etiam hæc reſponſio valere poſſit.

Ad §. 21. *32. Poſſumne rem alienam ſtipulari in caſum, quo mea eſt futura?*

Reſp. Neg. *arg. L.* 159. *de R. J.* Vid. *Qu.* 4. *h. t.*

Ad §. 22. *33. Quid ſi error contigerit in ſtipulatione, an ea propter infirmatur?*

R. Aff. Si error ſit in ipſo *corpore,* vel re, *h.* §. *22.* Quia ſic incongrua reſponſio, *h.* §. Add. *L.* 83. §. 1. *de V. O.* Secus ſi in *nomine*, vel *materia*, *L.* 32. & 22. *Eod.* Quamvis hoc caſu, ſi ſciens me feſellerit promiſſor, teneatur actione doli. *d. L.* 22.

34. *An*

Digitized by Google

34. An ex ſtipulatione, cujus conditio poſt mortem Stipulatoris, vel promiſſoris extitit, tenentur hæredes? *Ad §. 24.*

R. Aff. *h.* §. 24. *& arg. L.* 13. *C. de Contr. Stipul.* Vid. *ſupra Qu* 20. *de V. O.*

35. Intra quod tempus res ſimpliciter promiſſa præſtanda. v. gr. *fundus* &c? *Ad §. fin.*

R. Intra illud tempus, quo *commode* tradi poteſt. *h. §. fin.* Vid. *ſupr. Qu. 9. de V. O.*

Tit. XXI.
De
FIDEJUSSORIBUS.

1. Quid eſt Fidejuſſio? *Ad pr.*

R. Eſt Contractus verbalis, quo quis ad majorem Creditoris ſecuritatem pro principali Debitore ita ſe obſtringit, ut hic nihilominus maneat obligatus. *h. pr. & L. 1. §. 8. ff. de O. & A*

2. Quomodo fit Fidejuſſio?

Reſp. Per Stipulationem, *L. 12. C. h. t.* Quæ ratio eſt, cur hic titulus prioribus ſubjiciatur; *Hodie* nudo quoque

pacto. *arg. L. 1. ff. de Pact. Carpz. P. 2. C. 19. def. 17.*

3. Differtne Fidejuſſor ab Expromiſſore?

R. Aff. *Expromiſſor* enim Principalem Debitorem ab obligatione liberat, & ſolus manet obligatus, *L. ult. ff. ad SC. Maced.* Non etiam *Fidejuſſor*, ſeu Adpromiſſor. *L. 5. §. 2. ff. de V. O.*

4. Qui poſſunt fidejubere?

Reſp. Qui promittendo ſe obligare poſſunt, & in ſpecie non prohibentur, uti *fœminæ* ob SC. Vellejanum, *t. t. ff & C. Ad SC. Vellej.* Et *Milites. L. 31. C. Loc.*

Ad §. 1. *5. Cui Obligationi accedere poteſt Fidejuſſor?*

Reſp. Omni, qualitercunque contractæ, *h. §. 1.* Excepta Dotis reſtitutione, utpote pro qua *Fidejuſſor* intervenire nequit, *t. t. C. Ne Fidejuſſ. dot. dent.* Niſi moribus quorundam locorum, præſertim Pomeraniæ. *Mev. P. 2. Dec. 367. num. 6.* Add. *Carpz. P. 2. C. 42. def. 16.*

6. An ergo acceſſoriæ quoque obligationi accedere poteſt Fidejuſſor?

Reſp. Aff. Poteſt enim Fidejuſſori alius Fidejuſſor dari, *L. 8. §. fin. & L. 27. §. 2. & fin. ff. h. t.* Qui dicitur *Succedaneus*, Germ. Ein Rückbürge.

7. Quo-

Digitized by Google

7. Quomodo differt Fidejuſſor Succedaneus a Fidejuſſore indemnitatis, dem Schadloß-Bürgen?

R. *Ille* datur *in gratiam primi Fidejuſſoris*, ſi hic a Debitore ſolutam ejus nomine pecuniam recuperare nequeat, *dd. text. Hic* autem *in gratiam Creditoris*, ſi hic a Debitore, vel ejus Fidejuſſore non poſſit ſuum conſequi. *L.* 116. *de V. O & L.* 21. *ff. de Solution.*

8. Quid ſi Obligatio ſit naturalis tantum, an & huic accedere poteſt Fidejuſſor?

R. Aff. *h. §. 1. L. 6 §. ſ. & L. 16. §. 4. ff. h. t.* Modo ſit plena, *L. 7. h. t.* utpote ſi quis pro Pupillo fidejuſſerit, *L.* 127. *de V. O.* &c. & non a Jure Civili infirmata, *v gr.* præſcriptione, ſic enim nulla Fidejuſſio. *L. 37. ff h. t*

9. An idem in obligatione Civili?

R. Aff. Si talis ſit, quæ pariat exactionem, *ut eſt* Obligatio ex re judicata, &c. *Vid. Qu.* 10. *ſupra de Obligat.* Secus ſi ob obſtantem exceptionem ſit inefficax. *L. 37. ff. h. t.* Vid. *Wiſſenb. ad ff. h. t. n.* 2.

10. Sed quid ſi ex Delicto veniat Obligatio?

R. Si delictum tale ſit, quod *pœnam pecuniariam* mereatur, adhuc admittendus Fidejuſſor, *L. 70. §. ult. ff. b. t* Secus, ſi *pœnam corporis afflictivam*, *L. 3. ff. de Cuſtod. Reor.* Quo tamen caſu interdum pro ratione delicti admittitur Fidejuſſor de judicio ſiſti, *L. 1. & ſeq. Eod. Carpz. Pr. Crim. Qu. 112. n. 35.*

Ad §. 2. 11. *Solusne Fidejuſſor tenetur ex fidejuſſione, an quoque ejus hæredes?*

Reſp. Etiam hæredes, *b. §. 2.* Utut de illis non expreſſe conventum, *L. 13 C. de Contrab. Stipul* modo non contrarium conventum, *arg L. 21. §. 2. ff. de Pact.*

Ad §. 3. 12. *An Fidejuſſio præcedere poteſt obligationem principalem?*

Reſp. Aff. Si *ordinem verborum*, ſeu *promiſſionem de fidejubendo* conſideres, *h. §. 3.* Secus ſi *effectum* obligandi. *L. 57. & 16. §. 5. ff. h. t.*

Ad §. 4. 13. *Poſſuntne Fidejuſſores ante Principalem Debitorem conveniri?*

R. Aff. *L. 2. 3 & 5. C. h. t.* Et quidem ſi plures ſint, ſinguli in ſolidum, *h. §. 4.* Sed hodie habent *Beneficium* ordi-

ordinis, ſeu *Excuſſionis*, *Diviſionis* & *Cedendarum actionum*.

14. *Quodnam eſt* Beneficium Excuſſionis?

R. Eſt privilegium in favorem illorum, qui *minus principaliter* tenentur, conceſſum, ne bonis principalis Debitoris nondum excuſſis, ipſi cum effectu conveniantur. *Nov. 4. c. 1. & Auth. Præſente. C. h. t.*

15. *An ſemper gaudent hoc beneficio Fidejuſſores?*

R. Aff. *dd. text.* Niſi (1) Debitor Principalis vel plane *non*, vel *difficulter* poſſit conveniri, *d. Nov. 4. c. 1.* Aut (2) bona non poſſideat, *d. Nov. & arg. L. 6 ff. de Dol. mal.* Aut (3) huic beneficio *in ſpecie* ſit renunciatum. *arg. L pen. C. de Pact. & L. 4. §. 4. ff Si quis caut in Judic. Carpz. P. 2. C. 17 def. 1. & ſeqq.*

16. *Quid eſt* Beneficium Diviſionis?

R. Eſt privilegium, in favorem illorum, qui *in ſolidum cum aliis* ſunt obligati, conceſſum, ne a ſingulis ſolidum, ſed tantum virilis portio exigatur. *dd text. & h. §. 4.*

Digitized by Google

17. *Quando locum habet hoc beneficium?*

Reſp. Quando illi, qui in ſolidum ſunt obligati, eo tempore, quo conveniuntur, *omnes* ſunt ſolvendo, *h.* §. *4. L. 26. & 51.* §. *pen. ff. h. t.* nec in *ſpecie* huic beneficio renunciarunt. *L. pen. C. de Pact.*

18 *Quid ſi vero Fidejuſſor, neglecto hoc beneficio, ſolidum præſtiterit Creditori, an regreſſum habet contra Confidejuſſores?*

R. Neg. *h.* §. *4.* Niſi beneficio *cedendarum actionum* fuerit uſus *L. 39 ff. & L. 11. C. h. t. Carpz. P. 2. C. 17. def. 15.*

19. *Quid eſt* Beneficium Cedendarum Actionum?

Reſp. Eſt privilegium in favorem illorum, qui pro aliis ſolvere tenentur, conceſſum, ne *prius* ad ſolutionem compellantur, quam ipſis a Creditore ceſſæ fuerint actiones, ei *quavis ratione* competentes, *L. 11. & 21. C. h. t. L. 76. ff. de Solut.*

20. *An ergo contra Reum quoque Principalem Fidejuſſori cedendæ ſunt actiones?*

R. Aff. *L. 13. & 36. ff. h. t. Nov. 4. c. 1. in fin.*

Digitized by Google

fin. Quod *utile;* ſi *v. gr.* Creditoris actio annexam habeat hypothecam, aut alias pinguior ſit. *Franzk. Libr.* 3. *Reſol.* 9 *num.* 28. Quamvis non *neceſſarium*, ob actionem jam tum Fidejuſſori contra Debitorem competentem. §. 6. *h. t. Brunnem. de Ceſſ. Action.* C. 3. *num.* 19.

21. *Ad quid tenentur Fidejuſſores?* *Ad* §. 5.

R. Ad omne id, quod tempore fidejuſſionis in obligatione principali fuit, *L.* 1. *C. h. t.* Et ſic etiam ad uſuras a Debitore principali promiſſas. *d. L.* 10. *&* *L.* 56. §. 2 *ff. Eod. Carpz. P.* 2. *C.* 19. *def.* 8.

22. *An ergo in duriorem cauſam, vel majorem ſummam accipi nequit Fidejuſſor?*

R. Neg. Quia non poteſt plus eſſe in acceſſione, quam erat in re principali, *h.* §. 5. In leviorem tamen poteſt, *v. gr.* pro debito puro ſub conditione obligari &c. *d.* §. *&* *L. Græce.* 8. §. 7. *ff. h. t.* Sicut & efficaciorem, *v gr.* pro debito ſimplici, ſub juramento, vel hypotheca adſtringi. *&c. Vid. L.* 7. *&* 16. §. 4. *ff. b. t.*

23. *Quid ſi tamen in duriorem cauſam acceptus Fidejuſſor, an penitus non obligatur?*

Reſp. Non obligatur, ſi cauſa ſit inſeparabilis,

bilis, v. gr. *ſi pro debito conditionali pure acceptus*, &c. prout intelligenda *d. L. Græce*. Secus ſi ſeparabilis, v. gr. *ſi in majorem ſummam acceptus :* Sic enim obligatur quoad concurrentem quantitatem. *arg. L.* 1, §. 4. *ff. de V.O.* Vid. *Qu.* 13. *ſupra de Inut. ſtipul.*

Ad §.6. & ſeqq. 24. *Quæ actio datur Creditori contra Fidejuſſorem?*

R. Ex ſtipulatu: Eſt enim Fidejuſſio ſpecies ſtipulationis, *L. 2. C. h. t.*

25. *Quæ Fidejuſſori contra Debitorem, pro quo ſolvit?*

R. Mandati, *h. §. 6.* ſi pro *ſciente & patiente* fidejuſſit, *L. Qui patitur. 18. ff. Mand.* Sin pro *ignorante*, Actio negotiorum geſtorum. *L. 20. §. 1. ff. Eod.*

26. *Annon etiam ante ſolutionem Fidejuſſor agere poteſt contra Principalem?*

R. Neg. *L.* 10. *C. Mand.* niſi vel (1) jam ſit condemnatus, vel (2) Debitor *poſt fidejuſſionem* bona dilapidare inceperit, *d. L.* 10. vel (3) in ſolutione facienda diu ceſſaverit. *L. Lucius.* 38. §. 1. *ff Eod.* Add. *Menoch. A. J. Q. Caſ.* 41.

27. *Sed quid, ſi Creditor ipſe actionem Debiti diſtulerit?*

Reſp. Poterit hoc caſu Fidejuſſor implorare Ju-

Digitized by Google

re Judicem, ut ad audiendas ſuas exceptiones citet Creditorem; eo vero non comparente ſuper exceptionibus pronunciet, & Creditori ſilentium imponat. *L. Si contendat.* 28. *ff. h. t.* Vid. *Lauterb. Diſp. ad illam Vol.* 3.

Tit. XXII.
De
LITERARUM OBLIGATIONIBUS.

1. *Quis dicitur Contractus* Literalis?

R. QUi præter conſenſum, ſcripturam requirit ad ſui perfectionem, ut eſt *Contractus Chirographarius. h. pr.*

2. *Quid eſt Contractus Chirographarius?*

R. Eſt contractus literalis, quo quis ex chirographo, in quo ſpe futuræ numerationis ſe accepiſſe confeſſus eſt, quod revera non accepit, poſt biennium *efficaciter* tenetur. *h.* §. *un.*

3. *Qualis ergo Actio oritur ex hoc Contractu?*

Reſp. Condictio certi ex chirographo, ad id, quod quis ſe accepiſſe confeſſus eſt, ſolvendum. *d.* §. *un.*

4. *Nonne hæc Condictio etiam intra biennium datur Creditori?*

Digitized by Google

R. Aff. Sed ſine effectu, cum intra illud tempus per exceptionem non numeratæ pecuniæ poſſit elidi. *h. §. & t. t. C. de non numer. pec.*

5. Sed quid ſi huic Exceptioni in Chirographo renunciatum?

R. Nihilominus opponi poteſt, cum & hæc renunciatio ſpe futuræ numerationis videatur facta; Aliud ergo, ſi quis ex intervallo renunciaverit, vel in alia ſchedula. *arg. L. 4. C. Eod. Carpz. P. 1. C. 32. def 65.*

6. Quem effectum habet hæc Exceptio?

R. Transfert onus probandi *numerationem* in Creditorem. *L. 3. C. Eod.*

7. Annon autem poſt biennium quoque poteſt opponi?

R. Neg. *L. 8. & 14. §. 2. C. de non numer. pec.* Quia debitor intra tantum tempus tacendo præſumitur pecuniam recepiſſe. *Sutholt. Diſſ. 14. ad Inſt. §. 66.* Niſi ipſe contrarium probare veſit, & *doli* convincere Creditorem. *L. 3. C. Eod. Carpz. d. C. 32 def 66. & 67. Mev. P. 2. Dec. 22.*

8. Sed quid ſi Creditor toto biennio non egerit, & ita ſcriptor ſyngraphæ excipere nequiverit, annon tunc poſt biennium audiendus?

R. Neg.

Digitized by Google

Reſp. Neg. quia potuiſſet intra biennium repetere ſyngrapham Condictione ſine cauſa, *L.* 2. & 4. *C. de Condict. ſine cauſ.* vel de pecunia non accepta proteſtari, *L.* 8. & 9. *C. de non num. pecun.* Quod dum non fecit, ſibi imputet.

9. In quibus negotiis locum habet hæc Exceptio?

Reſp. In omnibus, in quibus quis *ſpe futuræ numerationis* aliquid confeſſus eſt, *L. 15. C. Eod* v. gr. mutuo, dote. *d. L.* 15. Non etiam depoſito, &c. *L.* 14. §. 1. *C. Eod. Carpz. L.* 2. *Reſp.* 90. *n.* 3.

Tit. XXIII.
De OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

1. Quinam dicuntur Contractus Conſenſuales?

R. QUi *ſolo* conſenſu perficiuntur, nec vel rei traditionem deſiderant, vel verba, vel ſcripturam. *h. §. un. L. 2. §. 1. & L. 52. §. pen. & ult. ff. de O. & A.*

2. An ergo inter Abſentes fieri poſſunt hi Contractus?

Digitized by Google

R. Aff. *Veluti* per Epiſtolam, vel Nuntium. *dd. text.*

3. Ad quid autem alter alteri in illis obligatur?

R. Non tantum ad id, de quo expreſſe inter contrahentes conventum, verum etiam, quod ex bono & æquo, officio judicis præſtandum. *h. §. un.* Sunt ergo omnes bonæ fidei. *Vid. ſupra Qu.* 32. *de Obligat.*

4. *Quot ſunt ſpecies horum Contractuum?*

Reſp. Quinque: *Emtio-Venditio, Locatio Conductio, Emphitevſis, Societas* & *Mandatum. h. §. un.*

Tit. XXIV.

De EMTIONE ET VENDITIONE.

Ad pr. 1. *Quid eſt* Emtio-Venditio?

R. Est Contractus conſenſualis, de re pro certo pretio Emtori tradenda. *h. pr. & L. 1. §. f. ff. h. t.*

2. *In quo conſiſtit Subſtantia hujus Contractus?*

R. In conſenſu ſuper re & pretio. *h. pr. & L. 9. pr. ff. h. t.*

3. *An*

Digitized by Google

3. An ergo ante traditionem rei, vel numerationem pretii, Venditio eſt perfecta?

Reſp. Aff. *h pr.* Quamvis *cum effectu* ex ea agi non poſſit, niſi etiam ex parte agentis traditione rei vel ſolutione pretii ſit conſummata: ob obſtantem alioquin exceptionem implementi non ſecuti. *L. Julianus.* 13. §. 8. *ff. de act. emt.*

4. Annon etiam Scriptura requiritur ad Venditionem?

R. Neg. *h. pr.* Niſi *in ſpecie conventum*, ne ſine ea valeat Contractus, *L. Contractus.* 17. *C. de Fide Inſtrum.* Alias tantum melioris *probationis* cauſa de ſcriptura actum videtur. *L.* 4. *ff. Eod. Carpz. P.* 2. *C.* 33. *def.* 12. & 13.

5. An arrhæ requiruntur?

R. Neg. Cum & hæ melioris ſaltem probationis cauſa intervenire ſoleant, ut ſc. ſint argumentum venditionis contractæ, *h. pr.* & *L.* 35. *pr. ff. h. tit.* Dicuntur *Germ.* Gottes-Pfennige, Handgiffte.

6. Sed quid ſi datæ fuerint, an cum diſpendio illarum licet uni contrahentium a venditione recedere?

 R. Neg.

Digitized by Google

Reſp. Neg. Si datæ *in venditionis jam perfectæ* conſirmationem, *L. 6. C. de Reſcind. Vend. & arg. L. 5. C. de O. & A.* Secus, ſi tantum in ſignum *venditionis adhuc perficiendæ*, quam *v. gr.* in ſcriptis fieri placuit: Sic enim ſi Emtor amittere velit, quas dedit; Venditor vero duplicatas reſtituere, a venditione recedere poſſunt. *h. pr. d. L. 17. C. de Fide Inſtrum.* Vid. *Lauterb. Diſp. de Arrha, th. 100.*

Ad §. 1. *7. Quale Pretium requiritur ad Venditionem?*

Reſp. I. Verum, non ſimulatum; *L. 55. ff. h. t* II. Juſtum: *i. e.* rei venditæ proportionatum; *L. 2. C. de Reſcind. Vend.* III. Certum; *§ 1. h t.* IV. In pecunia numerata conſiſtens. *§. 2. h. t. & L. 1. §. 1. ff. Eod.*

8. An ergo Venditio uno nummo fieri non poteſt?

Reſp Neg. Quia hoc donationem ſaperet, *L. 46. ff Locat.* Niſi proportio ſit inter nummum & rem vendendam, utpote *ſi ſimila vendenda*, &c.

9. Qua-

Digitized by Google

9. *Qualis autem proportio requiritur inter pretium & rem vendendam?*

R. Non exacta, ſed civilis, ita, ut modicus exceſſus, vel defectus, qui ſcilicet eſt infra dimidium juſti pretii, *toleretur; L. 16. § pen. ff. de Minor. & d. L. 2. C. de Reſcind. Vend.* Modo dolus abſit, *L. 13. §. 4. & 5. ff. de Act. Emt.*

10. *Poteſtne in arbitrium alicujus tertii conferri Pretium?*

Reſp. Aff. *L. 7. ff. h. t.* Ita, ut valeat contractus, ſi tertius ille æſtimaverit; Non etiam, ſi vel noluerit, vel non potuerit æſtimare, *h. §. 3. & L. fin. C. Eod.*

11. *Quid ſi Tertius inique æſtimaverit?*

R. Hoc caſu æſtimatio ad arbitrium boni Viri, i. e. *Judicis* reducitur & corrigitur. *L. 76. in fin. & L. 78. ff. Pro ſoc.*

12. *An etiam in arbitrium Contrahentis conferri poteſt?*

R. Neg. *L. 13. C. & L. 35. §. 1. ff. h. t.* Quia alioquin in hujus poteſtate eſſet, num vellet obſtrictus eſſe, an non, *contra L. 7 pr. ff. h. t.* Conditio tamen, vel accidens aliquod in arbitrium con-

Digitized by Google

contrahentis conferri poteſt, v. gr. *ubi ſolvendum. §. pen. h. t.*

Ad §. 2. 13. Annon loco pecuniæ numeratæ alia res poteſt ab emptore dari?

R. Ex *poſtfacto*, conſentiente Venditore, poteſt, *L. 9. C. de Reſcind. Vend.* ita, ut nihilominus maneat Emtio-Venditio; Sed ſi *ab initio* de alia re danda conventum, Permutatio eſt, *arg. L. 13. pr. ff. de his, qui not. infam.* Licet venditionis nomine uſi contrahentes. *L. 6. ff. de P. V. & h. §. 2.*

14. *Quid ſi autem ab initio conventum, ut loco pretii partim res detur, partim pecunia?*

R. Si pecunia prævaleat, venditio eſt, alias permutatio *L. 6. C. de Pact. in t. Emt. & Vend.*

15. *Quid ſi utrumque æquivaleat?*

R. Sic videndum, quid inter partes actum; Quod ſi non appareat, præſumitur pro permutatione, ut Contractu antiquiori. *Carpz. P. 2. C. 32. def. 15.*

Ad §. 3. 16. Ad quem perfecta Emtione pertinet periculum rei venditæ?

R. Ad Emtorem, utut ipſi nondum tradita ſit res, *h. §. 3. & L. 8. ff. de Peric.*

Digitized by Google

Peric. & Commod. rei vend. Quia & commodum ad ipſum pertinet, *h. §. & L. 7. ff. Eod.* Et venditor licet adhuc ante traditionem Dominus ſit, eſt tamen ſimul debitor rei venditæ, unde ejus interitu merito liberatur. *L. 23. de V. O. Carpz. P. 2. C. 26. def. 20.*

17. ***An ergo Emtor, licet rem non fuerit nactus, tamen pretium pro ea ſolvere cogitur?***

R. Aff. *h. §. 3* Sufficit enim, quod interitus rei non poſſit imputari Venditori. *L. 5. §. ult. ff. de Reſc. Vend.*

18. ***Sed quid, ſi res a Tertio deteriorata, vel ablata, annon tunc tenetur Venditor?***

R. Si citra culpam ejus accidit, non tenetur, niſi tantum ad cedendas Emtori contra Tertium actiones, v. gr. *rei vindicationem, actionem furti, L. Aquiliæ, &c. h. §. 3.*

19. ***Quam culpam præſtat Venditor?***

R. Levem. *Vid. ſupra Qu. 53. de oblig.* Exceptio eſt in *rebus ſub menſura venditis*, v. gr. *vino deguſtato quidem, ſed nondum admenſo*, ubi culpa leviſſima præſtanda, de quo caſu *in L. 2. in f. & L. 3. ff. de peric. & Comm. rei vend.*

20. ***Nonne vero hæc aliquando aliter ſe habent & periculum quoque eſt Venditoris?***

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Utpote, ſi (1) genus venditum, uti intelligunt *L.* 14. §. 1. *ff. Eod.* (2) ſi ita conventum, *h.* §. 3. (3) Si dolus, culpa vel mora intervenerit Venditoris. *h* §. 3. & *L.* 4. *C. de Peric. & Comm. rei vend. Carpz. P.* 2. *C.* 26. *def. pen. & ult.* (4) Si res ex præcedente vitio perierit, *L.* 1. & *ult. C. Eod.* (5) Si venditio alternativa, de qua in *L.* 34. §. 6. *ff. de Contrab. Emt.*

Ad §. 4. 21. *Quot modis fieri poteſt Venditio?*

Reſp. Tribus: Vel enim *pure*, vel *in diem*, vel *ſub conditione. h.* §. 4. & *L.* 41. *pr. ff. h. t.*

22. *Cujus eſt periculum, ſi venditio in diem facta?*

R. Si dies *traditioni* adjecta, Emtoris, quia ſic perfecta venditio, §. 2. *h t.* Sin *venditioni*, ut ſc. tunc tantum res ſit vendita, Venditoris, *d.* §. quia tunc ejus adhuc eſt res.

23. *Quid ſi ſub conditione facta Venditio?*

R. Hoc caſu, ſi res *tota* ante conditionis eventum pereat, periculum eſt Venditoris: Sin *pro parte*, vel *deterior* fiat, Emtoris, modo poſtea extiterit conditio, *L. Neceſſario.* 8. *pr. ff. de Per. & Comm.* utpote, quæ tunc ad tempus initæ venditionis retrotrahitur. *Vid. Brunn. Ex* 20 *ad Inſt. h.* §. *n.* 5.

24. *An*

24. An hoc in omni conditione verum?
R. Aff. de illa, quæ *ſuſpendit* venditionem, non quæ *reſolvit:* In hac enim omnino periculum interea eſt Emtoris. *L. 2. in fin. ff. de Addict. in diem.*

25. Quænam ſunt Conditiones, quæ reſolvunt Venditionem?
R. Illarum potiſſimum tres ſunt: I. *Addictio in diem*; II. *Lex Commiſſoria*; Et III. *Pactum de retrovendendo.*

26 Quid eſt Addictio in diem?
Reſp. Eſt pactum, quo res ita venditur, ut liceat Venditori rem venditam alii, intra certum diem meliorem conditionem offerenti, addicere. *l. 1. ff. de Addict. in diem.*

27. Quid Lex Commiſſoria?
Reſp. Itidem eſt pactum, quo res ita venditur, ut pretio intra certum tempus non ſoluto, res ſit inempta. *L. 1. 2. & 4. pr. ff. de Lege Commiſſ.*

28. Quid Pactum de Retrovendendo?
Reſp. Eſt conventio, qua id agitur, ut liceat Venditori rem venditam,

pre-

Digitized by Google

pretio reſtituto, quandocunque vel intra certum tempus redimere, *L. 2. C. de Pact. int. Emt. & Vend.* Dicitur *Germ.* ein Wiederkauff.

Ad §. *fin.* *29. Quæ res poſſunt emi-vendi?*

Reſp. Quæ in rerum natura ſunt, *L. 15. pr. ff. h. t.* aut eſſe poſſunt, *v. gr.* fructus, &c. *L. 8. pr. ff. Eod.* & ſunt in commercio. *L. 34. §. 1. ff. Eod.*

30. An ergo res ſacræ, religioſæ aut publicæ vendi nequeunt?

Reſp. Neg. *h. §. fin. & L. 6. pr. ff. h. t.* Vid. *Qu. 20. & 21. ſupra de R. D.* Niſi per accidens, cum univerſitate ſc. bonorum. *L. 22. & ſeq. h. t. & L. 62. de A. R. D.* Exemplum in Jure Patronatus. *c. 15. X. de Jur. Patron.*

31. Sed quid, ſi tamen venditæ fuerint illi, qui, tales res eſſe, ignoravit?

Reſp. Sic quidem reſpectu rei venditæ adhuc nulla eſt venditio, *arg. L 1. §. 9 ff. de O. & A.* Tenetur tamen Venditor, ſi *ſciens* ejuſmodi rem vendidit, Emtori actione ex Emto ad

Digitized by Google

ad intereſſe; *h. §. fin. & L. 70. ff. h. t.* Sin ipſe juſtam habuerit ***ignorantiæ*** cauſam, tantum ad refundendum pretium ***arg. L. 33. ff. Locat. & L. 11. §. fin. de Act. Emt.***

32. *An etiam vendi poteſt res aliena?*
R. Aff. Quia ſufficit, Emtori præſtitiſſe conditionem uſucapiendi *L. 25. §. 1. ff. h. t.* & ***L. 30. §. 1. ff. de Actione Emt.*** Ut tamen & hic, ſi Dominus rem ſuam revocet, Venditor teneatur actione ex Emto de Evictione, *L. 60. ff. & L. 6. C. de Edict.*

33. *Quid eſt Evictio?*
R. Eſt rei ab aliquo poſſeſſæ, ad petitionem illius, qui melius jus in re habet, per Judicem facta ablatio. *t. t. ff. & C. de Eviction.*

34. *Quotuplex eſt Actio, quæ oritur ex Emto - Vendito?*
Reſp. Duplex: *Emti* & *Venditi*, quarum quælibet directa eſt. *t. t. ff. & C. de Act. Emt.*

35. *Quæ eſt Actio Emti?*
Reſp. Quæ datur emtori, adverſus Venditorem, ad rem venditam cum omni emolumento tradendam. *L. 11. & 13 ff. Eod.*

36. Pot-

Digitized by Google

36. *Poteſtne cogi Venditor ad rem præciſe tradendam?*

R. Aff. *§. 2. I. de Donat. L. 11. §. 2. & L. 46. ff de Act. Emt.* Ut adeo præſtando intereſſe non liberetur, *L. 6. C. de Reſcind. Vend.* Quia non ad factum nudum obligatus eſt, ſed ipſius rei præſtationem, *L. 52. §. 1. de V. O.* Niſi *vel* non poſſit amplius rem tradere, *vel* Emtori placeat ob interceptam rei utilitatem ad intereſſe agere, *uti intell. L. 1. L. 11. §. 9. L. 12. ff. de Act. Emt. &c.*

37. *Quæ eſt Actio Venditi?*

Reſp. Quæ datur Venditori, contra Emtorem, ad pretium cum uſuris poſt moram perceptis præſtandum. *L. 13. §. 20. ff. & L. 13. C. de Act. Emt. L. 5. C. de Pact. int. Emt. & Vend.*

Tit. XXV.
De LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

Ad pr. 1. *Quid eſt* Locatio Conductio?

R. Eſt contractus conſenſualis, de re, pro certa mercede fruenda, vel opera præſtanda, *h. pr. & §. 1. L. 22. in fin. ff. Commun. div.*

2. *Quo-*

Digitized by Google

2. *Quotuplex ergo eſt?*

Reſp. Duplex: *Rerum* ſeu *fruendi*, qua uſus rerum, *v. gr.* ædium, fundi, &c. conceditur. *L. 9. pr. ff. h. t.* Et *operarum*, ſeu faciendi, qua operæ promittuntur; Et quidem vel nudæ indeterminate, quo caſu in ſpecie dicitur *Locatio Operarum;* Vel ita, ut ſimul certum quid fiat, v. gr. *ædes exſtruantur*, quo caſu dicitur *Locatio Operis*. Vid. *Franzk. ad ff. h. t. n. 76. & ſeq.*

3. *Quisnam dicitur* Locator in *hoc Contractu; quis vero* Conductor?

R. In *Locatione rerum* & *operarum in ſpecie* is dicitur *Locator*, qui uſum rei vel operis præſtat & mercedem accipit, *L. 7. & 11. §. 3. ff. h. t.* *Conductor* vero, qui pro uſu rei vel opera mercedem ſolvit. *d. L. 11. §. 3. & 4.* Sed in *Locatione operis*, qui eſt Locator operæ ſuæ, der ſeine Arbeit verdinget, ille dicitur *Conductor* reſpectu *operis* faciendi, *v. gr.* ædium, *L. 22. §. 2. ff. h. t.* & hic mercedem accipit; Qui vero eſt Conductor operæ; der etwas machen läſt, ille dicitur *Locator* reſpectu *operis*, des Dinges, das er machen läſt, & hic mercedem ſolvit. *Vid. Rebhan. Hodeg. Jur. Chart. 3. Crim. 4. §. 10.*

4. *In*

4. In quo conſiſtit Subſtantia Locationis Conductionis?

R. In Conſenſu ſuper re fruenda, aut opera præſtanda, & mercede. *h. pr. & L. 1. & 14. ff. Eod.*

5. Quæ res locari poſſunt?

R. Regulariter omnes, quæ ſunt in commercio, *arg. L. 34. §. 1. ff. de Contr. Emt.* & uſu non conſumuntur. *arg. L. 31. ff. h. t.*

6. Quæ Operæ poſſunt locari?

Reſp. Honeſtæ quæc. modo certa mercede poſſint æſtimari, *L. 5. §. 2. ff. de P. V.* ut ſunt omnes, quæ ex artibus *illiberalibus* dependent. *arg. L. 1. pr. ff. Si menſ. falſ. mod.*

7. Quotuplex Actio oritur ex hoc Contractu?

R. Duplex: *Locati* & *Conducti*, quæ quoque utrinque directa eſt. *h. pr.*

8. Quæ eſt Actio Locati?

Reſp. Quæ datur Locatori adverſus Conductorem, ad perſequendam mercedem, & rem *finito uſu* reſtituendam, ut & ſi quid præterea inter-

Digitized by Google

terſit Locatoris. *§. un. I. de Oblig. quæ ex conſ. L. 25. & 28. C. h. t.*

9. ***Annon aliquando ante finitum uſum agi poteſt ad rem reſtituendam?***

R. Aff. Et quidem (1) Si Locator ipſe *poſt contractum* indigeat re locata; *Vid. Carpz. P. 2. C. 37. def. 6.* (2) Si res *neceſſariam* requirat refectionem; (3) Si Conductor re abutatur; *L. Æde. 3. C. h. t.* (4) Si intra biennium penſionem non ſolvat. *L. 54. § 1. ff. b. t.*

10. *Quæ eſt Actio Conducti?*

R. Quæ datur Conductori adverſus Locatorem, ut ſibi re conducta uti liceat, &, ſi quid præterea interſit, præſtetur. *h. pr. L. 8. & 9 pr. ff. h. t.*

11. *Qualis requiritur Merces in Locatione?* *Ad §. 1.*

R. Perinde ut in Emtione, I. Vera, *L. 20. §. 1. h. t.* II. Juſta, civiliter ſcilicet, ob *L. 2. C. de Reſcind. Vend.* III. Certa, *h. §. 1. & L. 2. h. t.* IV. In pecunia numerata conſiſtens. *§. 2. h. t. & L. 5. § 2. ff. de P. V.*

12. ***An ergo quoque alieno arbitrio committi poteſt merces?***

Q R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Modo ille certam conſtituerit. *h. §. 1.* Vid. *Qu. 10. tit. præced.*

13. *Quid ſi ab initio nulla certa merces pro re vel opera conſtituta, ſed de ea poſtea conſtituenda conventum?*

R. Non eſt Locatio-Conductio, ſed Contractus innominatus: *do, ut facias*, vel *facio, ut des:* Unde præſcriptis verbis agendum, *h. § 1. & L. 22. ff. de P. V.*

14. *An idem, ſi ſimpliciter alicui res vel opera locata?*

R. Aff. *dd. text.* Niſi ex *more regionis* jam tum certa ſit merces. *L. Excepto* 18 *C. h. t.* Vid. *Diſp. noſtr. ad illam, Membr.* 1. §. 14 & 15.

Ad §. 2. 15. *Eſtne Locatio, ſi pro rei alicujus uſu aliam viciſſim dem utendam?*

Reſp. Neg. *h.* §. 2. Quia merces non conſiſtit in pecunia numerata: Eſt ergo iterum Contractus innominatus: *facio, ut facias. h.* §. 2.

16. *Sed annon aliquando etiam in alia re fungibili, quam pecunia, conſiſtere poteſt merces?*

R. Aff. de *Locatione rerum*, modo illa res, quæ loco mercedis datur, certa ſit, *v. gr.* ſi pro fundo locato 10. modii frumenti promittantur, *L.* 8. & 21. *C. h. t. L.* 35. *ff. Eod.*

Digitized by Google

Eod. Secus in *locatione operarum*, *L.* 5. §. 2. *ff. de P. V.* Quia ſi in hac pecunia numerata non daretur, confunderetur Locatio cum Contractu innominato: *do, ut facias.* Vid. *Hillig. ad Donell. L.* 13. *c.* 6. *lit. I.*

17. *Quid eſt* Emphyteuſis? *Ad* §. 3.

Reſp. Eſt contractus conſenſualis, de utili rei immobilis dominio transferendo, ſub lege meliorationis & certæ penſionis annuæ, in recognitionem dominii directi ſolvendæ. *h.* §. 3. *& t.t. C. de Jur. Emphyt.*

18. *Cujus juris eſt hic Contractus?*

Reſp. Juris Gentium: Neque enim Zeno Imper. hunc contractum introduxit, aut conſtituit, ſed tantum ab aliis contractibus ſeparavit. *h.* §. 3.

19. *Quotuplex eſt Emphiteuſis?*

Reſp. Duplex: *Eccleſiaſtica*, quæ in rebus Eccleſiæ; Et *Civilis*, quæ in privatorum quorumvis rebus conſtituitur. *Nov.* 7. *c.* 3. *& Nov.* 120. *c.* 1.

20. *Requiriturne Scriptura ad ejus conſtitutionem?*

R. Neg. de Emphyteuſi Civili, *arg.*

 h. §.

Digitized by Google

b. §. 3 niſi ad meliorem probationem, *L.* 1. *&* 3 *C. de Jur. Emphyt. Aff.* de Eccleſiaſtica, *L.* 14. §. 5. *& Auth. Hoc jus. C. de SS. Eccleſ.* Quod Praxis recipit. *Mev. P.* 3. *dec.* 289.

21. *An Emphyteuta alienare poteſt Jus Emphyteuticum?*

Reſp. Aff. *h.* §. 3. Requiſito tamen prius Domino, an ipſe emere velit, *L. fin. C. de Jure Emphyt.* Qui, niſi intra duos menſes declaraverit conſenſum, poſtea non amplius auditur. *d. L. fin in fin.*

22. *An ad hæredes transmittere?*

Reſp. Aff. *h.* §. 3. Sive Eccleſiaſtica ſit Emphyteuſis, ſive Civilis. *Nov.* 120. *c.* 6. §. 1. qua correcta *Nov.* 7. *c.* 3. *pr.* niſi aliter pacto conventum. *h.* §. 3.

23. *Ad quem pertinet damnum rei Emphyteuticæ?*

Reſp. *Particulare* ad Emphyteutam: Unde nec penſio ipſi ob ſterilitatem, *&c.* remittitur, *Carpz. P.* 2. *C.* 38. *def.* 19. Sed *totale*, ſeu ipſius rei interitus ad Dominum rei Emphyteuticæ pertinet. *h.* §. 3. *& L.* 1. *in f. C. de Jure Emphyt.*

24. *Quibus modis in ſpecie amittitur Emphyteuſis?*

R. Duo-

Digitized by Google

R. Duobus: (1) Canone in *Eccleſiaſtica* intra biennium, *Nov. 7. c. 3. §. 2.* in *Civili* intra triennium non ſoluto, *L. 2. C Eod.* (2) Alienatione abſque conſenſu Domini facta, de qua *praced. Qu.* 21.

25. Quæ Actio oritur ex contractu Emphyteutico?

Reſp. *Actio Emphyteuticaria*, quæ utrinque Directa, & tam Domino rei Emphyteuticæ datur, quam ipſi Emphyteutæ. *Lauterbach. in Compend. Jur. tit. Si ager vectig.*

26. Contra quem datur Domino rei Emphyteuticæ?

Reſp. Contra Emphyteutam ad id, ut rem Emphyteuticam curando & colendo meliorem reddat, & penſionem annuam ſolvat. *h. § 3. & L. 2. C. de Jure Emphyt.*

27. Contra quem Emphyteutæ?

Reſp. Contra Dominum, qui promiſit Emphyteuſin, ad rem in Emphyteuſin promiſſam tradendam, & utile Dominium transferendum. *dd. text.*

Digitized by Google

Ad §. 4. 28. *Qualis eſt Contractus, ſi artificem quendam rogem, ut pro certa mercede ex ſua materia opus mihi faciat?*

R. Eſt Emtio Venditio, *h.* §. 4. Neque enim Locatio operæ eſſe poteſt, niſi in re vel perſona *alterius.* *L.* 20. *ff. de Contr. Emt.* & *L.* 19 §. 7. *ff. h. t.* Vid. *Brunnemann. Ex.* 20. *ad Inſt. h.* §.

29. *An ergo, ſi materiam meam dedero, Locatio eſt?*

R. Aff. *h.* §. 4. Add. *L.* 34. *pr. ff. de Auro & arg. leg.*

Ad §. 5. 30. *Quam culpam præſtat Conductor?*

Reſp. Levem. *L.* 5. §. 2. *ff. Commod.* *Carpz. P.* 2. *C.* 37. *def.* 24. Niſi ipſe tanquam artifex aliquid faciendum conduxerit, *L.* 9. §. 5. & *L.* 13. §. 5. *ff. h. t.* aut negotium tale ſit, quod exactiſſimam diligentiam requirat, *uti h.* §. 5. *intelligendus.*

31. *An ergo caſum in re conducta non præſtat?*

R. Neg. *h.* §. 5. Niſi culpa præceſſerit caſum, *v. gr.* ſi cauſam dederit inimicitiæ, unde poſtea damnum ortum. *L. Si merces.* 25. §. 4. *ff. h. t.* aut etiam in ſe receperit caſum. *L.* 13. §. 5. *ff. h. t.*

32. Quid

32. *Quid ſi in fructibus contigerit damnum caſuale, annon hoc nocebit Conductori?*

R. Aff. de *fructibus jam perceptis*, cum horum Dominus ſit factus Conductor, *L.* 25. §. 1. *ff. de Uſur. & arg. L* 7. *pr. ff. in quib. cauſ. pign. tac.* Secus eſt in *nondum perceptis:* Unde, ſi in his contigerit damnum *intolerabile*, remittenda penſio a Locatore. *L.* 25. §. 6. *ff & L.* 8. *ac* 18. *C. h. t. Carpz. P.* 2. *C.* 27. *def.* 20.

33. *Tranſitne ad hæredes Locatio?* *Ad § fin.*

Reſp. Aff. Tam Locatoris, quam Conductoris. *h. §. fin. & L. 10. C h. t.* Niſi perſonæ induſtria electa, *arg. L.* 13. *C de Contr. ſtipul.* aut Locatio ad beneplacitum Locatoris, vel Conductoris facta: Sic enim morte ejus, qui eligere debebat, finitur. *L. Locatio.* 4. *ff. h. t.*

34. *An quoque ad Succeſſorem ſingularem, v. gr.* Emtorem, *&c. tranſit, ut ſc. & ille teneatur ſtare Locationi?*

Reſp. Neg. *L.* 9. *C. h. t.* ob reſolutum jus Locatoris, *arg. L.* 31. *ff. de Pignor. & Hyp.* Quorſum ſpectat Germ. Kauff gehet vor Miethe: Niſi *vel* aliter conventum, *d. L.* 9. *Vel* Conductori in re conducta hypotheca conſtituta; *Vel* etiam res locata ex juris neceſſitate in aliquem tranſlata, utpote *per ven-*

Digitized by Google

venditionem ſub haſta L. 8. §. 1. ff. de Reb. author. Jud. poſſid. Carpz. d. C. 37. def. 4.

TIT. XXVI.
De
SOCIETATE.

Ad pr. 1. *Quid eſt* Societas?

R. ESt contractus conſenſualis, de re, ſeu opera ad uberiorem quæſtum communicanda. *tot. hoc I. & ff. tit. Pro Soc.* Vulgo Maß-Copey, *Compagnie.*

2. *Quotuplex eſt?*

Reſp. Duplex: *Generalis*, quæ eſt omnium bonorum; Et *ſpecialis*, quæ certæ alicujus rei, vel negotiationis, veluti, *olei, vini aut frumenti emendi vendendique. h. pr. & L. 5. pr. ff. Eod.*

3. *Quot modis contrahitur Societas?*

R. Vel *ſimpliciter*, nulla rerum facta mentione, *L. 7. ff. h. t.* Vel *ſpecialiter*, de omnibus omnino bonis: *L. 3. §. 1. ff. Eod. Illo caſu* tantum illa communicantur, quæ ex quæſtu veniunt, ſeu opera cujusque, *d. L. 7. Hoc* vero omnia, quoc. titulo vel modo fuerint quæſita, v. gr. *hæreditatis, legata, &c. d. L. 3.*

4. *Quæ*

Digitized by Google

4. *Quæ poſſunt deduci in Societatem?* Reſp. *Res*, quæ ſunt in commercio, *L. 63. §. fin. ff. h. t.* Et *operæ* honeſtæ, *L. 53. & 57. ff. Eod.* Ad turpiter quæſita igitur communicanda Socius Socio non tenetur, *L. 52. & pen. ff. h. t.* Sicut nec ad præſtandum id, quod pœnæ nomine ob delictum ſolutum, *d. L. 52. §. ult.*

5. *Qua ratione communicantur Res in Societate?*

R. In *Societate omnium bonorum in ſpecie, res*, quæ *tempore Societatis initæ* exiſtunt, ipſo jure communicantur, ſine traditione, *L. 1. §. 1. & L. 2. ff. h. t.* Aliud in *poſtea quæſitis L. 74. ff. Eod.* Sed in *Societate bonorum ſimpliciter & particulari* actualis traditio requiritur. *arg. L. 85. §. 1. ff. h. t.*

6. *Quomodo Lucrum & damnum inter Socios communicatur?* Ad §. 1. & 2.

R. Si nihil inter eos hac de re conventum, æqualiter. *h. § 1 & l. 29. pr. ff. h. t.* Ita tamen, ut in Societate *bonorum ſimpliciter & particulari* ratio habeatur illatorum, *vel* operarum. *L. 6. & 80. ff. h. t.*

7. *An qualisc. conventio de Lucro & damno participando ſubſiſtit?*

 R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. *h.* §. *1.* & *2.* Excepta illa, qua unus tantum lucrum, alter vero ſolus damnum recipit, aut ejus partem absque ullo lucro, *arg. L. 63. in fin. pr. ff. h t.* Qualis ſocietas *Leonina dicitur in L.* 29. §. 2. *ff. h t* fabula *Phædr.* 5.

8. *Sed quid ſi inæquales partes lucri & damni ſint conſtitutæ, aut conventum, ut unus de lucro quidem participaret, ſed non de damno?*

R. Valent hujusmodi conventiones, modo juſta adſit cauſa inæqualitatis, *h.* §. 2. utpote quia alter plus operæ vel pecuniæ contulit, aut etiam plus periculi ſuſcepit. *L.* 29. *pr. h. t. Carpz. P.* 2. *C.* 30. *def.* 39.

9. *Quid ſi unus tantum pecuniam contulerit, an nihilominus conveniri poteſt, ut lucrum ſit commune?*

R. Aff. Quia ſæpe opera alicujus valet pro pecunia, *h.* §. 2. Quo tamen caſu ſoluta ſocietate integra ſors illata, reſtituenda conferenti, *arg. L.* 52. §. 2. *ff. h. t.* cum tantum quoad uſum cenſeatur communicata. *Gail.* 2. *Obſ.* 24. *n.* 6.

10. *Quodnam hic intelligitur Lucrum?*

R. Quod ſupereſt deducto omni damno. *h.* §. *2. in fin.* & *L. 30. ff. h. t.*

11. *Qua*

11. *Qua ratione communicabitur Lucrum; ſi de damni tantum partibus conventum, non lucri; aut vice verſa?* Ad §. 3.

Reſp. Eadem ratione, qua, ut damnum communicaretur, conventum. *h.* §. 3. Quæ enim partes in uno expreſſæ, in altero cenſentur repetitæ.

12. *Quot modis ſolvitur Societas?* Ad §. 4. 6. & 7.

R. Potiſſimum *quatuor:* I. Renunciatione, *h* §. 4. II. Morte Socii, §. 5. *h. t.* III. Fine negotii, ſuper quo contracta, §. 6. *h. t.* IV. Amiſſione bonorum, quorum cauſa eſt inita, *v. gr.* publicatione. §. 7. *h. t.* ceſſione. §. 8. *Eod.* &c.

13. *An etiam unius renunciatione invito altero tollitur Societas?*

Reſp. Aff. *L.* 65. §. 3. *ff. Pro Soc.* ob odium communionis, *L.* 77. §. 20 *de Legat.* 2. Niſi vel doloſe facta renunciatio, *h.* §. 4 vel intempeſtive. *L.* 14. *L.* 17. §. 1. & *d L.* 65. *ff. h. t.*

14. *Quid ergo juris, ſi doloſe aut intempeſtive renunciatio facta?*

Reſp. Tollitur quidem Societas quoad *Socium*, ita, ut ille poſtea quæſita non teneatur

Digitized by Google

tur communicare; Sed non etiam quoad *renunciantem*, utpote qui nihilominus id, *cujus intuitu* renunciavit, communicare tenetur, *b.* §. 4. *&* L. 65. §. 3 *ff. b. t.* Non etiam alia lucra, quæ non captavit, *dd. text.*

Ad §. 5. 15. *Annon ad hæredes tranſit Societas?*

Reſp. Neg. ob perſonæ induſtriam electam, *b.* §. 5. etiamſi, ut tranſiret, conventum, *L.* 59. *ff b. t.* Quia talis conventio repugnat naturæ Societatis, *L.* 65. §. 11. *Eod.* Actio tamen & emolumenta Societatis in hæredes tranſeunt, *L.* 63 §. 8. *b t.* Et ipſi, ſi idonei ſint, inchoata a defuncto perficere tenentur. *L.* 40. *b. t.*

16. *Quid ſi inter plures inita Societas, an & boc caſu, uno decedente, ſolvitur?*

R. Aff. Niſi aliter in coëunda Societate conventum. *b.* §. 5.

Ad §. 8. 17. *Nonne aliquando is, qui ceſſit bonis, nihilominus continuare poteſt Societatem?*

Reſp. Aff. Si ſc. vel ab initio tantum operas promiſerit. §. *2. b. t.* Vel eas poſtea, amiſſis bonis, promittat: Quo caſu nova videtur incipere Societas.

18. Quæ

Digitized by Google

18. *Quæ Actio oritur ex hoc contractu Societatis?* *Ad §. fin.*

R. *Actio pro Socio*, utrinque directa, *h. §. fin. & §. 2. l. de Pœn. tem. litig.*

19. *Qualis illa?*

R. Quæ datur alterutri Socio adverſus Conſocium, ad rem, vel operam in commune conferendam, & ſi quid præterea ex natura Societatis alterum alteri præſtare oportet. *l. 1. ff. Pro Socio.*

20. *Ad quam culpam Socius Socio tenetur?*

Reſp. Ad levem, *arg. L. 5. §. 2. ff. Commod. & h. §. fin.* Et quidem non *in abſtracto*, ſed in *concreto*, pro indole ſc. electi Socii: Qui enim parum diligentem ſocium ſibi adſumit, de ſe queri ſibique hoc imputare debet. *h. §. fin. & L. 52. §. 2. ff. Eod.*

Tit. XXVII.
De
MANDATO.

1. *Quid eſt* Mandatum? *Ad pr.*

R. Eſt contractus conſenſualis, de negotio ab alio commiſſo gratis

tis peragendo, *L. 1. ff. h. t.* dicitur *Germ.* Gewalt, Vollmacht.

2 Quotuplex eſt?

Reſp. Duplex: *Generale*, quod eſt ad omnia bona. *L. 6. §. 6. ff. h. t. & L. 58 ff de Procur.* & quidem vel *ſimpliciter*, vel *cum libera* poteſtate omnia illa agendi, quæ ipſe Dominus probabiliter facturus eſſet, *c. 4. de Procur. in 6.* Et *ſpeciale*, quod eſt certæ alicujus rei, *L. 1. §. 1. ff. de Procur.*

3 Quibus caſibus in ſpecie requiritur Mandatum ſpeciale?

R. Quoties *vel* de ſingulari Principalis præjudicio agitur, *vel* res totius cauſæ deciſionem concernit, *utpote* ſi tranſigendum, *L. 60. ff de Procur.* hæreditas adeunda, *L. 25 §. 5. de Acquir. hered.* &c. *Vid. Carpz. in Proceſſ. Tit. 5. art. 2. n. 3.*

4 Quomodo contrahitur Mandatum?

Reſp. Nudo utriusque conſenſu, *L. 1. pr. & §. 1. ff h t.* eoque vel *expreſſe*, vel *tacite* declarato, *utpote* ſi quis patiatur negotium ſuum geri, *L. Qui patitur. 18. ff. h. t.* acceptet literas alterius ſine proteſtatione, *Clem. 1. de Proc.* &c.

5. Cu-

5. *Cujus gratia contrahitur?* *Ad* § 1.

Reſp. *Regulariter* Mandantis. §. 1. & ſeqq. *h. t.* Aliquando etiam Mandantis & Mandatarii, *h.* §. 2. aut Mandantis & Tertii cauſa. *h.* §. 4. *h. t.*

6. *Annon etiam Tertii cauſa tantum contrahitur Mandatum, aut Tertii & Mandatarii?*

Reſp. Aff. §. 3. & 5. *h. t.* Quamvis enim ſic *ab initio* non interſit mandantis, incipit tamen *poſt mandatum* ſuſceptum ejus intereſſe, cum ob negotia Tertii mandata teneatur ipſi actione negotiorum geſt. *L.* 28. *ff. de Neg geſt.*

7. *Quid ſi Mandatarii tantum gratia intervenerit Mandatum?* *Ad* § 6.

Reſp. Hoc non eſt mandatum, ſed conſilium, & ob id nulla ex eo obligatio. *h.* §. 6. & *pr. h. t.*

8. *An ergo ex Conſilio quis non tenetur?*

R. Neg. Etiamſi non expediat illi, cui datum, cum liberum cuique ſit, apud ſe explorare, an ſibi expediat. *h.* §. 6. Niſi (1) fuerit *fraudulentum*, *L.* 47. *de R. J.* (2) cum *ſingulari quadam perſua-*

Digitized by Google

perſvaſione & *inſtigatione* datum, absque qua quis alias quod fecit, facturus non fuiſſet. *L. 6. §. 5. ff. h. t.* Qua ratione explicandus caſus *in fin. h. §.* propoſitus, ob verba: *non aliter.*

9. An ex Commendatione?

R. Neg. Si *generalis* ſit, ſeu *nuda*, *L. 12 §. 12 ff. h. t.* Secus, ſi *ſpecialis*, ſeu *non nuda*, qua ſe quis ad contrahendum inductus *Vid. Carpz. P. 2 C. 18. def. alt.*

10. *Quomodo differt Commendatio a Conſilio?*

R. In *Conſilio* quis alteri oſtendit & ſuggerit, quid in re dubia faciendum, *arg. h. §.* Non ita in *Commendatione.*

Ad §. 7. 11. *Quæ negotia poſſunt mandari?*

R. Honeſta & licita, non turpia, *h. § 7. & L Generaliter. 6 ff. de V. O.*

12. *An ergo ſi turpe quid mandatum, Mandans & Mandatarius non obligantur?*

Reſp. Non obligantur *inter ſe*, ut ſc. alter alterum ad intereſſe convenire poſſit actione mandati, *h §. 7 & L. 6. §. 3. h. t.* Obligantur tamen *illi*, qui ex mandato impleto læſus: vel *Reip.* ex delicto. *L. 11. §. 3. ff. de Injur.*

13. *An*

13. *An ad parem pœnam obligantur?*

R. Aff. *L. 15. ff. ad L. Corn. de Sic.* Niſi mandatarius parere habuit neceſſe, quo caſu in delictis non adeo gravibus ipſi parci ſolet. *L. 37. pr. ff. L. Aquil.*

14. *Quid ſi quis tantum vulnerari aliquem mandaverit, an mandatario occidente, tenetur de occiſo?*

R. Aff. Quia dum tale quid voluit, ex quo proxime mors ſequi potuit, ipſam cædem voluiſſe videtur, *arg. L. 5. ad L. Corn. de Sicar.* præſertim cum vulnera ad menſuram dari nequeant. *Carpz. Pr. Crim. Qu. 4. num. 21. & ſeqq.*

15. *Quomodo mandatum a Mandatario perficiendum?* *Ad* §. 8.

Reſp. Fideliter & juxta fines præſcriptos. *h. §. 8.* Hos enim ſi excedit, *v. gr.* rem pluris emendo, non id, quod mandatum, ſed aliud facere videtur. *L. 5. pr. ff. h. t.*

16. *An ergo Actionem Mandati tunc non habet?*

R. Quoad *exceſſum* non; *L. 41. ff. h. t.* Bene tamen quoad *concurrentem quantitatem*, *h.* §. 8. ne utile per inutile vitietur. contra *c. 37. de R. J. in 6.*

17. *Sed*

17. *Sed annon quoad exceſſum Actionem negot. geſtor. habebit, ſi utiliter geſſit negotium?*

R. Neg. Quia ex eo, quod invito Domino geſtum, non datur hæc actio, *L.* 40. *ff. h. t.* & *L. fin. C. de neg. geſt.* Niſi forſan non adeo *expreſſe* prohibitum, rem carius emere, *arg. d. L. fin. pr. Perez ad Cod. h. t. n.* 14.

18. *Quid ſi minoris emerit Mandatarius, an & tunc exceſſiſſe dicitur fines mandati?*

Reſp. Neg. Quia ſic non aliud egit, ſed id, quod tacite inerat mandato, *h.* §. 8. Ineſt enim majori ſummæ minor. *L.* 1. §. 4. *ff. de V. O.* Idem eſt, ſi pluris vendiderit, *L.* 3. *pr. ff. h. t.*

Ad §. 9. 19. *Quot modis finitur Mandatum?*

Reſp. I. Mutuo diſſenſu, §. *fin. I. Quib. mod. toll. obl.* II. Revocatione Mandantis, *h.* §. 9. III. Renunciatione Mandatarii, §. 11. *h. t.* IV. Morte alterutrius. §. 10. *h. t.*

20. *An quandocunque* revocari *poteſt Mandatum?*

Reſp. Aff. Quamdiu ſcil. res adhuc eſt integra, *h.* §. 9. *i. e.* nondum intereſſe cœpit Mandatarii. *L.* 8. §. 6. *h. t.* *Alias* ſi revocc-

vocetur, actio mandati competit Mandatario ad indemnitatem. L. 15. *ff. h. t.*

21. *Quomodo* morte *Mandantis finitur Mandatum?* *Ad* §. 10.

Reſp. Ita, ut *ſi res adhuc ſit integra*, nec Mandatarius illud implere teneatur, nec hæredes Mandantis, ſi poſtea impletum, inde obligentur. *L. 19. §. 3. in f. ff. de Donat.* Niſi *vel* per ignorantiam impletum, *h.* §. 10. & *L. 26. pr. h. t. Vel* poſt mortem mandantis demum impleri poſſit. L. 12. §. *ult.* & L. *ſeq. ff. h. t.*

22. *Quomodo morte mandatarii?*

Reſp. Ut quoque hujus hæredes poſtea nec implere poſſint mandatum, nec teneantur, *L. 27. §. 3. h. t.* ob perſonæ induſtriam electam, L. 57. *h. t.* Niſi jam fuerit a defuncto inchoatum, *arg.* L. 40. *ff. Pro Soc.* & hæredes ad id perficiendum ſint idonei. L. 1. *pr. ff. de Fidejuſſ. Tutor.*

23. *An quoque Mandatarius* renunciare *poteſt quandocunque mandato?* *Ad* §. 11.

Reſp. Aff. modo itidem res adhuc ſit integra, *i. e.* mandatum adhuc per mandantem, vel alium explicari poſſit; Alioquin

quin renuncians actione mandati tenetur ad Intereſſe, *L. 27. §. 2. h. t.* niſi ob juſtam aliquam cauſam excuſetur, *v. gr.* adverſam valetudinem, *&c. L. 23. & ſeqq. ff. h. t. & h §.*

Ad §. 12. 24. *Poteſtne ſub conditione vel in diem contrahi Mandatum?*

Reſp. Aff. *h. § 12.* Perinde ut alii contractus. *§. 2. I. de V. O.*

Ad §. fin. 25. *An merces promitti poteſt pro mandato expediendo?*

Reſp. Neg. Quia mandatum ſui natura eſt gratuitum. *h. § fin.* Honorarium tamen poteſt. *L. 6. pr. & L. 7. ff. h. t.* Quia hoc non compenſandi, ſed remunerandi gratia datur. *dd. text.*

26. *Qualis ergo erit Contractus, ſi merces promiſſa?*

R. Si *certa* & in *pecunia numerata* conſiſtens pro facto *locari ſolito* promiſſa, Locatio Conductio erit, *h. §. fin.* Alias Contractus innominatus. *§. 1. I. Locat.* Vid. *ſupra Q.* 18 *Quib. mod. re contr. obl.*

27. *Quænam actio oritur ex Mandato?*

Reſp. Actio Mandati *Directa* & *Contraria.*

28. Quæ

Digitized by Google

28. *Quæ eſt Actio Mandati Directa?*

Reſp. Quæ datur Mandanti, adverſus Mandatarium, ad id, ut mandatum præſcripto modo exequatur, &, ſi quid præterea ex bona fide præſtandum, præſtet. *L 5. pr. L. 45 pr. & L. 20. pr. ff. h. t.*

29. *Quam culpam tenetur præſtare Mandatarius?*

R. Leviſſimam. *L 13. & 21. C. h. t.* Niſi negotium tale ſit, quod exactiſſimam diligentiam non requirat, *ut eſt* Fidejuſſio, &c. Quorſum refer *L. 11. C. L. 29. pr. & §. 4. ff. h. t.* Vid. *B. Brunnemann. add L. 13. C. h. t.*

30. *Quæ eſt Actio Mandati Contraria?*

Reſp. Quæ datur Mandatario, contra Mandantem, ad indemnitatem ratione mandati conſequendam. *L. 10. §. 9. & L. 12. § 9. ff h. t.*

Tit. XXVIII.
De OBLIGATIONIBUS, QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR.

1. *Quinam ſunt Quaſi Contractus?* *Ad pr.*

R. QUi ex unius facto & alterius *præ-*

Digitized by Google

præſumpto conſenſu efficacem producunt obligationem. *L. 13 § fin. ff. Commod. & h. pr.*

2. *Quot illorum Species ſunt?*

R. *Sex:* I. Negotiorum geſtio. *§. 1. h. t.* II. Tutelæ Adminiſtratio, *§. 2. h. t.* III. Rerum communio, *§. 3. h. t.* IV. Hæreditatis communio, *§. 4. h. t.* V. Hæreditatis aditio. *§. 5. h. t.* VI. Indebiti ſolutio. *§. 6. Eod.*

Ad§. 1. 3. *Quid eſt* Negotiorum geſtio?

R. Eſt quaſi contractus, quo quis alterius *Ignorantis* negotia ſine mandato utiliter gerenda ſuſcipit. *h. § 1.*

4. *Quænam ex ea naſcuntur Actiones?*

Reſp. Negotiorum geſtorum *Directa* & *Contraria. h. §. 1.*

5. *Quæ cauſa harum Actionum?*

Reſp. Utilitas publica, ne ſc. abſentium negotia deſerantur. *h. §. 1. & L. 1. ff de Negot. geſt.*

6. *Quæ eſt Actio Negotiorum geſtorum Directa?*

R. Quæ datur Domino, cujus ſc. negotium geſtum, adverſus geſtorem, ad id,

id, ut rationes reddat, quod ex geſtione ad ipſum pervenit, reſtituat, & damna præſtet. *h. §. 1. L. 6. §. fin. & L. 8. §. 1. ff. de Neg. geſt.*

7. Ad quam culpam tenetur negotiorum Geſtor?

R. Ad leviſſimam, *h. §. 1. L. 24. C. de Uſur.* & L. 25. §. 16. *ff. Famil. erciſc.* cum ſe ipſum offerat, aliosque videatur prævertere, *arg.* L. 1. § 35 *ff. Depoſ.* Niſi rem plane *inutilem* ſuſceperit, aut alias *perituram*. Sic enim priori caſu etiam ad caſum L. 6. §. 3. & L. 11. *ff. de Negot. geſt.* poſteriori tantum ad latam culpam præſtandam tenetur. *L.* 3. §. 9. *Eod.*

8. Quæ eſt Actio Negot. geſtor. Contraria?

Reſp. Quæ datur Negotiorum Geſtori, adverſus Dominum, ad indemnitatem ratione negotii geſti conſequendam. *L. 2. in fin. & L. 19. §. pen. ff. Eod.*

9. An ergo quasc. Impenſas hac actione recuperat negotiorum Geſtor?

R. Tantum *neceſſarias* & *utiles*, L. 45. *pr. ff de Negot. geſt.* licet caſu aliquo eventum non habuerit, *L.* 11. §. 1. *ff. Eod.* Niſi ductu pietatis, aut affectionis ſingularis factæ, *L.*

Neſen-

Neſennius 34. *ff. Eod.* Vid. *Qu.* 13 *ſupra de Donat.* aut Domino prohibente. *L. fin. C. Eod.*

Ad §. 2. 10. *Quid eſt* Tutelæ Adminiſtratio?

R. Eſt quaſi contractus, quo Tutor ad perſonam & res pupilli fideliter gubernandas obligatur. *h.* §. 2.

11. *Quænam hinc oritur Actio?*

R. Tutelæ *Directa & Contraria. h.* §. 2. *& t. t. ff. & C. de Contrar. Tut. Act.*

12. *Quæ eſt Actio Tutelæ Directa?*

Reſp. Quæ datur Pupillo finita Tutela adverſus Tutorem, ut rationse reddat & damna reſarciat. *L.* 7. *&* 9. *C. Arbitr. Tut.*

13. *Quam culpam præſtat Tutor?*

Reſp. Levem. *d. L.* 7. Niſi ſe tutelæ obtulerit, aut præ contutoribus adminiſtrationem oblata ſatisdatione poſtulaverit, ubi etiam leviſſimam. *L.* 53. §. 2. *ff. de Furt.* Vid: *Hahn. ad Weſenb. tit de Tut & rat. diſtrab. num.* 5.

14. *Quæ eſt Actio Tutelæ Contraria?*

Reſp. Quæ datur Tutori, adverſus Pupillum, ad indemnitatem ratione Tutelæ geſtæ conſequendám. *h.* §. 2 *in fin.*

15. *Qui*

Digitized by Google

15. *Quid eſt* Rerum Communio? *Ad* §. 3.
Reſp. Eſt quaſi contractus, quo duo pluresve ſine conventione ſocietatis, in communionem rei alicujus ſingularis incidunt, & exinde ſibi invicem obligantur; *h.* §. *3.* veluti, *ſi duobus res una legata, donata* &c.

16. *Quænam ex hoc oritur Actio?*
Reſp. Communi dividundo. *h.* §. *3.* & *t. t. ff. Comm. div.*

17. *Quæ eſt actio Communi dividundo?*
Reſp. Quæ datur illis, qui res ſingulares habent communes, adverſus ſe invicem, ad res illas dividendas, commoda communicanda, damnaque & impendia ab alterutro facta reſtituenda. *d tit. Comm. divid.*

18. *Quam Culpam hic alter alteri præſtat?*
R. Levem, *L. 20. ff. End.* Et quidem in *concreto*, cum verſetur in re pro parte propria. *arg. L. 25.* §. *16. ff. Famil. erciſc.*

19. *Omniane impendia hac actione repetuntur?*
Reſp. Neg. Sed tantum neceſſaria, *h.* §. *3.*

Digitized by Google

h. §. *3.* De cæteris datur Actio negot. geſtorum, *utpote* ſi quis ſuam partem tantum reficere potuiſſet. *L.* 40. *&* *L.* 6. §. 2. *ff. de Negot. geſt.*

Ad §. 4 *20. Quid eſt* Hæreditatis Communio?

R. Eſt quaſi contractus, quo duo pluresve ad eandem hæreditatem vocantur, & exinde ſibi invicem obligantur. *h.* §. *4. & t. t. ff. & C. Famil. erciſc.*

21. Quænam hinc naſcitur Actio?

R. Familiæ erciſcundæ, *i. e.* hæreditatis dividendæ. *dd. Loc.*

22. Quæ eſt Actio Familiæ erciſcundæ?

R. Quæ datur Cohæredibus invicem ad res hæreditarias dividendas, ſumtusque ex hac cauſa factos, & damna pro competenti parte refundenda. *L. 19. 22. & 25. §. 16. Famil. erciſc.*

23. Sæpiusne agi poteſt hac actione?

R. Neg. *L.* 20. §. 4. *ff. Eod.* Quia tendit ad *integrum* hæreditatem dividendam: Si quæ ergo res indiviſæ poſtea reperiantur, actione communi dividundo de iis erit agendum. *d. L. & L.* 4. §. 2. *ff. Commun. div.*

24. Quid

Digitized by Google

24. *Quid eſt* Hæreditatis Aditio? *Ad* §. 5

R. Eſt quaſi contractus, quo hæres adeundo hæreditatem ad legata & fideicommiſſa, Legatariis & Fideicommiſſariis exſolvenda obligatur. *h.* §. 5. *& L.* 5. §. 2. *de O. & A.*

25. *Annon etiam Creditoribus defuncti ex hoc quaſi contractu obligatur hæres?*

R. Neg. *His* enim jam tum obligatus erat defunctus: Unde ex eodem contractu obligatus manet hæres, *arg. L.* 2. §. 2. *de V. O.* Sed *Legatariis* nondum obligatus erat: Unde quoad illos nova obligatione opus fuit in hærede, quæ oritur ex aditione. *h.* §. 5.

26. *Quæ Actio naſcitur ex hoc quaſi Contractu?*

R. Actio ex Teſtamento. *arg.* §. 2. *I. de Legat. & L.* 29. §. 3. *de Legat.* 3.

27. *Quænam illa?*

R. Quæ datur Legatariis & Fideicommiſſariis, adverſus hæredes, aut alias perſonas oneratas, ad conſequenda Legata & Fideicommiſſa. *dd. text.*

28. *Quid eſt* Indebiti ſolutio? *Ad* §. 6

Digitized by Google

Reſp. Eſt quaſi contractus, quo is, qui indebitum per errorem ſolutum accepit, ad ejus reſtitutionem obligatur. *h. §. 6.* Vid. *ſupra Qu.* 15. *Quib. mod. re contr. oblig.*

29. Quænam hinc proficiſcitur Actio?

Reſp. Condictio indebiti. *h. §. 6. & l. 1. ff. de Condict. indeb.*

30. Quæ eſt Condictio Indebiti?

Reſp. Quæ datur illi, qui ignorans indebitum ſolvit, adverſus illum, qui *per errorem* accepit, ad reſtituendum id, quod ſolutum. *dd. text. & L. 18. ff. de Condict. furt.*

31. Quodnam hic dicitur Indebitum?

Reſp. Quod vel non *vere*, vel ſaltem *jure naturali* non debetur; Aut debetur quidem, ſed non ei, cui ſolvitur, aut non ab eo, qui ſolvit. *L. 13. pr. L. 16. & L. 19. §. 1. & L. 69. §. fin. ff. de Condict. indeb.*

32. An ergo, quod jure naturali tantum debetur, ſi ſolutum, non repetitur?

Reſp. Neg. Quia etiam Condictio indebiti eſt naturalis, *L. 15. ff. Eod. Exemplum* in illo, qui

qui contra SC. Macedonianum ſolvit. *L. 9. in fin. & L. 10. ff. ad SC. Maced.* Aliud in *L. 60. pr. ff. de Condict. ind.* niſi obligatio naturalis ſimpliciter a Jure Civili reprobata, *uti* in *Pupillo*, *L. 41. ff. Eod. & Muliere intercedente*, *L. 40. pr. Eod.* aut ſaltem minus plena fuerit. *Zæſ. ad ff. tit. Eod. n. 9.*

33. *Annon & aliis caſibus ceſſat Condictio indebiti?* *Ad §. fin.*

R. Aff. Quoties ſc. *pietatis*, *L. 32. §. 2. ff. Eod* aut *tranſactionis* cauſa indebitum ſolutum, *L. 65. §. 1. Eod. utpote* ex iis cauſis, in quibus lis inficiando in duplum creſceret, nim. *L. Aquilia*, *Legato ad pias cauſas*, *h. §. fin. & Depoſito miſerabili. L. 1. §. 1. ff. Depoſ.*

TIT. XXIX.
PER QUAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQUIRITUR.

1. *Per quas Perſonas nobis acquiritur obligatio?*

R. PEr easdem, per quas res ipſæ nobis acquiruntur, de quibus cum ſupra *L. 2. tit. 9.* actum, nec quicquam novi in *h. tit.* proponatur, ad inibi dicta nos referimus.

Digitized by Google

TIT. XXX.
QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.

Ad pr. 1. *Quot modis tollitur obligatio?*

R. V*Ariis:* Quorum quatuor hic referuntur ab Imper. nim. I. *Solutio.* II. *Acceptilatio.* III. *Novatio.* IV. *Contrarius Conſenſus.*

2. *Quid eſt* Solutio?

R. Eſt modus obligationem diſſolvendi, per naturalem & actualem rei debitæ præſtationem, animo tollendi factam. *L. 19. pr. ff. de R. C. & L. 55. ff. de Solut.*

3. *Quis recte ſolvit debitum?*

Reſp. Quicunque liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem. *L. 15. ff de Solut.* Non ergo Pupillus, *d. L.* 15. Vid. *ſupra Qu* 12. *Quib. alien. lic. vel non:* Minores Curatorem habentes. *L. 3. C. de in Integr. reſtit.* &c.

4. *An etiam per alium ſolvi poteſt?*

R. Aff. Sive id fiat Debitore ſciente,

Digitized by Google

te, ſive ignorante, ſive invito, *h. pr.* ob intereſſe Creditoris: Modo *nomine Debitoris* fiat. *L. 5. C. de Solut. & L. 19. §. 1. ff. de Condict. indeb.*

5. *Dabiturne vero illi, qui pro invito ſolvit, actio adverſus illum, pro quo ſolvit?*

R. Neg. ob *L. fin. C. de Negot. geſt.* Niſi ei ceſſa fuerit a Creditore: Aliud in eo, qui *pro ignorante* ſolvit, utpote cui datur Actio negot. geſtor. *L. 43. ff. Eod.*

6. *Cui recte ſolvitur?*

R. Creditori cuicunque, *L. 49. ff. de Solut.* modo itidem liberam habeat rerum ſuarum adminiſtrationem. *arg. L. 15. ff. Eod.*

7. *Poteſtne aliud pro alio ſolvi invito Creditori?*

R. Neg. *h. pr. & L. 2. §. 1. ff. d. R. C.* Quia obligatio ita diſſolvenda, uti fuit contracta, *L. 35. de R. J.* Niſi (1) factum ſit in obligatione, *Vid ſupra Qu. 25. de V. O.* (2) res debita ſolvi non poſſit, utpote *ſi periit, L. 68. ff. de R. V.* Sic ſi pecunia deſtituatur Debitor, alia bona in ſolutum offerre poteſt. *Nov. 4. c. fin.* Add. *Rec. Imper. de Anno* 1654. §. So viel nun. 172.

Digitized by Google

8. An pro parte ſolvi poteſt?

R. Neg. *L. 9. C. de Solut.* ob incommoda particularis ſolutionis. *L. 3. ff. Famil. ercifc.* Niſi (1) altera pars ſit contentioſa, *L. 21. ff. de R. C.* (2) diverſæ ſint ſummæ, *L. fin. ff. Quib. mod. pign. ſolv.* (3) conſentiat Creditor, vel ab initio, *L. 41. §. 1. ff. de Uſur.* vel ex poſtfacto, *uti intelligenda verba fin. §. 1. h. t.* (4) Debitor injuria bellorum ſit admodum depauperatus. *d. Rec. Imper. alleg. loc. Mev. P. 5. Dec. 104.*

9. Quem effectum habet ſolutio?

R. Liberat non ſolum Debitorem Principalem, verum quoque Fidejusſores & Pignora. *h. pr. & L. 43. ff. de Solut.*

Ad §. 1. & 2. *10. Quid eſt* Acceptilatio?

R. Eſt modus obligationem *verbis contractam*, contrariis viciſſim verbis diſſolvendi, perinde, ac ſi revera ſolutio eſſet facta. *h. §. 1.*

11. Annon & aliæ obligationes, quam verbales, acceptilatione poſſunt tolli?

R. Neg. *h. §. 1.* Niſi prius per Aquilianam ſtipulationem in verborum obligationem fuerint transfuſæ. *§. 2. h. t.*

12. Sed

Digitized by Google

12. *Sed num hac ſtipulatione hodienum opus?*
R. Neg. Sed ſufficit hodie nudum pactum ad tollendam qualemcunque obligationem. *Carpz. P. 2. C. 19. def. 17.*

13. *Quid eſt* Novatio? *Ad* §. 3.

R. Eſt modus priorem obligationem tollendi, & aliam novam in ejus locum ſubſtituendi. *h. §. 3. & L. 1. ff. de Novat.*

14. *Quotuplex eſt?*

R. *Duplex*; Alia *in ſpecie ſic dicta*, Alia quæ dicitur *Delegatio. h. §. 3.*

15. *Quam dicis Novationem in ſpecie ſic dictam?*

R. Cum manentibus eodem Debitore & Creditore genus obligationis mutatur, *utpote* adjectione vel detractione diei aut conditionis, *h. §. 3.* Vel ſi quod ex emto debebatur, ex mutuo promittatur. *L. 6. C. Si cert. pet.*

16. *Quam Delegationem?*

R. Cum novus Debitor in locum prioris, novandi cauſa Creditori ſubſtituitur. *h. §. 2. & L. 11. pr. ff. de Nov.*

17. *Differtne hac Delegatio a Ceſſione nominis?*
R. Aff. In *illo enim* mutatur Debitor;

In *hac* Creditor: In *Illa* conſenſus requiritur Debitoris, non etiam in *hac*, *L.* 1. *C. de Novat.* In *Illa* a priori ſuo Creditore liberatur Debitor delegatus: In *hac* autem a cedente adhuc conveniri poteſt; quamdiu ſc res eſt integra. *L.* 3. *C. de Novat.* & *L* 23. §. 1. *ff. de hæred. vend.*

18. *Quomodo fit utraque Novatio?*

R. Per ſtipulationem, *h.* §. 3. Hodie etiam per pactum, *Carpz. L.* 5. *Reſp.* 105. *num.* 13. animo novandi initum. *h.* §. 3. & *L.* 2. *in fin. ff. de Novat.*

19. *Præſumiturne hic animus novandi?*

Reſp. Neg. Sed in *Delegatione* non minus, quam *Novatione* diſertis verbis hodie eſt exprimendus. *h.* §. 3. & *L. fin. C. de Novat. Carpz. P.* 2. *C.* 19. *def.* 14. & *d. L.* 5. *Reſp.* 105. *tot.*

20. *Quæ obligationes poſſunt novari?*

Reſp. Omnes, ſive naturales ſint, ſive civiles, ſive mixtæ, *L.* 1. §. 1. & *L.* 2. *ff. Eod.* Etiam futuræ, *L.* 8. §. 2. *ff. Eod.* v. gr. *conditionales:* Sed ita, ut novatio tum demum videatur facta, cum principalis naſcitur actio. *L.* 8. §. 1. & 2. *eod.*

21. *Quis eſt effectus Novationis?*

R. Si

Digitized by Google

R. Si *pure* aut in *diem certum* facta, ſtatim tollit priorem obligationem una cum acceſſoriis, *v gr.* fidejuſſoribus, &c. *L.* 4. *C. de Fidej.* & *h.* §. & aliam novam inducit; Sin *ſub conditione*, non, niſi exiſtente illa, *h.* § 3 & *d. L.* 8. §. 1.

22. Sed quid ſi nova obligatio ſit inutilis, ſeu ex ea agi non poſſit, v gr. ſi naturalis tantum, *an nihilominus tollitur prior obligatio?*

R. Aff. *h.* § 3. Utpote ſi *Pupillus* ſine Tutore expromiſerit, *L.* 1. *in fin ff. de Novat.* cujus ratio in *L.* 19. *de R. J.* Niſi a Jure Civili in ſpecie hæc naturalis obligatio ſit improbata, ut in *Servo*. *h.* § 3 Vid. *Vinn. ad Inſtit. h.* §. *n.* 5.

23. Quænam obligationes contrario conſenſu *diſſolvuntur?* *Ad* §. *fin.*

Reſp. Quæ ſolo conſenſu contrahuntur, *arg. L.* 35. *de R. J.* Modo res adhuc ſit integra, *h.* §. *fin. i. e.* nihil adhuc ab altero contrahentium præſtitum: Alioquin reſtitutione ejus, quod præſtitum, non tam diſſolvitur prior contractus, quam novus initur. *L.* 58. *in fin. ff. de Pactis.*

Digitized by Google

INSTITVTIONVM IMPERIALIVM
LIBER IV.
TIT. I.
De OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

Hactenus de Obligationibus ex Conventione, ſequuntur illæ, quæ ſunt ex delicto;

Ad pr. 1. *Undenam oriuntur Obligationes ex Delicto?*

R. OMnes ex *re ipſa* naſcuntur, *i. e.* ex ipſo maleficio, *h. pr. & L. 4. de O. & A.* Non tamen penitus excluſo *conſenſu*, cum eo ipſo, dum quis delinquit, etiam in pœnam conſenſiſſe videatur. *L. 34. ff. de Jure Fiſci. & L. fin. pr. ibi: ſua mente. C. Ad L. Jul. Maj.*

2. *Quid eſt Delictum?*

R. Eſt turpe factum contra Leges Reip. ſponte commiſſum. *L. 9. §. 5. ff. de Public. & Vectig.*

3. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: *Publicum*, de quo *in tit. ult. huj. lib.* agitur, & *Privatum. L. 2. §. 8. C. de J. V. E.*

4. *Quid*

Digitized by Google

4. *Quid eſt delictum privatum?*

R. Quod directo & principaliter in privatum committitur, adeoque ab hoc civili & privata actione vindicatur ad pœnam ſibi applicandam. *L. 3. §. ult. ff. de Prævar.*

5. *Quotuplex eſt delictum privatum?*

R. Aliud *Verum*, ſeu *proprium*; Aliud *Quaſi*, ſeu *improprium. h. pr.*

6. *Quid eſt delictum Privatum* Verum?

R. Quod ex animi propoſito doloſe committitur. *arg. L. 23. ff. de Furt.*

7. *Quot illorum ab Imperatore hic recenſentur?*

R. *Quatuor:* I. Furtum, II. Rapina, III. Damnum injuria datum, IV. Injuria. *h. pr.*

8. *Quid eſt* Furtum? *Ad §. 1.*

R. Eſt delictum privatum, quo res *& 2.* aliena mobilis, invito Domino, lucrifaciendi gratia, fraudulenter contrectatur. *h. §. 1.*

9. *Eſtne Furtum contra Jus naturale?*

R. Aff. *h. §. 1.* Jure enim naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, &

Digitized by Google

injuria fieri locupletiorem. *L. 206. de R. J.*

Ad §. 3. *10. Quotuplex hodie eſt Furtum?*

R. Duplex: *Manifeſtum & nec manifeſtum. h. §. 3. & Conſt. Crim. art. 157. & 158.*

11. Quid eſt Furtum manifeſtum?

R. In quo fur cum re furtiva *deprehenſus*, antequam ad eum locum, quo ea die permanere deſtinaverat, pervenit, *h. § 3. L. 3. §. 2 & L. 4 ff de Furt.* ehe er damit in ſein Gewahrſam gekommen. *d. art 158.*

12. Quid ſi tantum viſus fuerit Fur, an & tunc erit Furtum manifeſtum?

R. Neg. *L. 7. §. 1. ff de Furt.* Niſi videns ſimul acclamaverit, aut apprehendere conatus fuerit furem, *d. l. 7. §. 2.* ex qua *h. §. 3.* explicandus.

13. Quid eſt Furtum non manifeſtum?

R. In quo fur cum re furtiva dicto modo deprehenſus non eſt, ſed aliunde innotuit, *h. §. 3. & L. 8 ff. de Furt.*

Ad §. 4. *14. Quomodo olim dividebatur Furtum?*

Reſp. In ***Conceptum***, ***Oblatum***, ***Prohibitum*** & ***Non exhibitum***, *h. §. 4.* Sed hæc diviſio non

Digitized by Google

non tam ſpecies furtorum exhibet, quam actiones ratione furti olim introductas. *h.* §. 4.

15. *Quænam ergo fuit Actio Furti Concepti?*

R. Quæ dabatur adverſus illum, apud quem res furtiva teſtibus præſentibus, quæſita & inventa. *h.* §. 4.

16. *Quænam Actio Furti Oblati?*

R. Quæ dabatur ei, apud quem res furtiva deprehenſa, adverſus eum, qui eam hac mente obtulerat, ut apud illum alterum potius, quam apud ſe prehenderetur. *h.* § 4.

17. *Quæ Actio Furti Prohibiti?*

R. Quæ dabatur adverſus illum, qui furtum quærere volentem prohibuerat. *h.* §. 4.

18. *Quæ Actio Furti non exhibiti?*

Reſp. Quæ dabatur adverſus illum, qui rem furtivam, apud ſe quæſitam & inventam, non exhibuit. *h.* §. 4.

19. *Eccur hæ Actiones hodie in deſvetudinem abierunt?*

R. Quia regulariter hodie furtum in ædibus alienis inquirere non licet, ne ſc. ſecreta patrimonii pandantur, *L. 2. C. de Alim. pup. præſt. & L. 2. pr. in f. C. Qui & Quib quart. pars;* Niſi probabilia adſint *indicia*, vel publica id exigat *utilitas:* Tunc enim publica authoritate fieri poteſt, *Köppen. P. 1. Dec. 8. n. 5.*

20. *Quid*

Digitized by Google

20. *Quid ſi ergo tunc inventa ſit apud aliquem res furtiva, an ille præſumitur eam abſtuliſſe?*

R. Aff. *L. Incivilem.* 2. *C. de Furt.* adeo, ut propterea torqueri poſſit. *Conſtit. Crim. art.* 42. Niſi *vel* ſit integræ famæ, *vel* nominare poſſit ſuum authorem. *L. Civile.* 5. *C. Eod. Carpz. Pr. Crim. Qu.* 122. *n.* 39.

21. *Sed an nominato autore plane non tenetur, qui detinuit rem furtivam?*

R. Aff. Si *ſcienter* detinuerit & celaverit: Sic enim furti nec manifeſti eſt obnoxius, §. 4. cum non diſſimile crimen ſit, rapere & raptum celare, *L.* 9 *C. ad L. Jul. de vi publ.* juxta *vulgatum:* Der Häler iſt ſo gut als der Stehler.

Ad §. 5. 22. *Quæ eſt Pœna Furti?*

R. *Civilis* in furto *manifeſto* quadruplum eſt; In *non manifeſto* duplum: *h.* §. 5. quam nec hodie penitus abrogatam teſtatur. *d. Conſt. Crim. art.* 157. *& ſeq. Criminalis* autem hodie ſuſpendium eſt. *d. Conſtit.*

23. *Quam ob cauſam gravius punitur Furtum manifeſtum?*

R. Quia gravius eſt, manifeſto delinquere, quam occulte, *L.* 2. §. 24. *ff. de Vi bon. rapt.* quoties ſc. res eſt *per ſe* illicita, uti: *fur-*

furtum; Secus ſi tantum *certa ratione* illicita; uti *matrimonium:* Sic enim gravius eſt occulte delinquere, quam manifeſto. *L. fin. ff. de Rit. Nupt.*

24. Quando ordinarie locum habet Pœna ſuſpendii?

R. Quando furtum eſt violentum. *i. e.* cum armis vel effractione factum, ein geſliſſener gefährlicher Diebſtahl, *d. Conſt. art. 159.* Aut ſi non violentum, ter vel amplius commiſſum. *d. l. art. 162.* & quinque ſolidos aureos excedat, Vid. *Carpz. P. 4. C. 32. def. 5. & Pr. Crim. Qu. 78. num. 76.*

25. Eſtne juſta hæc ſuſpendii pœna?

R. Aff. Quia non tam *res*, circa quam delinquitur, quam *Legis transgreſſio* conſideranda; Inſuper indubium, poſſe Magiſtratum Politicum pœnam delicti Jure Divino morali prohibiti ad mortem extendere; & ſic quoque *furti.*

26. Quot modis committitur furtum? *Ad §. 6. & 7.*

R. Non ſolum naturali rerum amotione, ſed etiam abuſu rei, ex juſta cauſa apud ſe exiſtentis, *v. gr.* commodatæ, depoſitæ, oppignoratæ, *&c. h. §. 6. L. 54. pr. & §. 1. ff de Furt.* Niſi pro-

probabiliter Dominum conſenſurum exiſtimaverit, quia ſic ceſſat dolus. *h.* §. 7.

27. Ad quid autem tenetur, qui furtum uſus commiſit?

R. Ad duplum ejus, quod *intereſt* Domini. *L.* 12. §. *fin.* & *L.* 46. §. 1. *ff. Eod.*

28. Annon etiam pœna capitali tenetur?

R. Neg. Sed tantum extraordinaria; *Conſt. Crim. art.* 170. Quia res non invito Domino hic contrectatur, quam potius Lex contractus violatur. *arg. L. Tres tutores.* 55. §. 1. *ff. de Admin. tut. Carpz. Pr. Crim. Qu.* 85. *n.* 66. *ſeqq.*

Ad §. 8. *29. Eſtne furtum, ſi contra opinionem furantis volente Domino res*, v. gr. *commodata contrectetur?*

Reſp. Aff. Ob affectum furantis, *L.* 46 §. *pen. ff. de Furt.* Licet actio furti ideo Domino non detur, *juxta h.* §. 8. cum conſentiendo eam remiſiſſe videatur; Niſi ſervus ejus, alterius ſvaſu ipſi ſcienti furtum fecerit: Sic enim contra alterum ſvaſorem non ſolum actio furti, ſed & ſervi corrupti datur, propter malum *conſilium & exemplum. h.* §. & *L.* 20. *C. Eod.*

Ad §. 9. *30. An quoque Liberorum noſtrorum ſit furtum?*

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Si ſint in *poteſtate* noſtra, *b.* §. 9. Quo caſu id duplicabitur, quod intereſt Patris reſpectu operarum, cum ipſi homines non poſſint æſtimari, *L.* 1. § 5. *ff. de his, qui effud.* *Alias* ideo judicium publicum datur de plagio. *L. ult. C. ad L. Fab. de Plagiar.*

31. *Quid ſi res propria ablata, an hoc erit furtum?* Ad §. 10.

R. Neg. Niſi alius in ea jus habuerit, *v. gr.* pignoris, *b.* § 10. Uſusfructus. *L.* 15. §. 1. *de Furt.* retentionis. *L.* 53. §. *fin. ff. Eod.* &c. Quod furtum dicitur *poſſeſſionis* in § 1. *b. t.*

32. *An etiam furti tenentur illi, quorum ope & conſilio furtum factum?* Ad §. 11.

R. Aff. *h.* §. 11. & *L.* 53. *in fin. de V. S.* Quia ipſi videntur rem contrectaſſe. *arg. L.* 1. §. 1. *ff. de eo, per quem fact.*

33. *Quid ſi quis opem* tantum *adhibuerit?*

R. Si *ſciens* fecerit, ut furtum fieret, nihilominus tenetur, *L.* 36. *pr. ff. de furt.* Secus ſi per *Laſciviam* & non data opera. *h.* §. 11.

34. *Quid ſi Conſilium* tantum *dederit?*

R. Et

Digitized by Google

R. Et ſic tenetur, ſi conſilium ſit *ſpeciale* & inſtructorium, *L. 50. §. 3. ff. de Furt.* ad quod furtum ſecutum, *L. 52. §. 19. Eod.* Etiam *criminaliter* pœna laquei, ſi ultra 5. ſolidos de furto lucratus. *Vid. art. 177. d. Conſt. Alias* ſecus. *h. §. 11.*

Ad §. 12. *35. An furtum committunt liberi vel ſervi, Parentibus aut Dominis quid ſurripiendo?*

Reſp. Aff. Actione furti tamen non tenentur, *h. §. 12.* cum privatim posſunt coërceri, *L. 17. §. 1. ff. Eod.* nec alias ex ulla cauſa, nedum famoſa, inter has perſonas naſcatur actio. *h. §. 12.* Quod in noſtris ſervis, ſi *furtum gravius*, hodie non obſervatur, ſed perinde, ut alii fures puniuntur. *Carpz. P. 4. C. 38. def. 1. & Pr. Crim. Qu. 82. n. 55.*

Ad §. 13. *36. Quibus datur Actio Furti?*

Reſp. Omnibus, quorum intereſt ex *honeſta cauſa*, licet Domini non ſint. *h. §. 13. & L. 11. de Furt.*

37. An ergo Furi, qui rem iterum furto amiſit, non datur?

Reſp. Neg. Ne improbitate ſua actionem con-

conſequatur. *L.* 12. §. 1. & *L.* 76. §. 1. *ff. Eod.* Niſi *uſus*, vel *poſſeſſionis* tantum fur ſit; Nam ſic rem ex juſta cauſa penes ſe habuit. *L.* 48. §. 4. *ff. Eod.* Add. *L.* 12. §. 2. *Eod.*

38. *Daturne vero Creditori ob pignus ſubreptum?* Ad §. 14.

Reſp. Aff. idque ſive *culpa* ejus ſubreptum, quia tunc tenetur debitori actione pignoratitia, *L. 14. §. 6. ff. Eod.* Sive *ſine culpa*, quia adhuc expedit pignori potius incumbere, quam in perſonam agere. *h.* §. 14.

39. *Sed quid ſi debitor ipſe ſubripuerit pignus?*

R. Nihilominus Creditori contra eum datur hæc actio. *h.* §. 14. Ita tamen, ut hoc caſu tantum ſumma debita cum uſuris duplicetur, *L.* 87. *ff. Eod.* cum, ſi extraneus ſurripuerit, duplicanda ipſius pignoris æſtimatio. *d. l.*

40. *An etiam Conductori*, v. gr. *Sartori &c. cui res conficienda ſurrepta, datur hæc actio?* Ad §. 15.

Reſp. Aff. Si *culpa* ejus ſurrepta, *L. 14. §. 12. Eod.* Quia tunc tenetur Domino ad rei æſtimationem; Niſi non ſit ſolvendo; Sic enim ipſe Dominus furti agit,

Digitized by Google

agit, *h.* §. 15. cum locati propter inopiam Adverſarii agere non poſſit, *L. 6. ff. de Dol. mal.* & qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil ſit. *L. 12. pr. ff. de Furt.*

41. *An bonæ fidei Emtori datur, ſi res emta ſurrepta?*

R. Aff. *h* §. 15. Si *poſt traditionem* ſurrepta; Sin *ante illam,* Venditori datur, qui rem præſtare tenetur. *L. 14. pr. ff. de Furt.*

Ad §. 16. 42. *An Commodatario, cui res commodata furto ſubtracta?*

Reſp. Olim dabatur, perinde ut conductori, *L. 14. §. 16. Eod.* Sed hodie non aliter, niſi Dominus rei commodatæ ipſe ea uti nolit, ſed potius contra Commodatarium actione commodati experiri. *h. §. 16. & ult. C. Eod.*

43. *Num ergo in arbitrio commodantis eſt, an furem furti, an vero commodatarium commodati convenire velit?*

Reſp. Aff. Idque quia ſolius commodatarii gratia contraxit, nullo ad ſe redundante Commodo. Ut tamen uno convento,

Digitized by Google

vento, alterum porro convenire nequeat, quemcunque cauſæ exitum habuerit: Niſi rem eſſe ſurreptam *vel* ignoraverit, *vel* dubitaverit. *b §. 16. & d. L. ult.*

44. Quid ſi Depoſitario res depoſita ſurrepta, annon ille & actionem furti habebit? *Ad §. 17.*

Reſp. Neg. Sed hæc ipſi Domino competit rei depoſitæ, ob ceſſans intereſſe Depoſitarii, quippe qui regulariter de levi culpa non tenetur, & ſic nec ad rem ſurreptam Domino reſtituendam. *b.* §. 17.

45. Sed quid ſi lata culpa Depoſitarii res fuerit ſurrepta?

R. Nec ſic quidem actionem furti habebit; Licet enim ejus nunc interſit, non tamen ex *honeſta* cauſa, cum lata culpa dolo comparetur, *L.* 32. *ff. Depoſ.* Ex dolo autem nemo actionem conſequatur. *L.* 14. §. 3. *ff. de Furt. & L.* 12. §. 1. *Eod.*

46. An actione furti tenentur etiam Impuberes? *Ad §. 18.*

R. Aff. Si pubertati proximi ſint, & ſic doli capaces. *b.* §. *18. & L. 111. d. R. J.* Pœna tamen laquei communiter ipſis

ipſis remittitur, *arg. L.* 108. *de R. J.* niſi circumſtantiæ aggravent delictum. *Conſt. Crim. art.* 164.

Ad fin. §. 47. *Eſtne duplum vel quadruplum in actione furti mere pœnale?*

Reſp. Aff. Ut adeo præterea adhuc res ipſa peti poſſit. *h. §. fin. & L.* 54. §. 3. *ff. Eod.*

48. *Quibus autem Actionibus res ipſa petitur?*

Reſp. I. Actione ad exhibendum præparatoria, *L.* 7. §. 1. *ff. de Condict. Furt.* II. Rei vindicatione, aut III. Condictione Furtiva. *h. §. fin.*

49. *Quomodo differt Rei Vindicatio a Condictione Furtiva?*

Reſp. *Rei Vindicatio* adverſus poſſeſſorem rei furtivæ datur, licet ipſe non ſit fur; *Condictio* vero *Furtiva* adverſus furem ipſum, ejusve hæredem, licet non poſſideat, *h. §. fin.* Imo licet nihil ex delicto ad eum pervenerit, *L.* 9. *de Condict. furt* cum mora furis, *L.* 8. §. 1. *L. ult. ff. Eod.* perpetuetur obligatio. *L.* 91. §. 3. *ff. de V. O.*

50. Poſ-

Digitized by Google

50. *Poſſuntne hæ duæ actiones cumulari, ſeu una poſt alteram inſtitui?*

Reſp. Neg. Quia tendunt ad idem. *L.* 34. *§. ult. ff. de O. & A.*

51. *Sed annon Fure ſuſpenſo nihilominus ad rei furtivæ reſtitutionem poteſt agi contra hæredes?*

R. Aff. etiamſi res furtiva conſumpta: Quia pœnalia remedia non tollunt rei perſecutoria, *L.* 7. §. 1. *ff. de Condict. Furt.* cum tendant ad diverſa. Licet ſecus in Saxonia *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 80. *n.* 104. *& ſeqq. & P.* 4. *C.* 32. *def* 23. *Berlich. P.* 5. *Concl.* 45. *n.* 16. *& ſeqq.*

Tit. II.
De
VI BONORUM RAPTORUM.

1. *Quid eſt* Rapina?

R. EST delictum privatum, quo res aliena mobilis *violenter* & *palam* fraudandi & lucrifaciendi animo abripitur. *h. pr.* *Ad pr. & §§. ſeqq.*

2. *An ergo res aliena immobilis non poteſt rapi?*

Reſp. Neg. Sed illa dicitur invadi, §. 1. *h. t.* Hinc nec dejecto a poſſeſſione fun-

 di

20. *Quid ſi ergo tunc inventa ſit apud aliquem res furtiva, an ille præſumitur eam abſtuliſſe?*

R. Aff. *L. Incivilem.* 2. *C. de Furt.* adeo, ut propterea torqueri poſſit. *Conſtit. Crim. art.* 42. Niſi *vel* ſit integræ famæ, *vel* nominare poſſit ſuum authorem. *L. Civile.* 5. *C. Eod. Carpz. Pr. Crim. Qu.* 122. *n.* 39.

21. *Sed an nominato autore plane non tenetur, qui detinuit rem furtivam?*

R. Aff. Si *ſcienter* detinuerit & celaverit: Sic enim furti nec manifeſti eſt obnoxius, §. 4. cum non diſſimile crimen ſit, rapere & raptum celare, *L.* 9 *C. ad L. Jul. de vi publ.* juxta *vulgatum:* Der Håler iſt ſo gut als der Stehler.

Ad §. 5. 22. *Quæ eſt Pœna Furti?*

R. *Civilis* in furto *manifeſto* quadruplum eſt; In *non manifeſto* duplum: *h.* §. 5. quam nec hodie penitus abrogatam teſtatur. *d. Conſt. Crim. art.* 157. *& ſeq. Criminalis* autem hodie ſuſpendium eſt. *d. Conſtit.*

23. *Quam ob cauſam gravius punitur Furtum manifeſtum?*

R. Quia gravius eſt, manifeſto delinquere, quam occulte, *L.* 2. §. 24. *ff. de Vi bon. rapt.* quoties ſc. res eſt *per ſe* illicita, uti: *fur-*

Digitized by Google

furtum; Secus ſi tantum *certa ratione* illicita; uti *matrimonium:* Sic enim gravius eſt occulte delinquere, quam manifeſto. *L. fin. ff. de Rit. Nupt.*

24. Quando ordinarie locum habet Pœna ſuſpendii?

R. Quando furtum eſt violentum. *i. e.* cum armis vel effractione factum, ein geſliſſener gefährlicher Diebſtahl, *d. Conſt. art. 159.* Aut ſi non violentum, ter vel amplius commiſſum. *d. l. art. 162.* & quinque ſolidos aureos excedat, Vid. *Carpz. P. 4. C. 32. def. 5. & Pr. Crim. Qu. 78. num. 76.*

25. Eſtne juſta hæc ſuſpendii pœna?

R. Aff. Quia non tam *res*, circa quam delinquitur, quam *Legis transgreſſio* conſideranda; Inſuper indubium, poſſe Magiſtratum Politicum pœnam delicti Jure Divino morali prohibiti ad mortem extendere; & ſic quoque *furti.*

26. Quot modis committitur furtum? Ad §. 6. & 7.

R. Non ſolum naturali rerum amotione, ſed etiam abuſu rei, ex juſta cauſa apud ſe exiſtentis, *v. gr.* commodatæ, depoſitæ, oppignoratæ, *&c. h. §. 6. L. 54. pr. & §. 1. ff de Furt.* Niſi pro-

probabiliter Dominum conſenſurum exiſtimaverit, quia ſic ceſſat dolus. *h.* §. 7.

27. *Ad quid autem tenetur, qui furtum uſus commiſit?*

R. Ad duplum ejus, quod *intereſt* Domini. *L.* 12. §. *fin.* & *L.* 46. §. 1. *ff. Eod.*

28. *Annon etiam pœna capitali tenetur?*

R. Neg. Sed tantum extraordinaria; *Conſt. Crim. art.* 170. Quia res non invito Domino hic contrectatur, quam potius Lex contractus violatur. *arg. L. Tres tutores.* 55. §. 1. *ff. de Admin. tut. Carpz. Pr. Crim. Qu.* 85. *n.* 66. *ſeqq.*

Ad §. 8. 29. *Eſtne furtum, ſi contra opinionem furantis volente Domino res*, v. gr. *commodata contrectetur?*

Reſp. Aff. Ob affectum furantis, *L.* 46. §. *pen. ff. de Furt.* Licet actio furti ideo Domino non detur, *juxta h.* §. 8. cum conſentiendo eam remiſiſſe videatur; Niſi ſervus ejus, alterius ſvaſu ipſi ſcienti furtum fecerit: Sic enim contra alterum ſvaſorem non ſolum actio furti, ſed & ſervi corrupti datur, propter malum *conſilium* & *exemplum. h.* §. & *L.* 20. *C. Eod.*

Ad §. 9. 30. *An quoque Liberorum noſtrorum ſit furtum?*

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Si ſint in *poteſtate* noſtra, *h.* §. 9. Quo caſu id duplicabitur, quod intereſt Patris reſpectu operarum, cum ipſi homines non poſſint æſtimari, *L.* 1. § 5. *ff. de his, qui effud.* *Alias* ideo judicium publicum datur de plagio. *L. ult. C. ad L. Fab. de Plagiar.*

31. *Quid ſi res propria ablata, an hoc erit furtum?* *Ad* §. 10.

R. Neg. Niſi alius in ea jus habuerit, *v. gr.* pignoris, *h.* § 10. Uſusfructus. *L.* 15. §. 1. *de Furt.* retentionis. *L.* 53. §. *fin. ff. Eod.* &c. Quod furtum dicitur *poſſeſſionis* in §. 1. *h. t.*

32. *An etiam furti tenentur illi, quorum ope & conſilio furtum factum?* *Ad* §. 11.

R. Aff. *h.* §. 11. & *L.* 53. *in fin. de V. S.* Quia ipſi videntur rem contrectaſſe. *arg. L.* 1. §. 1. *ff. de eo, per quem fact.*

33. *Quid ſi quis opem* tantum *adhibuerit?*

R. Si *ſciens* fecerit, ut furtum fieret, nihilominus tenetur, *L.* 36. *pr. ff. de furt.* Secus ſi per *Laſciviam* & non data opera. *h.* §. 11.

34. *Quid ſi Conſilium* tantum *dederit?*

R. Et

Digitized by Google

R. Et ſic tenetur, ſi conſilium ſit *ſpeciale* & inſtructorium, *L. 50. §. 3. ff. de Furt.* ad quod furtum ſecutum, *L. 52. §. 19. Eod.* Etiam *criminaliter* pœna laquei, ſi ultra 5. ſolidos de furto lucratus. *Vid. art. 177. d. Conſt. Alias* ſecus. *h. §. 11.*

Ad §. 12. 35. *An furtum committunt liberi vel ſervi, Parentibus aut Dominis quid ſurripiendo?*

Reſp. Aff. Actione furti tamen non tenentur, *h. §. 12.* cum privatim poſſunt coërceri, *L. 17. §. 1. ff. Eod.* nec alias ex ulla cauſa, nedum famoſa, inter has perſonas naſcatur actio. *h. §.* 12. Quod in noſtris ſervis, ſi *furtum gravius,* hodie non obſervatur, ſed perinde, ut alii fures puniuntur. *Carpz. P.* 4. *C.* 38. *def.* 1. *&* *Pr. Crim. Qu.* 82. *n.* 55.

Ad §. 13. 36. *Quibus datur Actio Furti?*

Reſp. Omnibus, quorum intereſt ex *boneſta cauſa*, licet Domini non ſint. *h. §. 13. & L. 11. de Furt.*

37. *An ergo Furi, qui rem iterum furto amiſit, non datur?*

Reſp. Neg. Ne improbitate ſua actionem con-

Digitized by Google

conſequatur. *L.* 12. § 1. & *L.* 76. §. 1. *ff. Eod.* Niſi *uſus*, vel *poſſeſſionis* tantum fur ſit; Nam ſic rem ex juſta cauſa penes ſe habuit. *L.* 48. §. 4. *ff. Eod.* Add. *L.* 12. §. 2. *Eod.*

38. Daturne vero Creditori ob pignus ſubreptum? Ad §. 14.

Reſp. Aff. idque ſive *culpa* ejus ſubreptum, quia tunc tenetur debitori actione pignoratitia, *L. 14. §. 6. ff. Eod.* Sive *ſine culpa*, quia adhuc expedit pignori potius incumbere, quam in perſonam agere. *b.* §. 14.

39. Sed quid ſi debitor ipſe ſubripuerit pignus?

R. Nihilominus Creditori contra eum datur hæc actio. *h.* §. 14. Ita tamen, ut hoc caſu tantum ſumma debita cum uſuris duplicetur, *L.* 87. *ff. Eod.* cum, ſi extraneus ſurripuerit, duplicanda ipſius pignoris æſtimatio. *d. l.*

40. An etiam Conductori, v. gr. *Sartori &c. cui res conficienda ſurrepta, datur hæc actio?* Ad §. 15.

Reſp. Aff. Si *culpa* ejus ſurrepta, *L. 14. §. 12. Eod.* Quia tunc tenetur Domino ad rei æſtimationem; Niſi non ſit ſolvendo; Sic enim ipſe Dominus furti agit,

agit, *h.* §. 15. cum locati propter inopiam Adverſarii agere non poſſit, *L.* 6. *ff. de Dol. mal.* & qui non habet, quod perdat, ejus periculo nihil ſit. *L.* 12. *pr. ff. de Furt.*

41. An bonæ fidei Emtori datur, ſi res emta ſurrepta?

R. Aff. *h* §. 15. Si *poſt traditionem* ſurrepta; Sin *ante illam*, Venditori datur, qui rem præſtare tenetur. *L.* 14. *pr. ff. de Furt.*

Ad §. 16. *42. An Commodatario, cui res commodata furto ſubtracta?*

Reſp. Olim dabatur, perinde ut conductori, *L.* 14. §. 16. *Eod.* Sed hodie non aliter, niſi Dominus rei commodatæ ipſe ea uti nolit, ſed potius contra Commodatarium actione commodati experiri. *h.* §. 16. & *ult. C. Eod.*

43. Num ergo in arbitrio commodantis eſt, an furem furti, an vero commodatarium commodati convenire velit?

Reſp. Aff. Idque quia ſolius commodatarii gratia contraxit, nullo ad ſe redundante Commodo. Ut tamen uno convento,

Digitized by Google

vento, alterum porro convenire nequeat, quemcunque cauſæ exitum habuerit: Niſi rem eſſe ſurreptam *vel* ignoraverit, *vel* dubitaverit. *h* §. *16.* & *d. L. ult.*

44. Quid ſi Depoſitario res depoſita ſurrepta, annon ille & actionem furti habebit? *Ad* §. 17.

Reſp. Neg. Sed hæc ipſi Domino competit rei depoſitæ, ob ceſſans intereſſe Depoſitarii, quippe qui regulariter de levi culpa non tenetur, & ſic nec ad rem ſurreptam Domino reſtituendam. *h.* §. 17.

45. Sed quid ſi lata culpa Depoſitarii res fuerit ſurrepta?

R. Nec ſic quidem actionem furti habebit; Licet enim ejus nunc interſit, non tamen ex *honeſta* cauſa, cum lata culpa dolo comparetur, *L.* 32. *ff. Depoſ.* Ex dolo autem nemo actionem conſequatur. *L.* 14. §. 3. *ff. de Furt.* & *L.* 12. §. 1. *Eod.*

46. An actione furti tenentur etiam Impuberes? *Ad* §. 18.

R. Aff. Si pubertati proximi ſint, & ſic doli capaces. *h.* §. *18.* & *L. 111. d. R. J.* Pœna tamen laquei communiter ipſis

ipſis remittitur, *arg. L.* 108. *de R. J.* niſi circumſtantiæ aggravent delictum. *Conſt. Crim. art.* 164.

Ad §. fin. 47. *Eſtne duplum vel quadruplum in actione furti mere pœnale?*

Reſp. Aff. Ut adeo præterea adhuc res ipſa peti poſſit. *h. §. fin.* & *L.* 54. *§.* 3. *ff. Eod.*

48. *Quibus autem Actionibus res ipſa petitur?*

Reſp. I. Actione ad exhibendum præparatoria, *L.* 7. §. 1. *ff. de Condict. Furt.* II. Rei vindicatione, aut III. Condictione Furtiva. *h. §. fin.*

49. *Quomodo differt Rei Vindicatio a Condictione Furtiva?*

Reſp. *Rei Vindicatio* adverſus poſſeſſorem rei furtivæ datur, licet ipſe non ſit fur; *Condictio* vero *Furtiva* adverſus furem ipſum, ejusve hæredem, licet non poſſideat, *h. §. fin.* Imo licet nihil ex delicto ad eum pervenerit, *L.* 9. *de Condict. furt* cum mora furis, *L.* 8. §. 1. *L. ult. ff. Eod.* perpetuetur obligatio. *L.* 91. §. 3. *ff. de V. O.*

50. *Pos-*

Digitized by Google

50. *Poſſuntne hæ duæ actiones cumulari, ſeu una poſt alteram inſtitui?*

Reſp. Neg. Quia tendunt ad idem, *L.* 34. *§. ult. ff. de O. & A.*

51. *Sed annon Fure ſuſpenſo nihilominus ad rei furtivæ reſtitutionem poteſt agi contra hæredes?*

R. Aff. etiamſi res furtiva conſumpta: Quia pœnalia remedia non tollunt rei perſecutoria, *L.* 7. §. 1. *ff. de Condict. Furt.* cum tendant ad diverſa. Licet ſecus in Saxonia *Carpz Pr. Crim. Qu.* 80. *n.* 104. *& ſeqq. & P.* 4 *C.* 32. *def* 23. *Berlich. P.* 5. *Concl.* 45. *n.* 16. *& ſeqq.*

Tit. II.
De
VI BONORUM RAPTORUM.

1. *Quid eſt* Rapina? *Ad pr. & §§. ſeqq.*

R. ESt delictum privatum, quo res aliena mobilis *violenter* & *palam* fraudandi & lucrifaciendi animo abripitur. *h. pr.*

2. *An ergo res aliena immobilis non poteſt rapi?*

Reſp. Neg. Sed illa dicitur invadi, *§. 1. h. t.* Hinc nec dejecto a poſſeſſione fun-

 di

Digitized by Google

di actione ex hoc delicto ſuccurritur, ſed interdicto de vi & vi armata. *L. 1. C. h. t.*

3. Quæ eſt Actio ex hoc Delicto?

Reſp. Præter actionem Furti tam manifeſti, *L.* 80. §. 3. *ff. de Furt.* quam non manifeſti, *L.* 1. *ff. h. t.* propria ex eo Actio eſt *Vi bonorum raptorum*, a Prætore introducta. *h. pr.*

4. Cur Prætor hanc Actionem introduxit?

R. Ut innoteſceret, etiam eum curam agere reprimendæ violentiæ & improbitatis. *L.* 3. §. 1. *ff. Naut. caup. & ſtab.* & quia in caſu non deprehenſi raptoris non ſufficere ipſi videbatur Actio furti nec manifeſti. *Strauch. in Diſſ.* 19. *ad Jus Juſtin. th.* 10.

5. Cuinam datur hæc Actio?

Reſp. Omni illi, cui datur Actio Furti, *i. e.* cujus intereſt, & ſic non tantum illi, cujus in bonis res eſt, *vid. Qu.* 29. *ſupra de R. D.* ſed etiam cujus ex bonis §. *ult. h. t.*

6. Quænam res dicuntur ex bonis eſſe?

R. Quarum utilitas, cuſtodia vel periculum ad nos pertinet, ut ſunt: *res locatæ, oppignoratæ, commodatæ, uſufructuariæ* &c. §. *ult. h. t.*

7. Adverſus quem datur?

R. Ad-

Digitized by Google

Reſp. Adverſus illum, qui *dolo malo* rem abripuit. *h. pr.*

8. An ergo contra illum, qui rem propriam rapuit, vel quam putavit ſuam eſſe, aut ſibi deberi, non datur hæc actio?

Reſp. Neg. *h. §. 1. & L. 2. §. 18. h. t.* Tenetur tamen illam rem reſtituere, & ſi quidem ejus *vere* fuerit *Dominus*, aut Creditor, Jure Dominii vel crediti cadit, *L. Extat. 13. ff. Quod met. cauſa;* Sin non fuerit, præter ipſam rem etiam æſtimationem ejus præſtare tenetur, *h. §. 1. & L. Si quis in tantum. 7. C. U. de vi.* idque quia res peſſimi exempli eſt, ſibimet ipſi jus dicere. *dd. text.* Add. *L. 14. C.* de *Jud. & Cœlic.*

9. Sed annon hæc pœna ſibi ipſis jus dicentium hodie eſt abrogata?

R. Neg. prout teſtantur *Mev. P. 1. Dec. 95. Brunnem. Cent. 1. dec. 32. & Cent. 2. dec. 78. aliique:* Excepta Saxonia, utpote ubi illi, qui res ſuas propria authoritate occupant, easdem *ſalva actione* reſtituere tenentur. *Carpz. P. 4. C. 35. def. 11.*

Digitized by Google

10. *Ad Quid datur Actio vi bonorum raptorum?*

Reſp. Intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum, *h. pr. & L. 2. ac fin. C. eod.* Eſt enim Prætoria. *pr. I. de perpet. & tempor. act.*

11. *Quid autem quadruplatur?*

Reſp. Si verus Dominus agat, æſtimatio rei ablatæ; Si is, cujus intereſt, intereſſe. *§. ult. h. t. & L. 1. §. 22. ff. Eod.*

12 *Ineſtne huic quadruplo ſimplum?*

Reſp. Aff. Ut adeo pœna tantum tripli ſit. *pr. h. t.*

13. *An ergo mitior eſt pœna Rapinæ, quam furti?*

R. Neg. *Rapina* enim ſemper triplo punitur, ſive deprehenſus fuerit raptor, ſive non; *h. pr.* Non etiam *furtum* ſemper quadruplo. *§. 5. tit. præc.* Præterea etiam raptor actione furti manifeſti tenetur, *uti dictum in Qu. 3. h. t.* & judicio publico de vi, *t. t. ff. de vi publ.*

14. *An etiam ob unicam rem raptam datur hæc Actio?*

Reſp. Aff. Licet minima ſit, *pr. h. t.* ob læſam ſecuritatem publicam, *L. 1.*

Digitized by Google

L. 1. §. 12. ff. de Offic. Præf. urb. Quod & in pœna criminali obtinet. Conſt. Crim. art. 126. Carpz. P. 4. C. 35. def. 4.

15. *Qua pœna Criminali afficiuntur hodie Raptores?*

R. Pœna gladii, d. Conſt. & poſtea cadaver imponitur rotæ. Carpz. d. l. def. 3. Quod ſi tamen homicidium ſimul commiſerint, aliquando ſolent rota contundi. Carpz. Pr. Crim. Qu. 90. n. 30.

Tit. III.

De
LEGE AQUILIA.

1. *Quid eſt* Damnum injuria datum? *All. pr. & §. 12.*

R. Est delictum privatum, quo dolo vel culpa res alicujus læduntur. *tot. hoc & ff. tit.*

2. *Qua Lege coërcetur hoc delictum?*

Reſp. Lege Aquilia, ab Aquilio Tribuno plebis lata. §. 15. *h. t.*

3. *Quot ſunt hujus Legis capita?*

R. *Tria*, ſed ſecundum in uſu eſſe deſiit. §. 12. *h. t. & L. 27. §. 4. ff. Eod.*

4. *De quonam agit primum Caput?*

Reſp. De ſervo aut quadrupede injuria occiſis. *h. pr.*

Ad § 1. 5. *An de omni quadrupede?*

R. Neg. Sed tantum illa, quæ pecudum numero eſt, & gregatim paſci ſolet, quales ſunt *equi, oves, boves*, &c. Etiam *ſues h.* §. 1.

Ad §. 2. 6. *Quisnam hic dicitur injuria occidiſſe?*

R. Qui contra jus occidit, dolo vel culpa. *h.* §. 2. *& L.* 5. §. 1. *ff. h. t.*

7. *An ergo, qui ſervandæ vitæ cauſa occidit, non tenetur?*

R. Neg. *h.* §. 2. Quia hoc fit Jure permittente, *L* 4. *pr. h. t. & arg. L.* 3. *ff. de J. & J.* Modo moderamen adhibeatur inculpatæ tutelæ. *L.* 1. *C. Unde vi;* Secus eſt, ſi quis *ſervandarum rerum* cauſa tantum occiderit. *Vid. Lederer de Jure bell. privat. L.* 2. *c.* 2. §. 3.

8. *Quæ requiruntur ad moderamen inculpatæ tutelæ?*

Reſp. *Tria:* (1) Præcedens injuſta offenſio, *L.* 3. *C. Ad L. Corn. de Sicar.* (2) In continenti facta defenſio, *arg.*

Digitized by Google

arg. L. 45. §. 4. ff. b. t. (3) Offenſionis & defenſionis proportio, ne ſc. occidat, qui aliter periculum effugere poteſt. *b. §. 2. d. L. 45. §. 4. & Conſt. Crim. art. 142. & ſeqq.*

9. *An itaque primum ictum exſpectare debet qui ſe defendit?*

R. Neg. *arg. d. L. 3. C. de Sicar.* Si ſc. ex illo ictu damnum irreparabile immineat. *d. Conſt. art. 140. ibi:* tödtlichem Gewehr.

10. *An paribus armis uti contra offendentem?*

Reſp. Neg. de paritate armorum ratione ſpeciei: *Aff.* de paritate ratione periculi intentati. *arg. L. 3. de J. & J. Carpz. Pr. Crim. Qu. 28. n. 27.*

11. *Quæ pœna illius, qui moderamen inculpatæ tutelæ non exacte obſervavit?*

R. *Extraordinaria*, cum ignoſcendum ſit ei, qui juſtum dolorem temperare non potuit. *L. 14. §. 6. ff. de bon. libertor. l. 38. §. 8. de Adult. & Conſt. Crim. d. art. 142. verſ.* Nemlich iſt hierin.

12. *Ob quam culpam aliquis tenetur ex Lege Aquilia?*

Reſp. Ob omnem, & ſic etiam leviſſimam, *L. 144. ff. b. t.* Non enim hic agitur de pœna corporis, aut infamia, *ut in cæte-*

Digitized by Google

cæteris delictis, ſed tantum quis damnum ferre debet: Hoc autem æquius eſt, ut ille ferat, cujus aliqua eſt culpa, quam ille, cujus eſt nulla.

13. *Annon etiam de damno caſuali quis tenetur ex hac Lege?*

R. Neg. *h.* §. *3.* Quia hoc non potuit præviderí, *L. 6. C. de Pignor. act.* Exempla ſunt in §. 4. & 5. *h. t.* Add. L. 52. §. *ult. ff. eod.* Niſi culpa quædam præceſſerit hoc damnum, cujus exempla *in* §. 4. *& ſeqq. h. t.*

14. *Quando culpa dicitur præceſſiſſe damnum caſuale?*

R. Cum quis vel in re illicita verſatus, v. gr. *Si non miles jaculis ludendo tranſeuntem trajecerit. h.* §. 4. Vel licita quidem, ſed non ſatis circumſpecte, negligendo ſc. circumſtantiam vel loci, v. gr. *ſi miles in loco inſolito ſe exercendo, aliquem occiderit; d.* §. 4. vel temporis, v. gr. *Si putator arboris juſto tempore non proclamaverit.* §. 5. *h. t.* Add L. 30. §. 3 *ff. h. t.* Vel etiam modi, v. gr. *Si Medicus imperite aliquem ſecando occiderit.* §. 8. *h. t.*

Ad § 7. & 8. 15. *An ergo ob imperitiam aliquis tenetur ex Lege Aquilia?*

R.

Digitized by Google

R. Aff. *h.* §. 7. Nam hæc in illis, qui artem profitentur, culpæ adnumeratur. *L.* 132. *de R. J.* Idem in infirmitate, *§. 8. h. t.* cum nemo debeat affectare id, in quo intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem ſuam aliis nocumento futuram. *L.* 8. *§.* 1. *ff. h. t.*

16. Ad quid agitur ex hoc primo capite? *Att. §. 9.*

R. Ad corporis peremti æſtimationem, quanti ſc. illud in eo anno, ex die cædis retro computato, plurimi fuerit. *h.* §. *9. & L.* 23. §. *3. ff. h. t.* Hodie, ut volunt, quanti corpus fuerit, cum perimeretur. *Ant. Matth. de Crimin. lib.* 47. *tit.* 3. *c.* 3. *n.* 4.

17. An ergo pœnalis eſt hæc actio?

R. Aff. Licet non ſemper ratione *exiſtentiæ*, ſi ſc. rei æſtimatio non creverit in eo anno, tamen ratione *eſſentiæ* & aptitudinis. *h.* §. *9.* Sed hodie, ſuppoſitis antea dictis moribus, erit tantum rei perſecutoria.

18. Daturne contra hæredem?

Reſp. Neg. cum ſit pœnalis. *h.* §. *9.* Niſi forte locupletior ex damno ſit factus. *L.* 23. §. 8. *h. t.* aut lis cum defuncto conteſtata.

teſtata. §. 1. *in fin. l. de perpet. & temp. act.*

Ad §. 10. 19. *Annon præter æſtimationem corporis perempti reſtituendum etiam intereſſe?*

Reſp. Aff. *L. 21. in f. h. t.* Quatenus ſcil. illud certum fuit, &, ut Dd. loquuntur, radicatum: Sic ſi ex quadrigis equorum unus occiſus, non ſolum occiſi equi habetur ratio, ſed & ejus, quo cætera corpora ſunt depretiata, &c. *h.* 10. & *L.* 22. *h. t.*

Ad §. 11. 20. *Quomodo vero æſtimabitur illud intereſſe?*

R. Non ex affectione ſingulari, ſed æſtimatione communi. *L.* 33. *h. t.* & *L. Pretia.* 63. *ff. ad L. Falcid.*

21. *Poteſtne Actio L. Corneliæ cum hac actione L. Aquiliæ concurrere?*

R. Aff. *h. §. 11.* Si dolo ſervus ſit occiſus, *L. 23. §. 9. ff. h. t.* Quia tendunt ad diverſa: Per *L. Corneliam* enim publicum, per *Aquiliam* vero privatum intereſſe perſequimur.

Ad §. 13. 22. *De quonam agit Tertium caput L. Aquiliæ?*

Reſp. De omni cætero damno, præ-

ter

Digitized by Google

ter cædem ſervi & pecudis, injuria illato, *utpote:* ſi pecudes noſtræ vulneratæ, animalia, quæ pecudum numero non ſunt, occiſa, aut aliud quid fractum, uſtum, ruptum, &c. *h.* §. 13.

23. *Ad quid agitur ex hoc capite?* *Ad* §. 14. & 15.

R. Perinde ad æſtimationem rei, in qua damnum datum; non tamen quanti in eo anno, ſed quanti diebus 30. proximis illa res plurimi fuerit, *h.* §. 14. & 15. Quod pari ratione hodie ceſſare volunt, uti diximus *in Qu.* 16. *h. t.*

24. *Quotuplex eſt actio, quæ oritur ex hac Lege?* *Ad* §. *fin.*

R. *Triplex:* Alia *Directa*, quæ eſt ex ipſis verbis Legis; Alia *Utilis*, quæ ex mente & ſententia Legis; Alia denique *in factum*, quæ datur in ſubſidium. *h.* §. *ult.*

25. *Quæ eſt Actio L. Aquiliæ Directa?*

Reſp. Quæ datur Domino rei læſæ, adverſus eum, qui corpore ſuo immediate in corpus damnum dedit, ad id ſecundum L. Aquiliam

S 6 reſar-

Digitized by Google

reſarciendum. *h. §. ult. & L. 11. §. 6. ff. h. t.*

26. Quæ Utilis?

Reſp. Quæ datur adverſus illum, qui non ſuo corpore, ſed alio modo, in corpus tamen, damnum dedit; *veluti:* Si quis alienum pecus fame necaverit, &c. *h. §. fin.*

27. Quæ in factum?

Reſp. Quæ datur adverſus illum, qui nec corpore ſuo, nec in corpus, ſed alio modo damnum dedit, *veluti:* ſi quis ſervum alienum compeditum ſolverit, ut fugeret. *h. §. fin.*

TIT. IV.
De
INJURIIS.

Ad pr. 1. *Quot modis accipitur Injuria?*

R. VAriis: Et quidem *in genere* pro omni eo, quod non jure fit, Germ. Unrecht. *In ſpecie* autem (1) pro dolo & culpa, ut in L. Aquilia *tit. præced.* Germ. Schaden. (2) pro injuſtitia & iniquitate judicantis, Germ. Unbilligkeit. (3) pro contumelia; uti *hoc loco*, Germ. Schimpff, Hohn, Spott. *h. pr. & L. 1. pr. ff. h. t.*

2. Quid

2. *Quid eſt* Injuria?

Reſp. Eſt delictum privatum, dolo malo in alterius contumeliam admiſſum. *h. pr.*

3. *Quotuplex eſt?* *Ad§.1.*

Reſp. *Duplex:* Realis & Verbalis. *h. §. 1. & L. 1. §. 1. ff. h. t.*

4. *Quæ in Factum?*

Reſp. Quæ fit re ipſa ſeu facto, & quidem vel in corpus, v. gr. *verberando, pulſando*, &c. *h. §. 1.* vel extra corpus, puta *pictura, habitu, L. 15. §. 27. ff. h. t. geſtu, d. L. §. 1. aliove quodam actu. h. §. 1.*

5. *Quid eſt injuria Verbalis?*

Reſp. Quæ fit verbis *vel* ore prolatis, *vel* ſcripto comprehenſis. *L. 5. §. 9. h. t.*

6. *An illa, quæ ſcripto comprehenditur, unius generis eſt?*

R. Neg. Sed alia eſt *in ſpecie ſic dicta*; Alia, quæ dicitur *Famoſus Libellus. h. §. 1.* ibi: *ad infamiam. L. 5. §. 9. h. t. & L. un. C. de Famoſ. Lib.*

7. *Quæ eſt injuria ſcripta in ſpecie ſic dicta?*

Reſp. Quæ quis absque certi & famoſi cri-

Digitized by Google

minis objectione contumelioſo tantum nomine, aut aliis verbis Satyricis traducitur, *dd. text. ut ſi quis luſcus, claudus, pediculoſus*, &c. *eſſe ſcribatur;* Vel cui nomen Authoris ſubſcribatur. *L. 6. ff. h. t. Carpz. P. 4. c. 44. def. 4.*

8. Quis Libellus Famoſus?

R. Quo omiſſo Authoris nomine certum & famoſum crimen alicui objicitur, & in populum ſpargitur. *d. L. un. & Conſt. Crim. art. 110.*

9. Quæ eſt Pœna Famoſi Libelli?

R. Capitalis, ſi alicui capitale quoddam, aut grave ſcelus in Libello imputatum; Alias mitior obtinet, *dd. text.* Hodie plerumque extraordinaria. *Carpz. d. C. 44. def. 2. in fin.*

10. Qui poſſunt Injuriam inferre?

R. Quicunque doli ſunt capaces. Et ſic quoque Magiſtratus, *L. Nec Magiſtratibus. 32. ff. h. t.* Verbi Divini Miniſtri, officio ſuo abutentes. *Rec. Imp. de Anno* 1530. *&* §. 55. *in fin. Reinking. de R. S. & E. Libr.* 3. *cl.* 2. *cap.* 2. *n.* 7. &c. non, etiam infantes, infantiæ proximi, Furioſi, *L.* 3. §. 1. *ff. h. t.* Summe ebrii. *arg. C. A, crapula,* 14. *X. de vit. & honeſt. cler.* &c.

11. *Præ-*

Digitized by Google

11. *Præſumiturne Dolus, ſeu animus injuriandi?*

R. Neg. Sed probandus ab adverſario, *L.* 2. *C. de Dol. mal.* Niſi verba vel facta *per ſe* ſint injurioſa, *L. Si non convicii.* 5. *h. t.* Ubi tamen interdum, ſi animus injuriandi dubius, juramento purgatorio ſe liberare poteſt Reus. *arg. L.* 6. § 4. *ff. de his, qui not. infam. Carpz. P.* 4. *C.* 42. *def.* 9. *Gail.* 2. *O.* 106.

12. *Qui poſſunt affici injuria?* *Ad* §. 2. & 3.

Reſp. Omnes non conſentientes, *L.* 1. §. 5. *in fin. ff. h. t.* Exceptis ſervis. *h.* §. 3. niſi quid atrocius in ipſos commiſſum, *L.* 15. §. 35. *h. t.* Quanquam noſtri ſervi indiſtincte injuria afficiantur, ideoque agere poſſint.

13. *Quot modis afficimur Injuria?*

R. Duobus: Aut enim *immediate* per nosmet ipſos: Aut *mediate* per alios, quos ſcil. vel in poteſtate noſtra habemus, *ut* Liberos & ſervos, *h.* §. 2. & 3. Vel in defenſione noſtra, *ut* Uxorem, *L.* 1. § 3. *h. t.* Sponſam, *L.* 15. §. 24. *Eod.* & Nurum, *h.* §. 2. *in fin.*

14. An

14. *An ergo ob injurias Liberis, Uxori, &c. illatas, etiam Parentes, Maritus, &c. poſſunt agere injuriarum?*

Reſp. Aff. *h.* §. 2. *&* *L.* 1. §. 1. *h. t.* Modo ille, qui injurias intulit, *in genere* ſciverit, illas perſonas eſſe Liberos, Uxorem, &c. *L.* 18. §. *fin. h. t.*

15. *Sed annon etiam contra, ſi Viro injuria facta, Uxor poteſt agere injuriarum?*

Reſp. Neg. Defendi enim uxores a Viris, non Viros ab uxoribus æquum eſt. *h.* §. 2. Niſi injuria talis ſit, quæ *directo* quoque contingat uxorem, *arg. L.* 5. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Ut ſi Maritus ejus *leno* vocatus, aut *cornutus*.

16. *Quando vero Dominus agere poteſt ob injurias ſervo illatas?*

R. Si injuriæ ſint *atroces* & aperte *in Domini contumeliam* factæ. *h.* §. 3. *&* *L.* 1. §. 3. *h. t.* Ipſi enim ſervo proprie non fit injuria; *h.* §. 3. Sed hodie, ut ob injurias *noſtris ſervis* illatas Dominus agere poſſit, ſufficit, ſi in ejus contumeliam factæ. *arg. L.* 15. §. 48. *h. t.*

17. Sed

17. *Sed quid ſi ſervus plures habeat Dominos, an ob injuriam ipſi factam omnes agere poſſunt?* Ad §. 4.

R. Aff. *L.* 15. §. *fin. h. t.* Ita tamen, ut non pro ea parte, qua quisque Dominus eſt, æſtimetur injuria, ſed ex perſona, id eſt, *conditione & dignitate* cujusque, *h.* §. 4.

18. *Quis injuriarum agit, ſi ſervo uſufructuario injuria illata?* Ad §. 5.

Reſp. Proprietarius, *h.* §. 5. Niſi conſtet, in ipſius Uſufructuarii contumeliam injuriam eſſe factam. *d. L.* 15. §. *pen.*

19. *Quid ſi bona fide ſervienti injuria facta, an ideo poſſeſſor agere poteſt?* Ad §. 6.

R. Neg. Sed *ſi liber homo* ſit ſerviens, ipſe ſuo nomine poterit experiri; Sin *ſervus alienus*, qui bona fide tantum poſſidebatur, Dominus: Niſi utroque caſu in poſſeſſoris contumeliam injuria facta. *h.* §. 6.

20. *Quæ eſt pœna injuriarum?* Ad §. 7. 8. 9. & 10.

R. Olim ex Lege XII. Tabb. propter membrum quidem ruptum *talio* erat; propter os vero fractum *nummaria*, *h.* §. 7. *Sed* hodie in *genere* qualescunque injuriæ *Actione Injuriarum Prætoria* vindicantur, *d.* §. In *ſpecie* vero de injuria reali *ex L. Cornelia.* §. 8. *h. t.* De verbali autem *ad Palinodiam* poteſt agi.

21. *Quo-*

Digitized by Google

21. *Quomodo injuriæ vindicantur Actione Injuriarum Prætoria?*

Reſp. Vel *civiliter*, vel *criminaliter*. §. 10. *h. t.*

22. *Quomodo Civiliter?*

Reſp. Cum injuriam paſſus certa pecuniæ ſumma in Libello æſtimat injuriam, & eam *ſibi* applicari petit. *h.* §. 7.

23. *Annon judex moderari poteſt hanc æſtimationem?*

Reſp. Aff. Si ſit immodica. *h.* §. 7. *&* L. 37. §. 1. *h. t.* Quo facto, ſi Actor juraverit, *ſe non æſtimare injuriam*, in ſummam juratam condemnatur Reus. *arg.* Nov. 82. *c.* 10.

24. *Ad quid autem in moderatione reſpiciendum?*

Reſp. Ad circumſtantias ipſius facti, loci, temporis, perſonæ, *v. gr.* an Senatori, Parenti &c. injuria facta, *&c. h.* §. 7. *&* 9. *h. t.* Exprimendæ igitur hæ circumſtantiæ in Libello, quo judici de iis conſtare poſſit L. 7. *pr. h. t. &* L. *Libellorum.* 3. *pr. ff. de Accuſ.*

25. *An*

Digitized by Google

25. ***Annon etiam, deformitatis illatæ & cicatricum habebitur ratio?***

R. Neg. Quia liber homo non poteſt æſtimari, *L. fin. ff. de his, qui effud.* Niſi deformitas cum mutilatione cujusdam membri conjuncta, *v. gr.* oculi, §. 9. *h. t.* aut *fœminæ* illata. *Gothofr. ad d. L. fin.*

26. *Quomodo Injuriæ criminaliter vindicantur?*

Reſp. Cum injuriam paſſus rogat, ut vel pœna corporalis, vel mulcta *Fiſco aut Eccleſiæ* inſerenda, Reo irrogetur. §. *10. h. t.*

27. ***Annon utroque modo, civiliter & criminaliter ſimul, vindicari poſſunt injuriæ?***

R. Neg. *arg. L.* 7. §. 1. *ff. h. t.* Quia uterque modus ad idem tendit. *L.* 14. *ff. de Accuſat.*

28. ***Sed annon, quocunque modo vindicentur Injuriæ, Procurator ex parte vel Actoris vel Rei intervenire poteſt?***

Reſp. Neg. Sed tantum, ſi *civiliter* vindicentur, *L.* 11. §. 2. *h. t.* Secus ſi *criminaliter*, *L. fin. C. h t.* cum pœna ſic excedere posſit relegationem, *L. fin. h. t.* adeoque in Procuratore locum non habere: Niſi ſint perſonæ illuſtres, *h.* §. 10. & *d. L. fin.*

Sicut

Digitized by Google

Sicut & *in Praxi* indiſtincte Procurator admittitur, niſi injuria ſit atrociſſima. *Carpz. Qu.* 95. *n.* 56. & 57.

29. *Quomodo Injuria realis ex L. Cornelia vindicatur?*

R. Itidem hodie vel *civiliter*, vel *criminaliter*. *L. 37. §. 1. ff. h. t.*

30. *An ergo Actio ex L. Cornelia non differt ab Actione Injuriarum Prætoria?*

R. Aff. *Illa* enim, cum civilis ſit, perpetua eſt, *arg. pr. I. de Perp. & temp. act.* *Hæc* autem, cum Prætoria, annalis, *L. 5. C. h. t.* *Illa* tantum de quibusdam Injuriis realibus datur, *§. 8. h. t.* *Hæc* de omnibus, realibus & verbalibus.

31. *Quænam ſunt illæ injuriæ reales, ob quas ex L. Cornelia agitur?*

R. Si quis (1) pulſatus; (2) verberatus; aut (3) domus alicujus vi introita. *h. §. 8. & L. 5. pr. ff. h. t.*

32. *Quomodo differunt pulſare & verberare?*

R. *Pulſare* eſt ſine dolore cædere; *Verberare* autem cum dolore. *d. L. 5. §. 1.* Conf. *Rebhan. in Hod. Jur. chart. 3. clim. 4. §. 36.*

33. *Qualis eſt Actio, quæ ob Injurias verbales competit ad Palinodiam?*

R. Eſt

Digitized by Google

Reſp. Eſt actio civilis, quæ datur ad Injuriæ illatæ recantationem, & famæ, *opinione hominum* quaſi ablatæ, reſtitutionem.

34. ***Poteſtne hæc Actio cum Actione Injuriarum civili, vel criminali conjungi?***

Reſp. Aff. Quia tendit ad rei, *ſc. quaſi ablatæ*, perſecutionem, cum contra hæ ad pœnam tendant, *Gail.* 1. *O.* 65. *Mynſing. Cent.* 2. *O.* 98. *n.* 10. Licet aliud in Saxonia obſervetur. *Carpz. P.* 4. *C.* 42. *def.* 16.

35. *An etiam Injuriarum tenentur, qui Injuriam fieri tantum curarunt, vel mandarunt?* *Ad* §. 11.

Reſp. Aff. *h.* §. 11. *& arg. L.* 1. §. 1. *ff. de Eo, per quem fact.* Modo effectus fuerit ſubſecutus, *L.* 15. §. 10. *h. t.* & alter ſua ſponte id non fuiſſet facturus. *L.* 11. §. 6. *h. t.*

36. *Quibus modis* in genere *tollitur Actio Injuriarum?* *Ad* §. *fin.*

Reſp. Variis; I. *Morte* tam injuriantis, quam injuriati ante litem conteſtatam, *L.* 13. *pr. & L.* 15. §. 14. *b. t.* II. *Remiſſione* Actoris, *L.* 17. §. 6. *Eod.*

III.

III. *Retorſione*, cum paria delicta compenſentur. *L. Viro* 39. *ff. ad L. Jul. de adult. Carpz. P.* 4. *C.* 46. *d.* 10.

37. Quomodo remiſſione?

Reſp. Cum vel expreſſe remittitur injuria, *v. gr.* pacto, *L.* 17. §. 1. *ff de Pact.* transactione, aut jurejurando. *L.* 11. §. 1. *h. t.* Vel tacite, diſſimulatione. *h.* §. *fin.*

38. *Unde colligitur tacita remiſſio?*

R. Si quis vel non *ſtatim* injurias ad animum revocaverit, *h.* §. *fin.* Vel *poſtea* cum injuriante familiariter converſatus fuerit: Niſi id cum proteſtatione fecerit, auff Hoff-Recht, *vid. Webn. Obſerv. Pr. hac voce*, aut ex honeſtatis neceſſitate. *Carpz. P.* 4. *C.* 46. *def.* 8.

39. Quomodo tollitur Retorſione?

Reſp. Cum quis injurias verbales honoris ſui tuendi cauſa in ipſum injuriantem in continenti privata authoritate rejicit. *Vid. Struv. de Vindict. Privat. C.* 10.

40. *Quid requiritur, ut legitime fiat hæc Retorſio?*

R. Ut (1) in continenti fiat, *Harprecht. ad h.* §. *n. fin.* 113. (2) privata autoritate, *Mev. P.* 5. *Dec.* 338. (3) reſpondeat Injuriæ illatæ, nec eam excedat, *Carpz. d. C.* 46. *def.* 11.

41. *Quo-*

Digitized by Google

41. *Quomodo* in ſpecie *tollitur Actio injuriarum Prætoria?*

R. Quatenus *civiliter* poteſt intentari, lapſu unius anni continui. *L. 5. C. h. t.* Quatenus vero *criminaliter*, XX. annorum lapſu. *arg. L. 12. C. ad. L. Corn. de falſ.*

42. *Quomodo Actio Injuriarum ex L. Cornelia?*

R. Triginta annis, ſi *civiliter* intentetur, cum ſit Actio Civilis. *pr. I. de perpet. & tempor. Act.* Alias ſi *criminaliter*, itidem XX. annis *arg. d. L.*

43. *Quomodo Actio ad Palinodiam?*

R. Etiam XXX. annis, cum pariter ſit civilis. *arg. L. 32. ff. de LL.* & inſuper rei perſecutoria. *Vid. L. 35. de O. & A.*

44. *Quomodo Libelli famoſi?*

R. Viginti annis, cum ſit criminalis. *arg. d. L. 12. C. ad L. Corn. de falſ.*

Tit. V.
De OBLIGATIONIBUS, QUÆ QUASI EX DELICTO NASCUNTUR.

1. *Quid eſt* Quaſi Delictum? *Ad pr.*

R. Quod ſine dolo ejus, qui exinde

de tenetur, admiſſum, aliqua tantum ipſius culpa. *tot. hoc tit.*

2. *Quot ſpecies Quaſi-Delictorum hic recenſentur?*

Reſp. *Quatuor*: I. Imperitia male Judicantis, *h. pr.* II. Dejectio vel Effuſio ex cœnaculo facta; *§. 1. h. t.* III. Poſitio vel ſuſpenſio ejus, quod, ſi ceciderit, tranſeuntibus nocere poteſt; *§. 1. h. t.* IV. Damnum in navi, caupona vel ſtabulo datum. *§. fin. h. t.*

3. *Ad quid obligatur Judex ex* imperitia male Judicans?

Reſp. Facit litem ſuam & parti læſæ, in quantum religione judicantis æquum videtur, *Actione in factum* tenetur. *h. pr. & L. fin. ff. de Extraord. cognit.*

4. *Quid proprie eſt litem ſuam facere?*

R. Cauſam ejus, pro quo quis male judicavit, ſuſcipere, eamque perinde, ac ſi ſua eſſet, defendere cogi.

5. *Sed cur non Judex, ad inſtar Medici, ob imperitiam ex L. Aquilia tenetur?*

R. Quia

Digitized by Google

Reſp. Quia Judex imperitia ſua non æque in corpus damnum dat, ac Medicus. *Harprecht. ad h. pr. n. 7. & ſeqq*

6. ***Quomodo vero Judex tenetur, ſi dolo malo judicaverit?***

R. Ex vero delicto ad veram litis æſtimationem præſtandam cum pœna infamiæ. *L. ult. C. de Pœn. Judic. qui male judic.*

7. *Quæ actio datur, ſi quid ex cœnaculo,* ***Ad §. 1.*** *vel ædibus* dejectum, aut effuſum, *quod prætereunti nocuit?*

Reſp. Si *conſtet*, quis dejecerit, vel effuderit, contra illum datur Actio L. Aquiliæ, §. 13. *I. de L. Aquil.* Sin *minus*, inhabitator tenetur Actione in factum de dejecto vel effuſo. *h. § 1. & L. 1. pr. ff. de his, qui effud. vel dej.* Ob culpam, quam in recipiendis inquilinis commiſit, *L. 1. §. 4. ff. Eod.*

8. ***Quæ eſt Actio in Dejecto vel effuſo?***

Reſp. Quæ datur illi, cui nocitum, adverſus inhabitatorem ædium vel cœnaculi, ex quo aliquid in eum locum dejectum vel effuſum, quo vulgo iter fit, ad duplum damni dati. *dd. text.*

T 9. *Sem-*

Digitized by Google

9. Semperne datur Actio in duplum?

R. Aff. Si damnum *in re æſtimabili* datum; Secus, ſi *in re inæſtimabili;* utpote ſi liber homo *occiſus*, vel aliter *læſus. h.* §. 1.

10. *Ad quid ergo agitur: ſi liber homo occiſus, aut læſus?*

R. *Priori caſu* ad pœnam L. aureorum *h.* §. 1. quæ *hodie* eſt arbitraria. *Struv. in S. J. C. Ex.* 14. *th.* 41. *Poſteriori* autem ad id, quod Judici æquum videtur, æſtimatis impenſis & operis, quibus caruit, aut cariturus eſt læſus. *h.* §. 1. & *L.* 5. *ff. Eod.*

11. *Nonne vero Inhabitator regreſſum habet contra dejicientem?*

Reſp. Aff. Actione ſc. in factum, vel Locati. *L.* 5. §. 4. *de his, qui effud.*

12. Quæ Actio datur, ſi quid in illo loco, ubi vulgo iter fit, periculoſe poſitum vel ſuſpenſum?

Reſp. Actio in factum de poſito, vel ſuſpenſo, *h.* §. 1.

13. Quæ eſt actio de poſito vel ſuſpenſo?

R. Quæ datur cuilibet ex populo, adverſus illum, qui in eo loco, ubi vulgo

Digitized by Google

vulgo iter fit, aliquid *periculoſe* poſitum, vel ſuſpenſum habet, ad pœnam X. aureorum. *h. §. 1. L. 5. §. 6. & 7. ff. Eod.*

14. *Quid ſi ex cœnaculo filiiſam. ſeorſum habitantis, aliquid dejectum, aut ſuſpenſum fuerit, an ideo tenetur Pater?* A. l. §. 2.

R. Neg. *h.* §. 2. *&* L. 5 § *pen. ff. de O & A.* Quia ex *delicto* filii, vel *quaſi* nunquam obligatur Pater. *L.* 58. *de R J.*

15. *Quis tenetur ex Furto, vel* Damno, in navi, caupona aut ſtabulo dato? *Ad §. fin.*

Reſp. Exercitor navis, cauponæ, vel ſtabuli. *t. t. ff. Naut. Caup. & Stab.*

16. *Quis dicitur Exercitor navis, cauponæ vel ſtabuli?*

R. Ad quem omnes obventiones & reditus navis, cauponæ vel ſtabuli perveniunt. *L.* 1. §. 15. *ff. de Exercit. act.*

17. *Quomodo autem ille tenetur?*

R. Si *ipſe* damnum dederit, ex vero delicto, *h. §. fin.* Si *illi, quorum opera utebatur*, ex quaſi delicto, *d §.* Sin denique *alii*, ex quaſi contractu. *L. 1. §. 1. ff. Naut. Caup. & Stab.*

18. *Ad quid tenetur ex Quaſi Delicto?*

R. Ad duplum damni dati: Nam culpæ reus eſt, quod opera malorum hominum uteretur. *h.* §. *fin.* & *L. fin.* §. 1. *ff. Eod.*

19. *Qua actione ita tenetur?*

Reſp. Actione *in Factum* Prætoria. *h.* §. & *L.* 6. §. 3. *ff. Eod.*

20. *An hæredi quoque datur hæc Actio?*

R. Aff. Quia reſpectu Actoris eſt rei perſecutoria. *h.* §. *fin.*

21. *An contra hæredem?*

Reſp. Neg. Quia reſpectu Rei pœnalis eſt. *L. fin.* §. *fin. ff. Eod.* Idem in cæteris Actionibus ex quaſi delicto. *h.* §. *fin.*

22. *Ad quid tenetur Exercitor ex quaſi contractu?*

R. Tantum ad ſimplum damni dati, idque *Actione de Recepto. L.* 3. §. 1. *in fin. ff. Eod.*

TIT. VI.
De
ACTIONIBUS.

Ad pr. 1. *Hactenus de primo & ſecundo Juris Objecto,* Perſonis *ſc.* & rebus: *Quodnam eſt tertium Juris Objectum?*

R. Actiones, *L.* 1. *ff. de Stat. hom.* Qua-

Digitized by Google

Quatenus ſc. illæ in Judicio inſtituendæ & exercendæ.

2. *Quid eſt Actio?*

R. Eſt jus perſequendi in Judicio, quod ſibi debetur, *h. pr.* tam Jure reali, quam perſonali. *L.* 178. *§.* 3. *de V. S.*

3. *Quot modis dividuntur Actiones?* *Ad §. 1.*

R. Variis: Aliter enim *ratione cauſæ efficientis;* Aliter *ratione objecti:* Aliter *ratione Adjuncti;* & denique aliter *ratione Effectus. Rebhan. in Hodog. Jur. Chart. 4. clim. 5. §. 9.*

4. *Quomodo* ratione cauſæ efficientis *dividuntur?*

Reſp. Quod aliæ *in rem* ſint, ſeu *Reales;* Aliæ *in perſonam*, ſeu *Perſonales; h. §. 1.* Aliæ *Mixtæ*, de quibus *in §. 20. h. t.*

5. *Quæ ſunt Actiones Reales?*

Reſp. Quæ ex Jure in re oriuntur, & adverſus quemcunque poſſeſſorem dantur, ad declarationem Juris, quod in re habemus, *h. § 1. & L. 25 pr.*

T 3 *de*

Digitized by Google

de O. & A. Hæ dicuntur alias **Vindicationes.** *d. L.* 25. & §. 15. *h. t.*

6. *Quænam Actiones Perſonales?*

R. Quæ ex Jure ad rem, ſeu obligatione oriuntur, & adverſus illum, qui nobiſcum contraxit, dantur, ad dandum aliquid vel faciendum, *d. L.* 25. & *h.* §. 1. Et hæ alias **Condictiones** appellantur. *d.* §. 15. *h. t.*

7. *Quotuplices ſunt* Actiones Reales?

Reſp. Aliæ *Civiles* ſunt; Aliæ *Prætoriæ* §. 3. *h. t.*

8 *Quænam dicuntur Actiones Civiles?*

R. Quæ ex parte aliqua Juris civilis deſcendunt, puta *Lege*, *Plebiſcito*, &c. §. 3. *h. t.* *L.* 2. §. 6. *ff. de O. J.*

9. *Quot Actiones Reales Civiles hic referuntur?*

R. Tres: I. *Rei Vindicatio in ſpecie ſic dicta*, quæ eſt de rebus corporalibus; *h.* §. 1. II. *Actio Confeſſoria*; III. *Negatoria*, quæ duæ ſunt de rebus incorporalibus, in ſpecie Servitutibus. §. 2. *h. t.*

10. *Quid eſt Vindicatio?*

Reſp. Eſt Actio in rem civilis, quæ datur

Digitized by Google

datur Domino, contra poſſeſſorem rei corporalis, ad id, ut ejus rei Dominus declaretur, eaque ſibi a detinente reſtituatur, *h. §. 1. in f. L. 9. & 23. ff. de R. V.*

11. ***An & illis, qui Dominium utile habent, datur hæc actio?***

R. Aff. *Utpote* Emphyteutæ, *L. 1. § 1. Si ager vectig.* Superficiario, *L. 73. §. 1. ff. de R. V.* &c. adeo, ut ſi concurrat Dominus Directus, huic præferantur, *arg. d. L. 1. §. 1.* ne utilitas intervertatur.

12. *Quæ requiruntur ad hanc Actionem?*

Reſp. *Dominium* ex parte actoris, *L. 23. pr. de R. V. & h. §. 1. in fin* & *Poſſeſſio* ex parte Rei, *L. 21. C. Eod.* horumque ab Actore *probatio. arg. L. 2. ff. de Probat. & L. fin. de R. V.*

13. ***Quis dicitur in Jure noſtro poſſidere?***

R. Non ſolum ille, qui *proprie* poſſidet, animo ſc. Domini, ſed & qui *improprie,* i. e. tantum detinet, *L. 9. ff. Eod.* Imo & qui Actori ignoranti ſponte ſe lite obtulit, *L. 25. & 26. ff. Eod.* aut dolo deſiit poſſidere. *L. 27. §. 3 ff. Eod.*

14. *Quæ eſt Actio Confeſſoria?* *Ad §. 2.*

Reſp. Eſt actio in rem civilis, quæ

datur illi, qui ſibi vel prædio ſuo ſervitutem conſtitutam aſſerit, contra quemc. poſſeſſorem vel impedientem, ad declarationem illius Servitutis, liberumque ejus uſum, *h.* §. *2. L. 2.* §. *1.* & *L. 6.* § *3. ff. Si ſervit. vind.*

15. Quæ negatoria?

R. Quæ datur illi, qui ſervitutem alteri in prædio ſuo deberi negat, adverſus illum, qui eandem ſibi prætendit, ad id, ut prædium illud liberum declaretur, Reoque ulterior turbatio interdicatur. *h.* §. *2. L. 2. pr.* & *L. 4.* §. *7. ff. Eod.*

16. *Annon etiam in rebus corporalibus prodita eſt actio, qua quis negat, rem alterius eſſe?*

Reſp. Neg. Quia in his, qui poſſidet, non agit, *h.* § 2. cum ſufficiat ei poſſeſſio, *L. 1.* §. 6. *ff. Uti poſſid.* Niſi *unico caſu*, ſi ſc. res poſſeſſa ab alio corporaliter detineatur, *v. gr.* ſi commodata, depoſita, &c. *L. 9. ff. de R. V.* Vid. tamen *Strauch. in Diſſ. 22. ad Jus Juſt. th. 2. in fin.*

17. Ec-

Digitized by Google

17. *Eccur vero in rebus incorporalibus*, v. gr. *Servitutibus agit, qui poſſidet?*

R. Quia *harum rerum* poſſeſſio facile poteſt impediri & turbari, cum tantum in noſtro uſu & alterius patientia conſiſtat; Non item *rerum corporalium. Vinn. ad h. §. n. 7. & 8.*

18. *An quoque pro aliis juribus aſſerendis, vel negandis datur Actio Confeſſoria, vel Negatoria?*

Reſp. Aff. de utili, *arg. L. 9. § 2. ff. de Damn. infect.* Sic datur pro Jure patronatus, decimarum, &c. Quod uſus ubique comprobat. *Habn. ad Weſ tit. ſi uſusfr. pet. num. 2.*

19. *Cui autem ſic datur Actio Confeſſoria?*

R. Illi, qui ſe fundat in *jure aliquo ſingulari*, ſeu privilegio. *Oldendorp. de action. cl. 3. Act.* 4.

20. *Cui Negatoria?*

Reſp. Illi, qui ſe fundat in *libertate naturali*, *Oldend. d. l.* Niſi illa libertas generali obſervantia ſit immutata, uti fere contingit in *libertate venandi*, *piſcandi*, &c.

21. *Quænam dicuntur Actiones Prætoriæ?*

Digitized by Google

R. Quæ ex Prætoris edicto originem & ſubſtantiam acceperunt. *h. §. 3.* Vid. *Qu. 15. ſupra de obligat.*

22. Quot ſunt Actiones Prætoriæ Reales?

Reſp. Quinque: *Publiciana, Reſciſſoria, Pauliana, Serviana, & quaſi Serviana. h. & ſeqq. §§.*

Ad §. 4. *23. Quæ eſt Actio Publiciana?*

Reſp. Eſt Actio in rem Prætoria, quæ datur illi, qui rem a non Domino traditam, bona fide & juſto titulo accepit, eamque, uſucapione nondum impleta, iterum amiſit, contra quemc. *infirmiori* jure poſſidentem, ad id, ut illa res perinde, ac ſi uſucapta eſſet, reſtituatur. *h. §. 4. L. 1. ff. de Public. in rem act.*

24. Cur Prætor hanc Actionem introduxit?

Reſp. Partim ex *neceſſitate*, quia Jure Civili hoc caſu deficiebat Actio; Partim ex *æquitate*, quia durum ipſi videbatur, ut infirmiori Jure poſſidens, alteri præferretur. *h. §. 4.*

25. An ergo vero Domino non datur hæc Actio?

R. Neg.

Digitized by Google

Reſp. Neg. *h.* §. *4.* Quia ille civilem habet actionem, *rei* ſc. *vindicationem. L. 1. §. 1. de Publ. in rem. act.* Niſi ad evitandam difficilem dominii probationem, vi bonæ fidei poſſeſſionis agere malit. Unde *hodie* hæc actio cum rei vindicatione cumulari ſolet. *Gail.* 1. *O.* 62. Quod Juri Canon. conveniens. *c.* 3. *verſ. Secus autem de ſent. & re jud. in* 6.

26. *Datur vero contra Dominum?*

Reſp. Neg. *L. pen. & ult. ff. de Publ. act.* Quia ille firmius jus habet, quam bonæ fidei poſſeſſor: Niſi quis a non Domino ex *tali cauſa* rem acceperit, ex qua a vero Domino accipere debuiſſet, *v gr* noxali. *L.* 28. *ff. de noxal. act.* damni infecti. *L.* 18. §. 15. *ff. de Damn. inf.* &c. Vid. *Bœkelm. ad ff. de Publ. act. n. fin.*

27. *Quæ eſt Actio Reſciſſoria?* *Ad §. 5.*

Reſp. Eſt actio in rem Prætoria, quæ datur illi, cujus res ob abſentiam *ſuam* vel *alterius* uſucapta, contra quemcunque illius rei poſſeſſorem, ad id, ut reſciſſa uſucapione, perinde ac ſi uſucapta non fuiſſet, reſtituatur. *h. §. 5. L. 30. pr. & §. 1. & L. ult. ff. Ex quib. cauſ. maj.*

Digitized by Google

28. *Eccur hæc Actio a Prætore introducta?*

R. Quia etiam hoc in caſu ***non dabatur*** Jure Civili actio ad rem uſucaptam revocandam, ***&*** ***iniquum videbatur***, alterius abſentiam alteri vel damno eſſe, vel compendio. ***L. 22. §. 1. & L. 29. ff. Eod.***

29. *An autem, ut detur hæc Actio, perinde eſt, ob quamcunque abſentiam res noſtra ſit uſucapta?*

R. Aff. Si ob abſentiam *alterius* uſucapta, *arg. L. 21. §. 1. & L. 29. ff. Eod.* Quia ſic, qualitercunque quis abſens ſit, non tamen poteſt conveniri, & hinc nec quicquam nobis imputari; Secus ſi ob *propriam:* Sic enim, niſi juſta ſit & neceſſaria abſentia; v. gr. *Reipubl cauſa*, &c. non datur. ***L. 26. §. f. & L. 28. pr. ff. Eod.***

30. *Sed annon hodie contra abſentem, rem noſtram uſucapientem, aliud datur remedium?*

Reſp. Aff. Poteſt enim miſſo Libello vel ad Prætorem, vel ad ædes Adverſarii interrumpi præſcriptio, juxta ***L. 2. C. de Annal. Except.*** Unde ***hodie***, ſi ob abſentiam alterius res noſtra uſucapta, non facile datur hæc actio. ***Zœſ. ad ff. tit. Ex quib. cauſ. maj.***

Digitized by Google

maj. n. 5. niſi & ipſi abſentes fuerimus. *L. ult. ff. Ex quib. cauſ. maj.*

31. *Intra quod tempus inſtituenda eſt Actio Reſciſſoria?*

R. Olim intra annum utilem, *h.* §. 5. Quia licet rei perſecutoria ſit, tamen contra jus civile datur, *L.* 35. *pr. in fin. de O & A.* Hodie quadriennium continuum, *L. fin. C. de tempor. reſtit.* a tempore *reditus* computandum. *h.* §. 5.

32. *Quæ eſt Actio Pauliana?* ſeu *Revocatoria?* *Ad* §. 6.

Reſp. Eſt Actio in rem Prætoria, quæ datur Creditoribus, in quorum fraudem Debitor bona ſua alienavit, adverſus illorum poſſeſſores, ad id, ut eadem, reſciſſa alienatione, perinde ac ſi nunquam alienata fuiſſent, reſtituantur. *h.* §. 6. *L.* 1. *pr.* & §. 1. *ff. Quæ in fraud. Cred.*

33. *Quamobrem hanc actionem introduxit Prætor?*

Reſp. Quia ſtricto Jure perfecta erat alienatio Debitoris, *utpote* Domini, *L* 26. *in f. ff. de Ent. contr.* Iniquum autem videbatur, fraude Debitoris, in damno conſtitui

 Credi-

Digitized by Google

Creditores. *L.* 1. §. 1. *ff. Quæ in fraud. Cred.*

34. An contra quoscunque Poſſeſſores datur hæc Actio?

Reſp. Neg. Sed tantum illos, qui fraudis ſunt conſcii, *L. 10.* §. 2. *ff. Eod.* Niſi titulo lucrativo res ad illos pervenerit, *L. 6.* §. *11. Eod.* Nam ſic potior erit ratio Creditorum, utpote, qui agunt de damno vitando.

35. Quando vero datur?

R. Cum bona a Creditoribus ſunt poſſeſſa, & apparet, ea non ſufficere Creditoribus, *h.* §. *6.* Sive ante immiſſionem alienatio fraudulenter facta, ſive poſtea, *L.* 1. *C. de Revoc. his, quæ in fraud.*

36. Intra quod tempus datur?

Reſp. Intra annum utilem, *h.* §. 6. a die venditionis, ſeu excuſſionis bonorum computandum, *L.* 10. §. 18. *ff. Eod.* Quia ab hoc tempore demum conſtat, aliquem non eſſe ſolvendo.

Ad §. 7. *37. Quæ eſt Actio Serviana?*

R. Eſt actio in rem Prætoria, quæ datur Locatori prædii ruſtici, adverſus quemcunque rerum, a Colono ſibi

ſibi pro penſione & damnis *expreſſe* obligatarum, poſſeſſorem, ad conſequendam illarum poſſeſſionem. *h.* §. 7. & *L.* 4. *ff. In quib. cauſ. pign. tac.*

38. ***Annon res Coloni, in prædium ruſticum illatæ, tacite ſunt Locatori obligatæ?***

R. Neg. *d. L.* 4. Quod ſecus in *rebus inquilini*, in prædium urbanum illatis; *d. L. Illic* enim cum fructus jam ſint tacito pignori obligati, *L.* 7. *ff. Eod.* alio pignore non fuit opus; *Hic* vero, cum præter penſionem nulli fructus ſint, omnino. *Harpr. ad h.* §. 12. Sed *hodie* quoque res Coloni tacite obligatas eſſe, vult *Mev. P.* 4. *dec.* 127.

39. ***Quæ eſt Actio Quaſi-Serviana?***

Reſp. Eſt Actio in rem Prætoria, quæ datur cuicunque Creditori adverſus quemcunque rei, *expreſſe* vel *tacite* ſibi obligatæ, poſſeſſorem, ad conſequendam illius poſſeſſionem, eamque, donec ſatisfactum, vel retinendam, vel alienandam, *h.* §. 7. Dicitur alias *Hypothecaria. h.* §. & *L.* 13. §. 1. *ff. ad SC. Vellej.*

40. ***Ob quam cauſam has duas Actiones introduxit Prætor?***

R. Quia

R. Quia *Jure civili nulla* contra poſſeſſores rerum nobis oppignoratarum dabatur actio: *Iniquum* autem videbatur, ut quis pignus haberet, & tamen libere illud perſequi non poſſet. *L. 27. pr. ff. de noxal. act. & L. 17. §. 2. ff. de Pact.*

41. An & ob pignus proprie ſic dictum datur hæc Actio Quaſi-Serviana?

R. A f. *h. §. 7.* Si ſc. aliquo caſu poſſeſſionem ejus amiſerit Creditor: Nam & pignus tribuit jus in re. *Vid. Struv. in Synt. Jur. Civ. Ex. 26. th. 39.*

42. Nihilne ergo inter pignus & hypothecam intereſt?

R. Quantum ad *Actionem hypothecariam*, nihil; Alias vero omnino inter ſe differunt. *h. §. 7.* Vid. *ſupra Qu. 39. & ult. Quib. mod. re contrah.*

43. Annon autem, antequam tertius poſſeſſor his actionibus conveniatur, prius conveniendus eſt debitor principalis?

Reſp. De *Jure veteri* non; *L. fin. C. de O. & A.* Bene tamen de *Jure novo*, quippe quo beneficio Excuſſionis ſe tueri poteſt Poſſeſſor; *Auth. Hoc ſi C de Pignor Nov. 4. c. 2.* Niſi res *in ſpecie* fuerit hypothecæ nomine obligata. *Nov. 112. c. 1. verſ. ab hoc.*

Carpz.

Digitized by Google

Carpz. P. 2. C. 18. def. 18. Habn. ad Weſenb. tit. de Diſtract. Pign. n. 1. Magis enim ſpecialis hypotheca rem afficit, quam generalis.

44. *Quotuplices ſunt* Actiones Perſonales? *Ad §. 8.*

R. Itidem aliæ *Civiles* ſunt, quæ ex obligatione civili naſcuntur, quales in *Lib.* 3. habuimus; aliæ *Prætoriæ*, quæ ex obligatione Prætoria, *vid. ſupra Qu.* 14. *&* 25. *de Oblig.* & ſic *vel* ex contractu, *vel* ex delicto oriuntur.

45. *Quas actiones Prætorias Perſonales ex contractu deſcendentes, hic refert Imperator?*

R. Tres: (1) *Actionem de conſtituta pecunia*, in quam transfuſa *Actio Receptitia*; (2) *Actionem de peculio*; (3) *Actionem in factum ex* Jurejurando. *h. §. 8.*

46. *Quæ fuit actio Receptitia?*

R. Quæ dabatur contra Argentarios ad id, quod ſoluturos receperant, i. e. *promiſerant* præſtandum. *L. 2. C. de Conſt. pec.*

47. *Quæ eſt Actio de conſtituta pecunia?* *Ad §. 9.*

Reſp. Eſt actio in perſonam Prætoria, quæ datur illi, cui per conſtitutum aliquid promiſſum, adverſus illos,

los, qui pro ſe, vel pro aliis, ſe ſoluturos *pacto* promiſerunt, ad id, quod promiſſum, præſtandum, *h. §. 9.* aut intereſſe. *L. 14. §. 1. ff. Eod.*

48. *Quid ergo eſt Conſtitutum?*

Reſp. Eſt pactum legitimum, quo quis illi, cum quo paciſcitur, debitum vel ſuum, vel alienum ſe ſoluturum *ſine ſtipulatione* promittit. *dd. text.*

49. *Cur dicis: Pactum legitimum?*

R. Quia Prætoris Edicto, *ceu lege §. 3. & 7. I. de J. N. G. & C.* ſpecialiter eſt confirmatum, & ex eo actio conceſſa. *Vid. L. 6. & 17. §. 1. ff. de Pact. Habn. ad Weſ. tit. de Conſtit. pec. n. 4.*

50. *Ob quam cauſam autem ex eo a Prætore Actio conceſſa, cum tamen nudum tantum fuerit pactum?*

R. Quia iniquum videbatur, ex duplici debito, vel geminata promiſſione non teneri. *L. 1. pr. ff. de Conſtit. pecun.*

51. *Poteſtne qualecunque debitum conſtitui?*

Reſp. Aff. *L. 1. §. 6. ff. Eod.* Quod ſcil. naturali nititur æquitate, *arg. L. 1. pr. Eod.* ut eſt *debitum ex obligatione mixta & naturali plena*, jure civili non reprobata, *L. 1. §.*

Digitized by Google

1. §. 7. *Eod.* Non etiam *debitum ex obligatione civili* tantum. *L.* 3. §. 1. *Eod.*

52. Quæ eſt Actio de peculio? *Ad §. 10.*

Reſp. Eſt Actio in perſonam Prætoria, quæ datur illis, qui cum *ſervo*, vel filiofam. de ſervili, vel profectitio peculio *contraxerunt*, adverſus *Dominum* vel Patrem, ad id, quod ex illis cauſis debetur, præſtandum, pro quantitate peculii. *h. §. 10. L. 3. §. 5. & L. 27. §. 2. ff. de Pecul.*

53. Quare Prætor hanc Actionem introduxit?

R. Quia *Jure civili nemo* ex alterius contractu obligabatur, *L.* 11. *ff. de O. & A.* & ſic nec Pater, vel Dominus ex contractu filii, vel ſervi, *t. t. C. Ne pat. pro fil. Iniquum* autem videbatur, eos non teneri, qui tamen peculium concedendo ipſi contraxiſſe intelliguntur. *L.* 1. *§.* 5. *ff. de Acquir. poſſ. & h.* §. 10.

54. Annon etiam de aliis filiifam. peculiis, quam profectitio, datur hæc Actio?

Reſp. Neg. Quia hoc ſolum ex conceſſione patris poſſidet filius: De *Adventitio* ergo *ordinario* Pater convenitur, ut legitimus adminiſtrator, nomine filii, *L.* 6. *de bon. quæ lib.* De *extraordinario* autem *Caſtrenſi*, vel

vel *quaſi*, ipſe filius in ſolidum. *L. 2. Ad SC. Maced. & L. 18. §. fin. ff. de Caſtr. pecul.*

55. *Eſtne adhuc hodie utilis hæc Actio?*

Reſp. Aff. Si ſc. Pater in convictu retinuerit filium, & eidem pecuniam ad ſpecialem negotiationem conceſſerit.

Ad §. 11. 56. *Quæ eſt Actio in factum ex Jurejurando?*

Reſp. Eſt Actio in perſonam Prætoria, quæ datur illi, qui ad delationem, vel relationem alterius *extra judicium* juravit, ſibi aliquid deberi, vel rem eſſe ſuam, adverſus deferentem, vel referentem, ad id, ut conditioni delationis vel relationis ſatisfiat. *h. §. 11. & L. 3. pr. ff de Jurejur.*

57. *Quid hoc eſt:* deferre Juramentum?

Reſp. Eſt ob inopiam probationis ab aliquo exigere, ut juret, einem den Eyd anbieten.

58. *Quid:* referre Juramentum?

R. Delatum Juramentum deferenti reponere, & ab eo illud deſiderare, den Eyd wieder zurück ſchieben.

59. *Quid*

Digitized by Google

59. *Quid autem eſt Juramentum?*

R. Eſt religioſa rei alicujus aſſeveratio, in cujus majorem fidem DEUS ipſe, ut vindex & ultor perfidiæ invocatur.

60. *Quotuplex eſt?*

R. Triplex: Aliud *Confirmatorium:* Aliud *Promiſſorium:* Aliud *Deciſorium.*

61. *Quid Confirmatorium?*

Reſp. Quod actui cuidam *ſeparato* confirmandi gratia adjicitur, *v. gr.* Paci, Contractui Minoris, curatorem non habentis. *L.* 1. *C. ſi adverſ. vend.* &c.

62. *Quid Promiſſorium?*

Reſp. Quo quid *recta* alicui jurato promittitur, nec actus aliquis antecedaneus præſupponitur: Eſtque vel de *ſola fide*, ut: *Vaſallorum*, *Subditorum*, &c. vel de *re aliqua* præſtanda. *Vid. Franzk. ad ff. tit. de Jurejur. n.* 45. *ſeqq.*

63. *Quid Deciſorium?*

Reſp. Quod ſuper rebus controverſis decidendis interponitur, vel *indirecte;* ut *Juramentum calumniæ*, de quo infra

infra *tit.* 16. §. 1. *Teſtimoniale*, &c. vel *directe*, ut *Juramentum Litis deciſorium*, quod hujus loci, & *Juramentum in litem*, quo res æſtimetur, de quo *tit. ff. de in lit. jur.*

64. Quotuplex eſt juramentum Litis deciſorium?

R. Triplex: *Voluntarium*, *Judiciale* & *Neceſſarium. Rubr. ff. de Jurej.*

65. Quodnam dicitur Voluntarium?

R. Quod per modum conventionis *a parte parti extra judicium* defertur, aut *nondum ſuſceptum* refertur, *L. 17. pr.* & *L. 39. ff. Eod.* de quo in *h.* §. *11.*

66. Quodnam Judiciale?

Reſp. Quod *a parte parti in judicio*, comprobante Judice, defertur, *L. 12.* §. *1. C. de R. C* & *Jurej.* aut delatum refertur. *L. 34.* §. *7. ff. Eod.*

67. Quod Neceſſarium?

R. Quod *Judex* in cauſis dubiis inopia plenæ probationis, cauſa cognita defert uni partium. *L. 3. C. Eod. Vid. Gail. 1. O 108.*

68. Quotuplex eſt Juramentum Neceſſarium?

R. Du-

Digitized by Google

Reſp. Duplex: *Suppletorium* & *Purgatorium*.

69. *Quid eſt juramentum Suppletorium?*

Reſp. Quod *Judex* imponit ei, *qui ſemiplene probavit*, ut per id perfecta fiat probatio, & cauſa dubia decidatur. *L. 31. ff. de Jurejur.*

70. *Quid Purgatorium?*

R. Quod *Judex* imponit ei, *contra quem præſumtiones*, ſemiplena probatione leviores *militant*, ut illas elidat, & cauſa dubia decidatur. *c. fin. §. fin. X. Eod.*

71. *Ex quo Juramento datur Actio ſupra definita?*

Reſp. Ex Litis deciſorio, eoque *Voluntario*, *h. §. 11. & L. 28. §. fin. ff. h. t.* Non *judiciali aut neceſſario*, quia hæc ſententiam requirunt, *L. 31. & 34. §. fin. ff. Eod.* Quæ autem lata ſententia oritur, illa dicitur *Actio rei judicatæ.* Vid. *Habn. ad Weſ. tit de Jurej. n. 12.*

72. *Eccur autem Prætor ex Juramento Voluntario actionem introduxit?*

Reſp. Quia Jure Civili ex eo, cum ex *nuda conventione* proficiſcatur, *L. 26. §. fin. ff. Eod*, non dabatur actio, *arg. L. 7. §. 5. ff. de*

Digitized by Google

de Pact. Iniquum autem videbatur, *religionem* Jurisjurandi, *conſenſu* alterius præſtiti, non ſervari, *L.* 25. *in f ff. de Jurej* & lites hac ratione reſuſcitari, *contra L.* 1. *ff. Eod.*

73. *Sed quid ſi falſo quis juraverit, an nihilominus datur hæc Actio?*

Reſp. Aff. *h. §. 11. Ob ſpontaneam* alterius delationem. *L. 1 pr. ff. Quar. rer. act.* & quia partes inter ſe *transegiſſe* videntur, *L. 2. ff. de Jurej.* Ut tamen extraordinarie adhuc puniri poſſit perjurus a Magiſtratu. *L.* 13. *in f. ff. Eod. L.* 21. *&* 22. *ff. de Dol. mal.*

74. ***An idem in Juramento judiciali & neceſſario, ut nim. etiam ex his, detecto licet perjurio, detur actio?***

Reſp. Aff. de judiciali, *L.* 1. *C. Eod.* Neg. de neceſſario, *L. Admonendi* 31. *ff. Eod.* cum & *illud* tranſactionis vim habeat, non etiam *hoc.*

Ad §. 12 75. *Quas actiones Prætorias Perſonales, ex delicto deſcendentes, hic refert Imperator?*

R. Tres: I. *De albo corrupto*; II. *de*

Digitized by Google

de in jus vocando. III. *de in jus vocato non-eximendo. h. §. 12.*

76. *Quæ eſt Actio de Albo corrupto?*

Reſp. Eſt Actio Prætoria, pœnalis, quæ datur cuilibet de populo, adverſus eum, qui ex albo Prætoris, quod perpetuæ jurisdictionis cauſa propoſitum erat, aliquid *doloſe* corrupit, ad pœnam 500. aureorum. *h. §. 12. L. 7. pr. & §. 1. ff. de Jurisd.*

77. *An adhuc hodie locum habet hæc Actio?*

R. Aff. de *utili*, contra illos ſc. qui Edicta Principum publice affixa corruperunt: Pœna tamen tantum arbitraria eſt. *Schulz. in Syn. Inſtit. h. t. lit. k.*

78. *Quæ eſt Actio de in jus vocando?*

Reſp. Eſt Actio Prætoria, pœnalis, quæ datur illis, qui contra Edictum ſine venia in jus vocati, adverſus vocantes, ad pœnam 50. aureorum. *h. §. 12. L. pen. & ult. ff. de in jus voc.*

79. *Quinam ſine venia in jus vocari non debent?*

Reſp. Quibus *ſingularis* reverentia debetur, *L. 13. ff. Eod* ut ſunt Parentes,

tes, *L.* 4. §. 1. *&* 2. *Eod.* Patroni, horumque parentes, uxores, liberi & hæredes *d. L.* 4. §. 1. *&* *L.* 8. §. 1. *Eod.* Vid. *Vinn. ad h.* §. *n.* 5.

80. *An hodienum hæc veniæ impetratio neceſſaria?*

R. Neg. cum hodie Judex decernendo citationem, veniam quoque conceſſiſſe videatur: Modo tamen in Libello vinculum conjunctionis ſit expreſſum. *arg. L.* 15. *Eod. Carpz. P.* 1. *C.* 2. *def.* 26.

81. *Quæ eſt Actio de in jus vocato non eximendo?*

R. Eſt actio Prætoria, pœnalis, quæ datur illis, qui alios *legitime* in jus vocarunt, adverſus illos, qui vocatos exemerunt, ad id, quanti ea res, de qua controverſia eſt, ab Actore æſtimatur. *h.* §. 12. *&* *L.* 5. §. 1. *ff. Ne quis eum, qui in jus voc.*

82. *Quis dicitur eximere?*

Reſp. Qui *vel* violenter aliquem eripuit, *vel* quoquo modo moram facit, quo minus in jus iretur, ut actionis dies exiret, & res tempore amitteretur. *L.* 4. *ff. Eod.*

83. *An hujus Actionis hodienum aliquis uſus?*

Reſp. Aff. Quantum *ad expenſas retardati* Pro-

Digitized by Google

Proceſſus: Alias vero, cum hodie mox per citationem interrumpatur præſcriptio, *L.* 2. *C. de Annal. Except.* & hinc ex facta exemtione non magnum oriatur intereſſe, vix aliquis ejus uſus videtur ſupereſſe.

84. *Quibus Actionibus accenſes Præjudiciales, num realibus, an perſonalibus?* Ad §. 13.

Reſp. Videntur proxime accedere realibus, *h. §.* 13. & *L.* 14. *ff. de Probat.* Quia tendunt ad *juris ſui* declarationem, illiusque quaſi ablati reſtitutionem. *Add. L.* 1. §. 2. *ff. de R. V. Bachov. ad Tr. Vol.* 2. *Part.* 2. *D.* 26. *th.* 4. *lit. A.*

85. *Quæ ſunt Actiones Præjudiciales?*

Reſp. Quibus agitur de ſtatu, ſeu conditione hominum civili. *h.* § 13.

86. *Cur dicuntur Præjudiciales?*

R. Quia cum aliis concurrentes ſemper primo loco ſunt expediendæ, *L.* 4. *C. de lib. cauſ.* cum ab illarum deciſione, reliquarum quoque quæſtionum dependeat deciſio. *L.* 6. *Si ingen. eſſe dicat.*

87. *Quotuplices ſunt?*

R. Aliæ *Civiles*, ut eſt *Actio de ſtatu libertatis*; Aliæ *Prætoriæ*, ut *actio de*

los, qui pro ſe, vel pro aliis, ſe ſoluturos *pacto* promiſerunt, ad id, quod promiſſum, præſtandum, *h. §. 9.* aut intereſſe. *L.* 14. *§.* 1. *ff. Eod.*

48. *Quid ergo eſt Conſtitutum?*

Reſp. Eſt pactum legitimum, quo quis illi, cum quo paciſcitur, debitum vel ſuum, vel alienum ſe ſoluturum *ſine ſtipulatione* promittit. *dd. text.*

49. *Cur dicis: Pactum legitimum?*

R. Quia Prætoris Edicto, *ceu* lege §. 3. *&* 7. *I. de J. N. G. & C.* ſpecialiter eſt confirmatum, & ex eo actio conceſſa. *Vid. L.* 6. *&* 17. §. 1. *ff. de Pact. Habn. ad Weſ. tit. de Conſtit. pec. n.* 4.

50. *Ob quam cauſam autem ex eo a Prætore Actio conceſſa, cum tamen nudum tantum fuerit pactum?*

R. Quia iniquum videbatur, ex duplici debito, vel geminata promiſſione non teneri. *L.* 1. *pr. ff. de Conſtit. pecun.*

51. *Poteſtne qualecunque debitum conſtitui?*

Reſp. Aff. *L.* 1. §. 6. *ff. Eod.* Quod ſcil. naturali nititur æquitate, *arg. L.* 1. *pr. Eod.* ut eſt *debitum ex obligatione mixta & naturali plena*, jure civili non reprobata, *L.*

1. §.

Digitized by Google

1. §. 7. *Eod.* Non etiam *debitum ex obligatione civili* tantum. *L.* 3. §. 1. *Eod.*

52. *Quæ eſt Actio de peculio?* *Ad* §. 10.

Reſp. Eſt Actio in perſonam Prætoria, quæ datur illis, qui cum *ſervo*, vel filiofam. de ſervili, vel profectitio peculio *contraxerunt*, adverſus *Dominum* vel Patrem, ad id, quod ex illis cauſis debetur, præſtandum, pro quantitate peculii. *h.* §. *10. L. 3.* §. *5. & L. 27.* §. *2. ff. de Pecul.*

53. *Quare Prætor hanc Actionem introduxit?*

R. Quia *Jure civili nemo* ex alterius contractu obligabatur, *L.* 11. *ff. de O. & A.* & ſic nec Pater, vel Dominus ex contractu filii, vel ſervi, *t. t. C. Ne pat. pro fil. Iniquum* autem videbatur, eos non teneri, qui tamen peculium concedendo ipſi contraxiſſe intelliguntur. *L.* 1. §. 5. *ff. de Acquir. poſſ. & h.* §. 10.

54. *Annon etiam de aliis filiifam. peculiis, quam profectitio, datur hæc Actio?*

Reſp. Neg. Quia hoc ſolum ex conceſſione patris poſſidet filius: De *Adventitio* ergo *ordinario* Pater convenitur, ut legitimus adminiſtrator, nomine filii, *L.* 6. *de bon. quæ lib.* De *extraordinario* autem *Caſtrenſi*, vel

Digitized by Google

vel *quaſi*, ipſe filius in ſolidum. *L. 2. Ad SC. Maced. & L. 18. §. fin. ff. de Caſtr. pecul.*

55. *Eſtne adhuc hodie utilis hæc Actio?*

Reſp. Aff. Si ſc. Pater in convictu retinuerit filium, & eidem pecuniam ad ſpecialem negotiationem conceſſerit.

Ad §. 11. 56. *Quæ eſt Actio in factum ex Jurejurando?*

Reſp. Eſt Actio in perſonam Prætoria, quæ datur illi, qui ad delationem, vel relationem alterius *extra judicium* juravit, ſibi aliquid deberi, vel rem eſſe ſuam, adverſus deferentem, vel referentem, ad id, ut conditioni delationis vel relationis ſatisfiat. *h. §. 11. & L. 3. pr. ff de Jurejur.*

57. *Quid hoc eſt:* deferre Juramentum?

Reſp. Eſt ob inopiam probationis ab aliquo exigere, ut juret, einem den Eyd anbieten.

58. *Quid:* referre Juramentum?

R. Delatum Juramentum deferenti reponere, & ab eo illud deſiderare, den Eyd wieder zurück ſchieben.

59. *Quid*

Digitized by Google

59. Quid autem eſt Juramentum?

R. Eſt religioſa rei alicujus aſſeveratio, in cujus majorem fidem DEUS ipſe, ut vindex & ultor perfidiæ invocatur.

60. Quotuplex eſt?

R. Triplex: Aliud *Confirmatorium:* Aliud *Promiſſorium:* Aliud *Deciſorium.*

61. Quid Confirmatorium?

Reſp. Quod actui cuidam *ſeparato* confirmandi gratia adjicitur, *v. gr.* Paci, Contractui Minoris, curatorem non habentis. *L. 1. C. ſi adverſ. vend.* &c.

62. Quid Promiſſorium?

Reſp. Quo quid *recta* alicui jurato promittitur, nec actus aliquis antecedaneus præſupponitur: Eſtque vel de *ſola fide*, ut: *Vaſallorum*, *Subditorum*, &c. vel de *re aliqua* præſtanda. *Vid. Franzk. ad ff. tit. de Jurejur. n. 45. ſeqq.*

63. Quid Deciſorium?

Reſp. Quod ſuper rebus controverſis decidendis interponitur, vel *indirecte;* ut *Juramentum calumniæ*, de quo infra

Digitized by Google

infra *tit.* 16. §. 1. *Teſtimoniale,* &c. vel directe, ut *Juramentum Litis deciſorium*, quod hujus loci, & *Juramentum in litem*, quo res æſtimetur, de quo *tit. ff. de in lit. jur.*

64. *Quotuplex eſt juramentum Litis deciſorium?*

R. Triplex: *Voluntarium, Judiciale & Neceſſarium. Rubr. ff. de Jurej.*

65. *Quodnam dicitur Voluntarium?*

R. Quod per modum conventionis *a parte parti extra judicium* defertur, aut *nondum ſuſceptum* refertur, *L.* 17. *pr. & L.* 39. *ff. Eod.* de quo in *h.* §. 11.

66. *Quodnam Judiciale?*

Reſp. Quod *a parte parti in judicio*, comprobante Judice, defertur, *L.* 12. §. 1. *C. de R. C & Jurej.* aut delatum refertur. *L.* 34. §. 7. *ff. Eod.*

67. *Quod Neceſſarium?*

R. Quod *Judex* in cauſis dubiis inopia plenæ probationis, cauſa cognita defert uni partium. *L.* 3. *C. Eod. Vid. Gail.* 1. *O* 108.

68. *Quotuplex eſt Juramentum Neceſſarium?*

R. Du-

Reſp. Duplex: *Suppletorium* & *Purgatorium*.

69. *Quid eſt juramentum Suppletorium?*

Reſp. Quod *Judex* imponit ei, *qui ſemiplene probavit*, ut per id perfecta fiat probatio, & cauſa dubia decidatur. *L.* 31. *ff. de Jurejur.*

70. *Quid Purgatorium?*

R. Quod *Judex* imponit ei, *contra quem præſumtiones*, ſemiplena probatione leviores *militant*, ut illas elidat, & cauſa dubia decidatur. *c. fin.* §. *fin. X. Eod.*

71. *Ex quo Juramento datur Actio ſupra definita?*

Reſp. Ex Litis deciſorio, eoque *Voluntario*, *h.* §. 11. & *L.* 28. §. *fin. ff. h. t.* Non *judiciali aut neceſſario*, quia hæc ſententiam requirunt, *L.* 31. & 34. §. *fin. ff. Eod.* Quæ autem lata ſententia oritur, illa dicitur *Actio rei judicatæ*. Vid. *Habn. ad Weſ. tit de Jurej. n.* 12.

72. *Eccur autem Prætor ex Juramento Voluntario actionem introduxit?*

Reſp. Quia Jure Civili ex eo, cum ex *nuda conventione* proficiſcatur, *L.* 26. §. *fin. ff. Eod.* non dabatur actio, *arg. L.* 7. §. 5. *ff. de*

Digitized by Google

de Pact. Iniquum autem videbatur, *religionem* Jurisjurandi, *conſenſu* alterius præſtiti, non ſervari, *L. 25. in f ff. de Jurej* & lites hac ratione reſuſcitari, *contra L. 1. ff. Eod.*

73. *Sed quid ſi falſo quis juraverit, an nihilominus datur hæc Actio?*

Reſp. Aff. *h. §. 11. Ob ſpontaneam* alterius delationem. *L. 1 pr. ff. Quar. rer. act.* & quia partes inter ſe *transegiſſe* videntur, *L. 2. ff. de Jurej.* Ut tamen extraordinarie adhuc puniri poſſit perjurus a Magiſtratu. *L. 13. in f. ff. Eod. L. 21. & 22. ff. de Dol. mal.*

74. ***An idem in Juramento judiciali & neceſſario, ut nim. etiam ex his, detecto licet perjurio, detur actio?***

Reſp. Aff. de judiciali, ***L. 1. C. Eod.*** Neg. de neceſſario, ***L. Admonendi 31. ff. Eod.*** cum & ***illud*** transactionis vim habeat, non etiam ***hoc.***

Ad §. 12 75. *Quas actiones Prætorias Perſonales, ex delicto deſcendentes, hic refert Imperator?*

R. Tres: I. *De albo corrupto;* II. *de*

Digitized by Google

de in jus vocando. III. *de in jus vocato non-eximendo. h. §. 12.*

76. *Quæ eſt Actio de Albo corrupto?*

Reſp. Eſt Actio Prætoria, pœnalis, quæ datur cuilibet de populo, adverſus eum, qui ex albo Prætoris, quod perpetuæ jurisdictionis cauſa propoſitum erat, aliquid *doloſe* corrupit, ad pœnam 500. aureorum. *h. §. 12. L. 7. pr. & §. 1. ff. de Jurisd.*

77. ***An adhuc hodie locum habet hæc Actio?***

R. Aff. de *utili*, contra illos ſc. qui Edicta Principum publice affixa corruperunt: Pœna tamen tantum arbitraria eſt. ***Schulz. in Syn. Inſtit. h. t. lit. k.***

78. *Quæ eſt Actio de in jus vocando?*

Reſp. Eſt Actio Prætoria, pœnalis, quæ datur illis, qui contra Edictum ſine venia in jus vocari, adverſus vocantes, ad pœnam 50. aureorum. *h. §. 12. L. pen. & ult. ff. de in jus voc.*

79. ***Quinam ſine venia in jus vocari non debent?***

Reſp. Quibus *ſingularis* reverentia debetur, *L. 13. ff. Eod* ut ſunt Parentes,

tes, *L.* 4. §. 1. & 2. *Eod.* Patroni, horumque parentes, uxores, liberi & hæredes *d. L.* 4. §. 1. & *L.* 8. §. 1. *Eod.* Vid. *Vinn. ad h.* §. *n.* 5.

80. *An hodienum hæc veniæ impetratio neceſſaria?*

R. Neg. cum hodie Judex decernendo citationem, veniam quoque conceſſiſſe videatur: Modo tamen in Libello vinculum conjunctionis ſit expreſſum. *arg. L.* 15. *Eod. Carpz. P.* 1. *C.* 2. *def.* 26.

81. *Quæ eſt Actio de in jus vocato non eximendo?*

R. Eſt actio Prætoria, pœnalis, quæ datur illis, qui alios *legitime* in jus vocarunt, adverſus illos, qui vocatos exemerunt, ad id, quanti ea res, de qua controverſia eſt, ab Actore æſtimatur. *h.* §. 12. & *L.* 5. §. 1. *ff. Ne quis eum, qui in jus voc.*

82. *Quis dicitur eximere?*

Reſp. Qui *vel* violenter aliquem eripuit, *vel* quoquo modo moram facit, quo minus in jus iretur, ut actionis dies exiret, & res tempore amitteretur. *L.* 4. *ff. Eod.*

83. *An hujus Actionis hodienum aliquis uſus?*

Reſp. Aff. Quantum *ad expenſas retardati* Pro-

Digitized by Google

Proceſſus: Alias vero, cum hodie mox per citationem interrumpatur præſcriptio, *L. 2. C. de Annal. Except.* & hinc ex facta exemtione non magnum oriatur intereſſe, vix aliquis ejus uſus videtur ſupereſſe.

84. *Quibus Actionibus accenſes Præjudiciales, num realibus, an perſonalibus?* Ad §. 13.

Reſp. Videntur proxime accedere realibus, *h. §. 13. & L. 14. ff. de Probat.* Quia tendunt ad *juris ſui* declarationem, illiusque quaſi ablati reſtitutionem. *Add. L. 1. §. 2. ff. de R. V. Bachov. ad Tr. Vol. 2. Part. 2. D. 26. th. 4. lit. A.*

85. *Quæ ſunt Actiones Præjudiciales?*

Reſp. Quibus agitur de ſtatu, ſeu conditione hominum civili. *h. § 13.*

86. *Cur dicuntur Præjudiciales?*

R. Quia cum aliis concurrentes ſemper primo loco ſunt expediendæ, *L. 4. C. de lib. cauſ.* cum ab illarum deciſione, reliquarum quoque quæſtionum dependeat deciſio. *L. 6. Si ingen. eſſe dicat.*

87. *Quotuplices ſunt?*

R. Aliæ *Civiles*, ut eſt *Actio de ſtatu libertatis;* Aliæ *Prætoriæ*, ut *actio de jure*

Digitized by Google

Jure Patronatus, & *de partu agnoſcendo. h.* §. *13.*

88. Quæ eſt actio de ſtatu Libertatis?

Reſp. Quæ datur Domino, contra ſervum, qui ſe liberum eſſe contendit, ad id, ut ſervus declaretur, & ſervitia Domino præſtentur; *Et vice verſa* Servo, qui libertatem ſibi adſerit, contra eum, qui Dominum ſe ejus eſſe dicit, ad id, ut liber declaretur. *h.* §. *13. & t. t. ff. de Liber cauſ.*

89. *An ſervitute ſublata adhuc hodie datur hæc actio?*

Reſp. Aff. *Utilis* ſc. adverſus homines proprios, qui ſe pro liberis gerunt; Aut e *contrario* adverſus Nobiles, *&c.* qui ſe pro Dominis venditant, certasque operas ſibi deberi aſſerunt. *Dd. ad h.* §.

90. Quæ eſt Actio de jure Patronatus?

R. Quæ *vel* Patrono datur contra Libertum, qui ſe pro ingenuo gerit, & ob id officia detrectat; *Vel* Liberto contra Patronum, falſo ſe talem aſſerentem, ad declarandum jus Patronatus, vel ingenuitatis. *h.* §. *13. & t. t. Si ingen. eſſe dicat.*

91. An

Digitized by Google

91. *An & hæc actio hodie locum habet?*
Reſp. Aff. Adverſus homines ſc. proprios, a Dominis ſuis manumiſſos, & contra; Non etiam Vaſallos. *B. Brunnem. Exerc.* 27 *ad Inſt. h.* §. *n.* 7. Quia in horum perſona nullum jus competit Domino, *Struv. in Synt. Jur. Feud. C.* 16. *aph.* 2. *n.* 6. Vide tamen *D. Stryk. Exam. Jur. Feud. Cap.* 24. *Qu.* 15.

92. *Quæ eſt Actio de partu agnoſcendo?*
Reſp. Quæ *vel* illi datur, qui ſe Patrem aut Matrem dicit, adverſus illum, qui filium ſe eſſe negat; *vel* illi, qui filium ſe eſſe dicit, adverſus illum, qui ſe Patrem aut Matrem eſſe negat, ad declarandum jus filiationis, aut Paternitatis. *h.* §. 13. & *L.* 1. & 5. *ff. de Liber. agnoſc.*

93. *Annon etiam inter alias Perſonas, quam Patrem & filium, datur hæc Actio?*
R. Aff. de *utili*, utpote inter Agnatos & Cognatos, ad jus agnationis vel cognationis aſſerendum: Item inter Conjuges. *arg. L.* 2. *ff. de Lib. exhib.* Vid. *Struv. in Juriſpr. Rom. Germ. l.* 1. *tit.* 15. *n.* 7.

94. *Poteſtne quis, rem ſuam ſibi* dari oportere *intendere, i. e. condicere?* *Ad* §. 14.

U 3 R. Neg.

R. Neg. Cum *dari* cuiquam id intelligatur, quod ita datur, ut ejus fiat; Res autem, quæ jam Actoris eſt, magis ejus fieri non poſſit, *L.* 159. *de R. J.* Niſi furto fuerit ablata: Sic enim *odio furum* condici poteſt, quo magis pluribus actionibus teneatur. *h.* §. 14.

95. *Quid ergo eſt Condictio Furtiva?*

R. Eſt actio perſonalis, qua Dominus a fure, ejusve hærede, rem furto ablatam ſibi dare oportere intendit. *h.* §. 14. Vid. *ſupra Qu.* 49. *de Oblig. quæ ex delict.*

96. *Unde dicuntur Condictiones?*

R. A *condicendo*, i. e. *denunciando*, quod olim imprimis in perſonalibus actionibus fiebat. *Vid. Rebhan. in Hodog. jur. Chart.* 4. *clim.* 5. *n.* 11.

97. *Annon adhuc hodie requiritur denunciatio, priusquam Debitor in judicio conveniatur?*

R. Non, niſi ex urbanitate, *L.* 10. *C. de Pignor.* Quia dies interpellat pro homine, *L. Magnum.* 12. *C. de Contr. & commit. ſtip.* Utile tamen eſt, ut fiat, quo Debitor convictus eo facilius in expenſas condemnetur. *arg. L. Eum, quem temere.* 70. *ff. de judic.*

98. Quo-

Digitized by Google

98. *Quomodo* ratione objecti *dividuntur Actiones?* *Ad §. 16.*

Reſp. *Dupliciter:* Quatenus ſc. *vel* ad qualitatem objecti reſpicitur, *vel* ad quantitatem.

99. *Quomodo ſi ad* qualitatem objecti *reſpiciatur?*

Reſp. In *rei perſecutorias*, *pœnales* & *Mixtas. h. §. 16.*

100. *Quæ ſunt Actiones Rei perſecutoriæ?*

R. Quibus perſequimur id, quod nobis ex patrimonio abeſt, *ſive* id noſtrum adhuc ſit, *ſive* nobis debeatur. *L. 35. de O. & A.* ut ſunt omnes *reales*, omnesque *ex contractu*, excepta actione depoſiti miſerabilis, utpote quæ poſt inficiationem Depoſitarii in duplum datur, & ſic *mixta* eſt actio. *h. §. 16. & L. 1. §. 4. ff. depoſ.*

101. *An & contra hæredem Depoſitarii in duplum datur hæc Actio?* *Ad §. 17.*

R. Neg. Sed tantum in ſimplum, *d. L. 1. §. 1.* Niſi & ipſe ſit in dolo, *h. §. 17.* aut ex dolo defuncti aliquid ad eum pervenerit, ſive lis cum defuncto conteſtata. *arg. L. 164. de R. J.*

Digitized by Google

Ad §. 18. 102. *Quæ ſunt Actiones Pœnales?*

R. Quibus non id, quod nobis abeſt, perſequimur, ſed pœnam *Legibus* conſtitutam, *L. un. in fin. ff. Si quis jus dic. non obtemp.* ut ſunt Actio furti, *h.* §. 18. & injuriarum. §. 7. *I. de Injur.*

Ad §. 19. 103. *Quæ ſunt Actiones Mixtæ?*

Reſp. Quibus *partim* rem perſequimur, quæ abeſt, *partim* pœnam, Legibus conſtitutam, ut eſt *actio L. Aquiliæ*, & in genere omnes, quæ in *duplum* vel *quadruplum* dantur, *h.* §. 19. Excepta Actione furti. §. 18. *h. t.*

Ad §. 20. 104. *Annon alio quoque ſenſu quædam Actiones Mixtæ dicuntur?*

R. Aff. Idque tam ratione *cauſæ efficientis*, quatenus partim *ex jure in re*, partim *ad rem* deſcendunt: *L. 4. pr. ff. Fin. regund. & h.* §. *20.* quam *objecti*, quatenus & id, quod *noſtrum* eſt, perſequuntur, & quod nobis *debetur*, i. e. præſtationes perſonales. L. 22. §. 4. *ff. Famil. erciſc.*

105. *Quot ſunt hujus generis Actiones?*

R. Qua-

Digitized by Google

R. Quatuor: I. *Familiæ erciſcundæ*, de qua *ſupra Qu. 22. de Oblig. quæ ex quaſ. Contr.* II. *Communi dividundo*, de qua *Qu. 17. ibid.* III. *Finium regundorum*, *h.* §. *20.* IV. *Hæreditatis petitio*, *L. 7. C. de petit. hæred.*

106. Quæ eſt Actio Finium regundorum?

R. Quæ propter terminorum confuſionem datur illis, qui confines *agros* habent, adverſus ſe invicem, ad illorum fines diſcernendos & declarandos, nec non ad præſtationem ejus, quod eo nomine intereſt. *h.* §. *20. L. 2.* §. *1. L. 4. pr.* & §. *4. ff. Fin. regund.*

107. Quis in hac actione, ut & familiæ erciſcundæ, ac Communi dividundo, Actoris vices ſuſtinet?

R. Uterque tam Actoris, quam Rei vices ſuſtinet. *L. 10. ff. Eod.* Unde *duplicia* dicuntur hæc judicia; Vid. *L. 37.* §. *1. de O. & A.* Licet *ratione proceſſus* ille pro actore habeatur, qui prior ad judicium provocavit, *L. in tribus. 13. ff. de judic.* aut ſi ambo ſimul provocaverint, quem ſors elegit. *L. 14. Eod.*

108. Quid eſt Hæreditatis petitio?

R. Eſt actio mixta, quæ datur hæredibus quibuscunque, adverſus illos, qui jus, vel rem hæreditariam pro hærede, vel poſſeſſore poſſident, ad vindicandam illam rem, & petendas præſtationes perſonales. *L. 3. 8. 9. & 10. ff. de hæred petit.*

109 *Quis dicitur pro hærede poſſidere?*

R. Qui non eſt hæres, rem tamen hæreditariam tanquam hæres poſſidet, idque *ſive* bona, *ſive* mala fide. §. 3. *I. de Interdict. L. 12. pr. ff. de hæred. petit.*

110. *Quis pro poſſeſſore poſſidere?*

R. Qui de facto poſſidet ſine titulo. *L.* 11. §. 1. *L.* 12. *&* 13. *ff. Eod.*

Ad §. 21. 111. *Quomodo dividuntur Actiones reſpectu habito ad* quantitatem objecti?

Reſp. Quod aliæ *in ſimplum* ſint conceptæ, aliæ *in duplum*, aliæ *in triplum*, aliæ *in quadruplum. h.* §. 21.

112. Annon ultra quadruplum extenditur aliqua Actio?

Reſp. Neg. *h* §. 21. Quod inelligendum de *actione proprie pœnali*, *civili*, ſi *ſola ab uno* inſtituatur; Non etiam de *actione*, quæ ad intereſſe

Digitized by Google

tereſſe datur, aut *pœnam conventionalem. L. un. C. de Sentent. quæ pro eo, quod intereſt. Schneidew. ad h. §. n. 5. & ſeqq.*

113. *Quænam Actiones in ſimplum ſunt conceptæ?* *Ad §. 22.*

R. Quibus *vel* rem ipſam perſequimur, ut ſunt *reales, & quæ ex contractu* deſcendunt; *h. §. 22.* Vel pœnam *ſine mentione proportionis alicujus ad ſimplum*, a legibus definitam, ut ſunt *Actio de poſito vel ſuſpenſo. §. 1 tit. præc. Albi corrupti, L. 7. pr. ff de Jurisd.* &c.

114. *Quænam in duplum?* *Ad §. 23. & 26.*

R. Quibus vel *præter rem* nobis debitam, vel *cum re* duplum perſequimur: Illius generis eſt *Actio furti nec manifeſti:* Hujus *Actio L. Aquiliæ contra inficiantem, Servi corrupti*, &c. *h. §. 23.*

115. *Quotuplices ſunt Actiones in duplum?*

R. Aliæ *ſua natura* tales ſunt, ut: *Actio furti nec manifeſti*, & *Servi corrupti;* Aliæ *per accidens* fiunt, propter inficiationem ſc. ut: *Depoſiti miſerabilis, L. Aquiliæ, & Legati piis locis relicti*, aut

Digitized by Google

moram, ob quam pariter in duplum datur *Actio Legati piis locis relicti. §. 26. h. t.*

116. Quæ eſt Actio Servi Corrupti?

R. Eſt actio Prætoria, quæ datur Domino ſervi, adverſus illum, qui dolo malo ſervum, quoad *animum* deteriorem reddidit, ad duplum ejus, quod intereſt. *L. 1. pr. L. 9. §. 2. ff. de Serv. corrupt. & h. §. 23.*

117. *An ſublata ſervitute nihilominus hodie locum habet hæc Actio?*

R. Aff. de *utili:* Quoties ſc. alicujus intereſt, alium non eſſe corruptum, vel ſeductum. Conf. *Conſt. Crim art.* 123. von Straff der Verkuppelung. Sic *Patri* datur, ratione liberorum corruptorum, *Marito* ratione uxoris, *&c.* Add. *Diſſ. B. Brunn. de Servo corrupto.*

118. *Quæ eſt Actio Legati piis locis relicti?*

Reſp. Eſt actio ex Teſtamento, ſupra *Qu. 27. de Obligat. quæ ex quaſ. contr.* definita, quæ datur contra hæredem, hujusmodi legatum *inficiantem*, vel ſine cauſa ejus ſolutionem *differentem*, ad pœnam dupli. §. *19. 23. & 26. h. t.*

119. Quæ Actio in triplum concepta?

Reſp. Illa, quæ dabatur adverſus eum,

Digitized by Google

eum, qui majorem vero debito quantitatem libello inſeruiſſet, ea gratia, ut Executores litium majores, ſportulas, Gerichts-Koſten, exigerent. *h. §. 24.*

120. *Quomodo vocatur hæc Actio?*

R. Condictitia, *h.* §. 24. Quia eſt ex nova lege, & proprio nomine deſtituitur. *L. un. ff. de Condict. ex Leg.*

121. *Habetne hodie aliquem uſum?* *Ad §. 25. & 27.*

R. Neg, Cum hodie ſportulæ viatorum non ex quantitate petita æſtimentur, ſed ex diſtantia locorum, ſeu numero milliarium. *Ordin. Cam. Imper.* P. 1. *cap.* 47. So ſollen einen jeden.

122. *Quæ ſunt actiones in quadruplum conceptæ?*

R. Quibus itidem vel *præter rem* nobis debitam, vel *cum re* quadruplum perſequimur: Illius generis eſt *Actio furti manifeſti*, & interdum *de calumniatoribus. L.* 7. §. 1. *ff. de Calumn.* Hujus *Actio vi bonorum raptorum*, *quod metus cauſa*, &c. *h.* §. 25.

123. *Quotuplices ſunt Actiones?*

R. Etiam *aliæ* ſua natura tales ſunt, ut: *Actio furti manifeſti*, *vi bonorum raptorum*,

Digitized by Google

rum; *de calumniatoribus* & *Condictitia adverſus executores litium*; *Aliæ* per accidens, ob contumaciam ſc. ut *Actio quod metus cauſa.* §. 27. *h. t.*

124. Quæ eſt Actio de Calumniatoribus?

R. Eſt actio Prætoria, quæ datur illi, cujus cauſa pecunia data, promiſſa vel remiſſa eſt, ut ipſi calumnioſum negotium in judicio fiat, vel non fiat, adverſus accipientem, in quadruplum. *h.* §. 25. & *L.* 1. *pr. ff de Calum.*

125. Quæ Condictitia adverſus Executores litium?

Reſp. Quæ tunc datur, cum executores litium majores ſportulas, aut aliud quicquam præter, aut ſupra legem a partibus exegerunt. *h.* §. 25. Quam adhuc hodie locum habere volunt. *arg. L.* 32. §. *fin. C. de Appell.* Niſi ſtatutis locorum alia pœna expreſſa. *arg. L.* 8. *de R. J. Brunn. Ex.* 27. *ad h.* §. *n.* 18 & 19.

126. Quæ eſt actio quod metus cauſa?

Reſp. Eſt actio Prætoria, in rem ſcripta, quæ datur illi, qui propter juſtum

juſtum metum læſus, adverſus metum inferentem, & quemcunque rei amiſſæ poſſeſſorem, ad illam reſtituendam, aut, niſi ad arbitrium judicis reſtituta fuerit, ad quadruplum. §. *27. h. t. & L. 9. §. 8 ff. Quod met. cauſ.*

127. *Cur in rem ſcripta dicitur hæc Actio?*

R. Quia licet perſonalis ſit, cum oriatur ex delicto, *vi* ſc. *compulſiva*, ex æquitate tamen, diſponente ita Lege, non perſonam, ſed *rem* ſequitur, & ſic contra quemcunque poſſeſſorem datur. *d. L.* 9. §. 8.

128. *An hoc ſenſu etiam aliæ Actiones dicuntur in rem ſcriptæ?*

R. Aff. Uti I. Actio noxalis; *L.* 11. *& ſeqq. ff. de noxal. act.* II. Ad exhibendum, *L.* 3. §. *ult ff. ad Exhib.* III. Aquæ pluviæ arcendæ; *L.* 6. §. 5 *& L.* 12. *ff. de Aqu. pluv. arc* & IV. de Retractu Conſangvinitatis. *Struv. in Juriſpr. Rom. Germ. L.* 3. *tit.* 11. *aph.* 33.

129. *Annon Actiones Pœnales in duplum vel quadruplum hodie ſunt abrogatæ?*

Reſp. Neg Quia nec hodie mitius cum delinquentibus agendum, ac olim. Inde *Actionem furti* adhuc hodie in duplum dari, dictum

Digitized by Google

dictum *ſupra Qu.* 32. *de Oblig. quæ ex delict.* Idem in *actione ſervi corrupti* reſpondit *Ampliſſ. Facult. Jurid. Francof. d.* 10. *Maj.* 1678. *De Actione de calumniatoribus* vid. *B. Brunn. ad L. ult. ff. de Calumn. n. fin.*

Ad §. 28. 130. *Quomodo* ratione adjuncti *dividuntur actiones?*

R. Quod aliæ ſint *bonæ fidei*, aliæ *ſtricti juris*, aliæ *arbitrariæ. h.* §. 28. & 31. Add. *L.* 4. *ff de in Lit. jur.*

131. *Annon omnes actiones ſunt bonæ fidei?*

R. Neg. Licet omnes ſint a bona fide, *i. e.* ex bono & æquo, *uti:* Actio injuriarum, *L.* 11. §. 1. *ff. de injur.* Condictio indebiti, *L. pen. ff. de Condict. indeb.* &c.

132. *Quænam ergo dicuntur Actiones* bonæ fidei?

R. In quibus judex liberam habet poteſtatem æſtimandi, quantum alter alteri ex bono & æquo, etiam *citra expreſſam conventionem* præſtare debeat. §. 30. *h. t.* & *L.* 7. *ff. de Neg. geſt.*

133. *Quales autem illæ?*

R. Omnes in *h.* §. 28. enarratæ, utpote quæ ex *contractibus bonæ fidei* oriuntur *vid. ſupra Qu.* 32. *de Obligat.* v. gr.

Em-

Digitized by Google

Emti Venditi, *Locati Conducti*, *pro ſocio*, &c. Ut & *hæreditatis petitio*, ob præſtationes perſonales, *L.* 25. §. *pen. ff. de petit. hæred.* & *Actio ex ſtipulatu de dote.* §. 29. *h. t.*

134. *Annon præter hic enarratas aliæ dantur Actiones bonæ fidei?*

Reſp. Neg. Quotiesc. enim in Jure exempla referuntur, non additis particulis *Sicuti*, *Uti*, *veluti*, &c. toties omnia referuntur: Niſi tales ſint, quæ tacite ſub enarratis comprehendantur: Uti *Actio Emphyteuticaria* ſub actione Locati-Conducti, *Funeraria* ſub negotiorum geſtorum, *L.* 14. §. 13. *ff. de Relig.* Sic quoque ſub directis *contrariæ* comprehenduntur; & *utiles* v. gr. *Protutelæ*, *Curatelæ*, &c. Item *illæ*, *quæ*, *adjectitiis tantum qualitatibus*, *ab aliis diſtinguuntur*, v. gr. *Inſtitoria*, *Exercitoria*, &c. utpote quæ ſemper ejus ſunt conditionis, cujus eſt actio principalis, cui adjiciuntur. *arg. c.* 42. *de R. J. in* 6.

135. *Quænam dicuntur Actiones* ſtricti Juris?

R. In quibus Judicis poteſtas conventioni partium eſt *adſtricta*, ut eam judicando excedere nequeat. *L.* 99. *de V. O.*

136. *Qua-*

Digitized by Google

136. *Quales illæ?*

R. Omnes reliquæ in *h.* §. *28.* non enarratæ, utpote, quæ *ex contractibus ſtricti juris* oriuntur, *vid. ſupra Qu. 34. de Obligat.* ut ſunt: *Actio ex mutuo, ſtipulatu,* (excepta illa, quæ datur *de dote, vid. Qu præced.* 133) *contractu chirographario, aditione hæreditatis*, &c.

Ad §. 29. 137. *Cur actio ex ſtipulatu de dote eſt bonæ fidei?*

R. Quia *ſurrogata* in locum Actionis rei uxoriæ, *h.* §. *29.* Hæc autem favore dotis inter b. f. judicia referebatur. *L. un. C. de rei uxor. act.*

138. *Quotuplex autem eſt hæc actio?*

Reſp. *Duplex*: Una de *dote petenda*; Altera de *dote repetenda.*

139. *Quæ eſt Actio ex ſtipulatu de dote petenda?*

Reſp. Quæ datur Marito, adverſus Patrem, aut alium, qui dotem promiſit, ſeu debet, ad id, ut dos ſolvatur. *L. 5. & fin. C. de dot. prom.*

140. *Quæ eſt Actio ex ſtipulatu de dote repetenda?*

R. Quæ

Digitized by Google

Reſp. Quæ datur Uxori, adverſus Maritum, ejusque hæredes, ad id, ut dos illata reſtituatur. *d. L. un. C. de Rei Ux. act.*

141. *Quando inſtitui poteſt hæc Actio?*

Reſp. Soluto demum matrimonio: Non conſtante: niſi Maritus ad inopiam vergat, *L. 29. C. de jure dot.* cujus ratio in *L. 1. ff. Solut. matr.*

142. *Quid ſi autem nulla intervenerit ſtipulatio, an nihilominus datur utraque hæc Actio?*

R. Aff. Fingitur enim favore dotis interveniſſe. *L. un. §. 1. & 6. C. de Rei ux. act.*

143. *Annon præterea alia privilegia doti ſunt conceſſa?*

Reſp. Aff. Tam enim Marito ratione dotis promiſſæ, quam uxori ratione dotis reſtituendæ *tacita* conceſſa *hypotheca*, *d. L. un. §. 1.* Soli tamen uxori *jus* inſuper *prælationis* ratione aliorum Creditorum indultum, *b. §. 29.* propter obſequia, quæ præſtat Marito, partus periculum & ipſam Liberorum procreationem. *L. Aſſiduis. 12. §. 1. C. qui pot. in pign.*

144. *An*

144. *An ergo hæredibus uxoris non competit hoc jus prælationis?*

R. Hæredibus *extraneis* non, *h.* §. 29. cum ſit perſonaliſſimum, *L.* 196. *de R. J. Carpzov. P.* 1. *C.* 28. *def.* 95. licet tacita hypotheca ipſis competat. *Carpz. d. C.* 28. *def.* 95. Bene tamen Liberis, ex illa uxore natis. *d. L.* 12. §. 1. *verſ. Exceptis. Carpz. d. l. def.* 96.

145. *Quibus Creditoribus autem ita præfertur mulier?*

Reſp. Omnibus, tam chirographariis, quam hypothecariis, etiam *expreſſam anteriorem* hypothecam habentibus, *d. L.* 12. §. 1. *L.* 30. *C. de jure dot. Vid. B. Brunnem. Ex.* 28. *ad h.* §. *n.* 7. Quod tamen ultimum in Saxonia non obſervatur. *Carpz. d. C,* 28. *def.* 65.

Ad §. 30. 146. *Quomodo in effectu differunt Actiones bonæ fidei & ſtricti juris?*

R. Quod I. in *illis* fructus & uſuræ debeantur a tempore moræ, *L. Mora.* 32. §. 2. *ff. de Uſur.* In *his* vero *fructus* a tempore litis conteſtatæ. *L.* 38. §. 7. *Eod. Uſuræ* non, niſi per ſtipulationem promiſſæ. *L.* 3. *Eod.* II. In *illis* juretur in litem, non etiam in *his*, *L.* 5. *pr. junct. L.* 6. *ff. de in lit. jur.* III. In *illis* contractus, cui dolus cauſam dedit, ſit ipſo jure nullus, *L.* 7. *pr. ff. de Dol, mal.* In *his* autem actio vel

Digitized by Google

vel Exceptio doli inde naſcatur. *L.* 36. *de V. O.*

147. ***Sed annon hodie differentiæ ſublatæ, & ſic ipſa diviſio Actionum in b. f. & ſtricti juris exſpiravit?***

R. Neg. *arg. L.* 27. *C de Teſtam.* Add. *c. fin. X. de Depoſ. & c.* 3. *verſ. Verum quoniam X. de cauſ. poſſeſſ. Sande L.* 3. *dec. tit.* 14 *def.* 1. Niſi quoad *uſuras*, quippe quæ hodie etiam in ſtricti juris judiciis a tempore moræ debentur. *Rec. Imp. de Anno* 1600. §. So viel nun. Vid. *Habn. ad Weſ tit. de Uſur. num.* 2. Idem quoad *juramentum in litem* tradit *Carpz P.* 1. *C.* 23. *def.* 19. Sed contrarium verius *Lauterb. in Compend. jur. tit. de in lit. jur. lit. d.*

148. *Nonne olim alia inſuper fuit differentia Actionum b. f. & ſtricti juris?*

R. Aff. In *illis* enim compenſatio locum habuit ipſo jure; In *his* vero non niſi oppoſita doli mali exceptione, *h.* § 30. Sed hanc differentiam ſuſtulit Juſtinianus, & compenſationem in *omnibus actionibus* ipſo jure fieri voluit. *L. ult. C. de Compenſ. & h.* §.

149. Quid eſt Compenſatio?

Reſp. Eſt debiti & crediti inter ſe contributio, ipſo jure, mutuum debitum

Digitized by Google

bitum tollendi gratia facta. *L. 1. ff. & L. 4. C. de Compenſ.*

150. Quale debitum poteſt compenſari?

R. Quod purum eſt, *L. 7. ff. Eod.* & jure naturali, *L. 6. ff. Eod.* ac aperto nititur, *h. §. 30.* id eſt, *liquidum* eſt: Nam liquidi cum illiquido nulla compenſatio; *L. fin. §. 1. C. Eod.*

151. *Quodnam debitum hic dicitur liquidum?*

R. Quod vel Debitor non inficiatur, vel ſi inficietur, ſine altiori indagine *celeriter* probari poteſt. *d. L. fin.* §. 1. Vid. *Habn. ad Weſ. tit. de Compenſ. n. 7. in fin.*

152. In quibus autem rebus locum habet Compenſatio?

Reſp. In omnibus, quæ non ſunt inæqualis æſtimationis, aut affectionis, *arg. L. 2. §. 1. ff. de R. C.* Sic ergo res ejuſdem generis, v. gr. *vinum cum vino*, &c. aut qualitatis, v. gr. *imperiales cum imperialibus*, &c. compenſari poſſunt; *L. 4. C. de Compenſ.* Non etiam diverſorum generum, v. gr. *vinum cum oleo*, &c. Uti nec ſpecies cum ſpecie, *v. gr. hic equus, cum alio certo equo*, &c. nec ſpecies cum quantitate, *L. 18. pr. ff. de Pignor. act. L. 51. ff. de Leg. 2.* &c.

153. *An*

Digitized by Google

153. *An ergo in Actionibus realibus, aut aliis, quibus ſpecies petitur, v. gr.* commodati, &c. *non obtinet Compenſatio?*

R. Aff. In omnibus enim actionibus obtinet, *b.* §. 30. Non tamen quatenus *in bis* ſpecies reſtituenda, *L. ult. C. Commod.* Sed ob rem peremtam, vel diſtractam, æſtimatio ſolvenda. *Dd. ad d. L. ult.* Excepta *actione depoſiti,* utpote in qua nec hoc caſu, nec ſi quantitas depoſita, obtinet compenſatio, ob fidem ſingulariter electam, *b.* §. 30. & *Spolii*, cum ſpoliatus ante omnia reſtituendus. *can. Redintegranda. III. qu.* 1.

154. *Quomodo ipſo jure fieri dicitur Compenſatio?*

R. Non quaſi non ſit alleganda in judicio, cum alias de ea admittenda pronunciare nequeat judex, *L. pen ff. & ult.* §. 1. *C de Comp.* Sed quod oppoſita *retro* vires ſuas exſerat, a *die* ſcil. *qua utrinque debitum cœpit*, *L.* 11. & 12. *ff. Eod.* id eſt, ſiſtat curſum uſurarum, *dd. text.* liberet pignora. *L.* 12. *C. Eod.*

155. *Quæ ſunt actiones* Arbitrariæ? *Ad* §. 31.

Reſp. Quæ ab arbitrio, *i. e.* juſſu Judicis dependent, ita, ut ſi huic ſatisfiat, abſolutio; ſin minus, ex æquo

Digitized by Google

æquo & bono, prout cujusque rei, de qua actum eſt, *natura* exigit, condemnatio ſequatur. *h.* §. *31.*

156. Quænam Actiones huc referuntur?

Reſp. Omnes reales, *h.* §. *31.* Excepta ſola hæreditatis petitione, §. 28. *I. h. t.* Et quædam perſonales, ut *actio quod metus cauſa, de dolo, de eo, quod certo loco, ad exhibendum, noxalis, h.* §. *31.* &c.

157. Quæ eſt Actio de dolo?

R. Eſt actio Prætoria, perſonalis, arbitraria, quæ datur dolo deceptis, adverſus decipientes, ad damni illati reſtitutionem. *t. t. ff. de Dol. mal.*

158. Quæ eſt actio, de eo, quod certo loco?

Reſp. Eſt actio perſonalis, arbitraria, quæ datur Creditori, contra Debitorem, ad id, quod ex *cauſa ſtricti juris* certo loco dari debuit, alio in loco, facta commemoratione illius loci, ubi dari debuit, præſtandum, ſalvo intereſſe Rei, vel Actoris. *L. 2. pr. & t. t. ff. & C. de Eo, quod cert. loc.* Add. §. *33. h. t.*

159. An

Digitized by Google

159. *An ergo, ſi quid ex contractu bonæ fidei certo loco debeatur, non datur hæc actio?*

R. Neg. Sed ſufficit tunc actio ex illo contractu, cum *bonæ fidei judiciis* hoc jam tum per ſe inſit, ut ſi alibi intententur, pro æſtimatione loci definiantur, *L. 7. pr. ff. Eod.* Quod ſecus in illis, quæ ſunt *ſtricti juris*, *d. L. 7. §. 1.*

160. *Quæ eſt Actio ad Exhibendum?*

R. Eſt actio perſonalis, in rem ſcripta, arbitraria, quæ datur illis, quorum ex *juſta cauſa* intereſt, rem exhiberi, adverſus quemcunque poſſeſſorem, ad rem illam exhibendam. *L. 3. §. 9. & fin. ff. Ad exhib.*

161. *Quid hoc eſt:* Exhibere?

R. Eſt rei alicujus *videndæ* & apprehendendæ copiam facere. *L. 2. ff. Eod.*

162. *Qualem Sententiam in his, & in genere omnibus aliis actionibus, feret judex?* *Ad §. 32.*

Reſp. Certam. §. 32. Ne lis ex lite oriatur, *L. 3. C. de fruct. & lit. exp.* Alioquin eſt ipſo jure nulla. *L. pen. & ult. C. de Sent. quæ ſine cert. quant.*

Digitized by Google

163. *Quam dicis ſententiam certam?*

Reſp. Quæ vel per ſe talis eſt, *i. e.* ex cujus verbis conſtat, quid, quale, quantumque debeatur, *L.* 74. *de V. O.* Vel per relationem ad aliud, *v gr.* Teſtamentum, *L.* 5. §. 1. *ff. de Re judic.* Libellum, *L.* 59. §. 1. *Eod. &c.*

164. *Quid ſi autem de incerta quantitate apud judicem actum?*

Reſp. Nihilominus certa ſententia ferenda, modo hoc incertum *poſſit* ante ſententiam certificari, *h.* §. 22. Alias enim ſecundum naturam obligationis & *petitionis* incerta ſententia ferri poteſt, *Strauch. Diſſ.* 20. *Jur. Juſtin. th.* 3. v. gr. in *actione noxali*, §. 1. *I. de Offic. Jud.* in *L.* 2. *C. de Reſcind. Vend.* &c.

165. ***Nonne vero regulariter certa debet eſſe petitio Actoris?***

R. Aff. *arg. L.* 1. *ff. de Edend.* cum ſecundum eam ſententia ferenda, *L.* 18. *ff. Commun. divid.* Niſi vel factum petatur, *arg. L.* 57. §. 7. *ff. de V. O.* aut intereſſe, *d. L.* 2. *C. de Sent. quæ ſine cert.* vel obligatio ſit alternativa, *&c.* Vid. *Brunn. Ex.* 28. *ad* §. 32. *n.* 12. *& ſeq.*

Ad §. 3. 166. ***Quid ſi ergo plus petat actor, quam ſibi debeatur?***

R. Olim

Digitized by Google

R. Olim cauſa cadebat, niſi *vel* ætatis lubrico, vel inſigni errore fuiſſet lapſus, *h.* §. 33. Sed hodie mitius cum eo agitur.

167. *Quot modis plus petitur?*

Reſp. Quatuor: *Re*, *Tempore*, *Loco* & *Cauſa. h.* §. 33.

168. *Quomodo* Re *plus petitur?*

Reſp. Cum quis petendo debitum auget, & *vel* pro parte totum, *vel* majorem quantitatem exigit, quam quæ debetur, *v. gr.* pro decem viginti, *&c. h.* §. 33.

169. *Quomodo* Tempore?

Reſp. Cum quis præmature petit, ante diei, in favorem *Debitoris* adjectæ, aut conditionis, certo extituræ, ob *L. un. in fin. ff Qu. diei uſusfr. leg. ced.* eventum *h.* §. 33.

170. *Quomodo* Loco?

Reſp. Cum quis id, quod ex cauſa *ſtricti juris* certo loco debebatur, alio loco pure, *i.* e. ſine commemoratione illius loci, in quem ſolutio deſtinata, petit: ob utilitatem Debitori ademtam. *h.* §. 33.

171. *Quomodo* Cauſa?

Reſp. Cum quis id, quod in *genere*, vel *alternative* debetur, in certa ſpecie petit: ob electionem ita Debitori ereptam. *h.* §. 33.

172. *An autem in omni alternativa promiſſione electio competit Debitori?*

Reſp. Aff. de promiſſione *alternativa rerum*, v. gr. *Si bos aut equus promiſſus. c. 70. de R. J. in 6.* Secus eſt in *alternativa locorum*, v. gr. *Si Gedani aut Berolini quid promiſſum*, ne a Debitore circumducatur Creditor. *L. 2. §. 3. ff de eo, quod cert. loc.* Aut in *alternativa locorum & rerum. d. L. 2.* Vid. *B. Brunn. in Prælect. Publ. ad d. c. 70.*

173. *Qua ratione ergo, ſi* res *alternative debeantur, illæ petendæ?*

R. Eadem, qua promiſſæ, *h.* §. 33. Vid. *ſupra Qu. 31. de inutil. ſtipul.* i. e. *alternative.*

174. *Quæ hodie eſt Pœna plus petentium?*

Reſp. Qui *tempore* plus petunt, non tantum ſumtus litis reſtituere, ſed etiam inducias, Reo conceſſas, in duplum dare coguntur, *§. 10. I. de Except.*

Digitized by Google

Except. Qui vero re, *cauſa* vel *loco,* in triplum tenentur ejus, quod ſportularum nomine amplius exactum, *h.* & §. *24. h. tit.* cum refuſione omnis damni. *h* §. *33.*

175. ***Annon hæ pœnæ communi Praxi nunc ſunt abrogatæ?***

Reſp. Neg. Modo *doloſe* plus petitum. *Mev. p.* 6. *dec.* 323. In *Saxonia* tamen, aliisque *nonnullis locis* ceſſant, & qui plus petiit, tantum ad refuſionem damni tenetur, quod inde adverſario forſitan obvenit. *Carpz. P.* 1. *C.* 5. *def.* 12. *Chriſtin. Vol.* 2. *Dec.* 157. *n.* 9.

176. ***An & illi, qui minus petunt, pœnam aliquam incurrunt?*** *Ad* §. 34.

Reſp. Neg. Sed reliquum nihilominus in eodem judicio petere poſſunt, *h.* §. *34.* cum minus petendo non negent, ſe in majori quantitate alium habere obligatum. Facit *L.* 25. §. *Si vero. ff. de Probat.*

177. ***Poteſtne vero Judex, ſi ſciat, plus deberi, ſua ſponte illud adjudicare?***

Reſp. Neg. Quia quæ facti ſunt, non poteſt ſupplere Judex, *t. t. C. Ut quæ deſunt Advoc. part.* Niſi de eo ex actis conſtet, *c.* 6. *X. de judic.* aut actor ſe corrigat, & pendente

judicio reliquum petat, uti intelligenda *verba finalia h. §.*

Ad 35. §. 178. *Sed quid ſi aliud pro alio petatur, aut ex alia cauſa?*

R. Nec hoc quicquam nocet petenti, ſed cognita veritate perinde *in eodem judicio* errorem corrigere poteſt, *h. §.* 35. cum error non præjudicet veritati. *L.* 6. *ff. Ad municip.*

179. *Siccine ergo tam ante, quam poſt litem conteſtatam emendari, aut mutari poteſt Libellus?*

R. Aff. de Jure Civili. *h. §.* 35. *verb. eodem judicio.* Si Judici id æquum videatur. *L.* 3. *C. de Edend.* & *mutaturus* Libellum, novum deliberandi tempus Reo concedat, eique expenſas prioris inſtantiæ refundat. *arg. L.* 75. *de R. J. Neg.* de conſvetudine, ubi quidem *emendari* poteſt libellus poſt lit. conteſtatam; ſed *mutari* tantum ante illam; poſtea vero novo plane opus eſt judicio. *Carpz. P.* 1. *C.* 11. *def.* 1. 2. 3. & 9. *Struv. in S. J. C. Exerc.* 5. *th.* 41.

180. *Quando Lis dicitur conteſtata?*

R. Cum Actor intentionem ſuam propoſuit, & Reus ad illam contradicendo reſpondit. *L. un. C. de lit. conteſt.*

181. *Quid*

Digitized by Google

181. *Quid eſt Libellus?*
Reſp. Eſt ſcriptura, qua coram judice actio proponitur, & contra adverſarium intenditur.

182. *Quando* emendari *dicitur Libellus?*
R. Cum manente priori actione, aliquid ei *additur*, vel *detrahitur*, utpote *ſi actione venditi primum* 100. *thaleri exacti, poſtea ex eadem cauſa alii* 50. *petantur*, &c.

183. *Quando* mutari?
R. Cum ipſa actio & ratio concluſionis corrigitur, *veluti* ſi aliud pro alio, v. gr. bos pro equo, &c. vel ex diverſa cauſa, v. gr. *primum ex emto*, *poſtea donato*, &c. petatur.

184. *Quomodo* ratione effectus *dividuntur Actiones?* Ad §. 36. & 39.
R. Quod aliis *ſolidum*, *i e.* omne, quod debetur, conſequamur; aliis *minus*, quam quod debetur. *h.* §. *36.*

185. *Cur quibusdam actionibus minus conſequimur, quam debetur?*
R. Partim ob *naturam obligationis*, ut in *Actione de peculio. h.* §. *36.* Partim *oppoſitam compenſationem.* §. *39. h. t.* Partim *detractionem ſumtuum in dotem factorum*, ut in *Actione de dote repetenda.* §. 37. *h.*

Digitized by Google

37. *h. t.* Partim denique ob *privilegium competentiæ. d.* §. 37. *& ſeq.*

Ad §. 37. 186. *An ob quoſc. ſumtus minuitur Actio de dote repetenda?*

R. Neg. Sed tantum neceſſarios, *h.* §. 37. Et quidem ipſo Jure, ſi dos in *quantitate* conſiſtat, *L. 5. pr. ff. de Impenſ in res dot. fact.* Sin in *ſpeciebus*, retentio conceditur Marito, donec ei ſatisfactum. *d. L. 5. & h.* §. 37.

187. *Annon etiam propter utiles ſumtus retentio conceditur Marito?*

R. Neg. Idque favore dotis, ne illa diutius carere cogatur Mulier, *L. un.* §. 5. *C. de Rei Ux act.* Datur tamen ideo *Actio mandati*, ſi volente uxore, facti, aut ſi ignorante, *Actio negotiorum geſtorum. d. L. un.* §. 5. *& L.* 8. *ff. de Impenſ. in res dot.*

188. *Quid eſt Privilegium Competentiæ?*

Reſp. Eſt beneficium certis quibusdam perſonis ideo conceſſum, ne ipſis ob debita omnia bona auferantur, ſed ad alimenta ſufficiens portio relinquatur. *L. 173 pr. de R. J.*

189. *Eſtne hoc privilegium reale, an perſonale?*

R. Per-

Digitized by Google

R. Perſonale, *L* 13. *ff Solut. matrim.* Quia ad hæredes non tranſit, *L.* 12. *ff. Eod. L.* 24. §. 1 & *L* 25. *ff de Rejudic.* Niſi quatenus ad illos benevola interpretatione extenditur. *L.* 18. *pr. ff. Solut matrim.*

190 *Quibusnam perſonis hoc privilegium in Jure conceſſum?* *Ad §. 38 & fin.*

Reſp. I. Marito, *h.* §. *38.* de *dote, vel alia ex cauſa* ab uxore convento. *L.* 20 *ff. de Re judic* II. Uxori, *L.* 17. §. 1. *ff Sol. matr.* III. Parentibus *proprie* talibus, *h.* §. 38. & ſic etiam Matri, *arg L.* 4. §. 2. *ff. de in jus voc.* IV. Liberis, *L* 30. *ff. de Re jud.* & *L.* 18. *pr. ff. Sol. matr.* V. Socero in cauſa dotis, *L.* 15. §. *fin.* & *L.* 16. *ff Eod* VI. Patronis, *h.* §. 38. & *L.* 17. *ff. de Re jud.* VII. Sociis, in cauſis Societatis. *h.* §. 38 & *L* 63. *ff. Pro Soc.* VIII. Militibus adverſus quoſcunque Creditores, *L.* 6. *pr. ff de Re jud.* IX. Donatoribus in cauſa donationis, *h.* § *39.* & *L.* 19. §. 1. *de re judic.* X. Ei, qui bonis ceſſit, ſi de poſtea quæſitis conveniatur. §. *fin. h. t.*

191. *An hoc privilegio competentiæ uſi nequeunt ulterius conveniri?*

Digitized by Google

R. Aff. Si ſcil. ad pingviorem redierint fortunam, in quem caſum etiam *ſe reſiduum ſoluturos*, cavere tenentur. *L. un § 7. C. de Rei ux. act. & L. 6. C. Solut. matrim.*

192. *Quid eſt Ceſſio bonorum?*

Reſp. Eſt actio, quo debitor ære alieno *ſine dolo* malo oneratus, omnia ſua bona ſponte Creditoribus relinquit, ut ipſis exinde, quantum fieri poſſit, ſatisfiat, ipſeque a carcere liberetur. *L. 1. & 4. C. Qui bon ced. poſſ.*

193. *Infamatne hæc Ceſſio?*

R. Neg. *L. 11. C. Ex quib cauſ. infam.* Quia eſt beneficium Juris, *L. 7. & 8. C. Qui bon. ced. poſſ.* quod non infamat: Niſi moribus quorundam locorum cum ſolennitate quadam actus ignominioſi ſit conjuncta. *Habn. ad Weſenb. tit. de bon. ceſſ. n. 6. in fin.*

194. *Qua ratione differt a Datione in ſolutum?*

R. Quod I. in *Ceſſione* omnia bona offerantur Creditoribus; Non ſemper in *datione in ſolutum*, cum hæc etiam a locuplete fieri poſſit, ſi nim. pecunia numerata, ad quam obligatus erat, deſtituatur, Creditores autem urgeant ſolutionem. *Nov 4. c. 3.* II. *Ceſſio bonorum* non transferat dominium, niſi poſt factam ſubhaſtationem: *Datio* autem in *ſolutum* ſtatim. *L. 4. C. qui bon. ced. poſſ. & d. Nov. 4. c. 3.*

TIT.

Digitized by Google

Tit. VII.

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.

1. *Vidimus Actiones, quæ ex facto noſtro in nos competunt; Annon vero etiam ex facto alieno aliquando tenemur?* *Ad pr.*

R. Aff. illorum ſc. quos *vel* in poteſtate noſtra habemus, *vel* reſpectu ac nomine noſtro contraxerunt. *tot. h. tit. & L. 1 ff. de Inſt. act.*

2. *Quænam igitur tunc contra nos proditæ ſunt Actiones?*

R. Si quidem *contractus* ab illis celebratus: *I. Actio quod juſſu; II. Exercitoria; III. Inſtitoria; IV. Tributoria; V. De peculio; VI. De in rem verſo. t. h. tit.* Sin *delictum* commiſſum, *Actio noxalis. tit. ſeq.*

3. *Suntne hæ Actiones peculiares ſpecies Actionum?*

R. Neg. Sed tantum adjectitiæ qualitates illarum actionum, quæ ex contractu geſto, vel delicto commiſſo principaliter competebant. *L.* 5. §. 1. *in f. ff. de Exercit. act.* ut: *Emti Exercitoria, Conducti Exercitoria, Condictio certi exercitoria, Furti noxalis, L. Aquiliæ noxalis. pr. I. tit. ſeq.* &c.

Ad §. 1. 4. *Quæ eſt actio quod juſſu?*

R. Eſt actio prætoria, perſonalis, quæ datur illis, qui cum Servo vel filiofam. contraxerunt, adverſus Dominum vel Patrem, quorum juſſu contractus celebratus, ad id, quod ex contractu illo debetur, in ſolidum, *h.* §. *1.* quatenus tamen juſſum contrahentes non exceſſerunt. *L* 3. *ff. quod juſſ.*

5. *Quando locum habet hæc Actio?*

R. Cum juſſu Patris, aut Domini, filius aut ſervus *in ſuam perſonam* contraxerunt: Quia ſic cum illis contrahentes fidem Patris aut Domini ſecuti videntur, *h.* §. 1. *&* *L.* 1. *pr. ff. Quod juſſu*, Secus ſi ut *nudi miniſtri* nomine Patris vel Domini contraxerint; Sic enim directa actio ex illo contractu datur contra Patrem vel Dominum. *L. ult. ff. Eod.*

6. *Quæ*

6. Quæ eſt Actio Exercitoria? *Ad §. 2.*

R. Quæ datur illis, qui cum Magiſtro navis ſecundum legem præpoſitionis contraxerunt, adverſus Exercitorem, ad id, quod ex contractu geſto debetur, in ſolidum. *h. §. 2.*

7. Quis dicitur Exercitor navis?

Reſp. Vid. *ſupr. Qu. 16. de Oblig. quæ ex quaſ del.* Germ. ein Reder, vel Schiffs-Patron.

8. Quis Magiſter navis?

Reſp Qui navi ab Exercitore eſt præpoſitus, ac cui totius navis cura demandata, *L. 1. §. 1. ff. de Exercit. act.* Germ. ein Schiffs-Capitain.

9. Quæ eſt Actio Inſtitoria?

Reſp. Quæ datur illis, qui cum inſtitore ſecundum legem præpoſitionis contraxerunt, adverſus præponentem ſeu Principalem, ad id, quod ex contractu geſto debetur, in ſolidum. *h. §. 1.*

10. Quisnam dicitur Inſtitor?

Reſp. Qui a Domino negotiationi

quæſtuariæ univerſaliter, adminiſtrandi gratia præpoſitus eſt, *h.* §. *2* & *L. 18. ff. de Inſt. act.* Hodie dictus: *Factor*, *Proviſor*, &c.

11. Quomodo hæc actio inſtitoria differt ab Exercitoria?

Reſp. (1) *Inſtitoria* verſatur circa negotia terreſtria; *Exercitoria* vero circa maritima; (2) *Illa* Dominus ex contractu illius, quem Inſtitor ſubſtituit, non tenetur. *Hac* tenetur, ſi magiſter aliquem ſubſtituerit. *L.* 1. §. 5. *ff de Exercit. act.*

12. *Annon etiam ipſe Inſtitor & Magiſter navis a contrahentibus poſſunt conveniri?*

R. Aff. Actione ſe directa illius contractus, quem celebraunt, *d. L.* 1. §. 17. Tantum tamen durante officio, *L. fin. ff. de Inſtitor. act.* non finito, niſi *proprio nomine* contraxerint. *Carpz. P.* 2. *C.* 20. *def. ult.*

Ad §. 3. *13. Quæ eſt actio Tributoria?*

Reſp. Quæ datur Creditoribus ſervi, vel filiifam. ſi hi in merce peculiari, ſciente Domino vel Patre, ſint negotiati, adverſus Dominum vel Patrem, ad iniquam & fraudulentam mercis illius diſtribu-

Digitized by Google

ſtributionem corrigendam, & æqualiter faciendam. *h. §. 3. L. 7. §. 2. & L. ult. ff. de Tribut. act.*

14. ***Quænam dicitur Merx peculiaris?***
R. Res, in qua Dominus vel pater ſervo vel filiofam. permittit ***proprio nomine*** negotiari.

15. *Quæ eſt Actio de peculio?* *Ad §. 4.*
Reſp. Vid. *ſupra Qu. 52. de Action.*

16. *Quid computandum in peculio, ut conſtet de ejus quantitate?*
Reſp. Omne id, quod ſupereſt, deducto eo, quod Domino vel Patri, & aliis, qui in illorum poteſtate, tutela vel cura ſunt, debetur, *h. §. 4.* cujus ratio in *L. 9. §. 2. ff. de Pecul.* Exceptio in eo, quod ſervus ordinarius vicario ſuo debet *h. §. 4. in fin.*

17. *Quæ eſt actio de in rem verſo?*
R. Quæ datur illis, qui cum ſervo vel filiofam. contraxerunt, adverſus Dominum vel Patrem, in quorum rem aliquid verſum, ad id, quod ex eo contractu debetur, in quantum verſum, præſtandum. *h. §. 4.*

18. *Quid*

Digitized by Google

18. *Quid dicitur in rem verſum?*

R. Omne id, quod in *neceſſitatem* vel *utilitatem* Patris aut Domini *bona fide* expenſum, comparatum vel acceptum, *h.* §. *4. L. 3.* §. *2. & L. 5.* §. *2. ff. de in rem verſ.* licet *caſu perierit. d L 3.* §. *7. & 9.* Non etiam quod ad *voluptatem* erogatum citra voluntatem Patris aut Domini. *d. L. 3.* §. *4. & 6.*

19. *Quis autem tenetur probare verſionem?*

Reſp. Ille, qui contraxit cum filio aut Servo, ſeu Actor. §. *5. h. t.* Licet alias filius aut Servus ſoliti ſint vertere, imo licet acceperint, quaſi verſuri. *d. L. 3.* §. *9.*

20. *Differtne hæc Actio de in rem verſo ab Actione de peculio?*

Reſp. Aff. *Illa* enim in ſolidum datur, quatenus quid in rem verſum: *Hæc* tantum peculiotenus; Poſſunt tamen ambæ in uno Libello cumulari, ita ut in peculio tantum non ſit, quantum debetur, id ex eo, quod in rem verſum eſt, ſuppleatur, & vice verſa; Et hoc ſenſu utramque actionem *unam* hic dicit Imperator. *h.* §. *4.*

21. *An*

Digitized by Google

21. *Annon & cæteræ Actiones: Quod juſſu, Exercitoria, Inſtitoria, cum actione de peculio, aut in rem verſo concurrere poſſunt?* Ad §. 5.

Reſp. Aff. Non tamen *cumulative*, ut ſc. omnibus vel *ſimul*, vel *ſucceſſive* uti liceat; Sed *elective*, ut liceat unam eligere experiundi gratia, *h.* §. Hac autem electa reliquæ conſumantur, *L.* 9. §. 1. *ff. de Tribut. act.* cum omnes ex uno eodemque negotio deſcendant.

22. *Quid autem in electione potiſſimum obſervandum?*

Reſp. Ut illa, qua *vel* ſolidum conſequimur, *vel* minoribus oneramur probationibus, alii ſemper præferatur, *utpote* actio Exercitoria & Inſtitoria, actioni de peculio; Actio viciſſim de peculio, actioni de in rem verſo, *ſi peculium ſufficiat, &c. h.* §. 5.

23. *Numne hæ actiones ex Servi pariter ac Filiifam. quocunque contractu in Dominum, vel Patrem dantur?* Ad §. 6. & 7.

Reſp. Aff. *h.* §. *6.* Excepto *mutuo*, quod ſi a Servo contractum, Dominum quidem obligat peculiotenus,

tenus, ſed non Patrem, ſi acceptione *pecuniæ numeratæ* a filiofam. contractum. *L. pen. C. Ad SC. Macedon. & h. §. 7.*

24. Sed annon ipſum filiumfam. obligat mutuum ita contractum?

Reſp. Obligat quidem naturaliter, *L. 10. ff. Eod.* Sed non civiliter, ob SC. Macedonianum, *h. §. 7.* Reliqui tamen Contractus *omnes* etiam civiliter eum obligant, *L. 39. ff. de O. & A.* dilata tantum executione, quamdiu in poteſtate eſt, & nihil proprii habet. *L. 5. pr. ff. h. t.*

25. Quid eſt Senatusconſultum Macedonianum?

R. Eſt jus a Senatu Romano conſtitutum, quo cavetur, ne Creditoribus, qui filiisfam. mutuam *pecuniam* dederunt, efficax actio detur. *L. 1. §. 1. ff. Ad. SC. Maced.*

26. Quæ cauſa hujus Senatusconſulti?

R. Ne ære alieno obſtricti Parentibus ſuis graves exiſterent, & vitæ illorum inſidiarentur. *h. §. 7.* Add. elegans alia ratio in *L. fin. §. 5. in fin. C. de bon. quæ liber.*

27. *An*

Digitized by Google

27. *An ad filiosfamilias tantum pertinet hoc Senatusconſultum?*

Reſp. Neg. Sed etiam filiasfam. *L. 6. §. 2. ff. ad SC. Mac. & b. §. 7.* ex juſta ſc. interpretatione; Imo in genere Liberos, in poteſtate adhuc conſtitutos. *L. 3. §. fin. ff. Eod. & b. §.*

28. ***Annon autem Liberi ſui juris facti, poſſunt de pecunia antea mutuata conveniri?***

R. Neg. *b. §.* Etiamſi adhuc extet pecunia, *L. 9. §. 2. ff. Eod.* quod hodie ceſſare vult *Græнweg. de LL. abrog. ad tit. eund. C n. fin.* Niſi de novo debitum agnoverint. *L. 2. C. Eod.*

29. *Cur in ſola* pecunia *mutuo accepta obtinet hoc SCtum?*

Reſp. Quia in ea, parata juvenum corruptela, cum ad communem uſum valeat: Quod ſecus in aliis *rebus* fungibilibus. *L. 3. § 3 ff. Eod.* Niſi *in fraudem* SCti datæ, ut ſc. illis diſtractis pecunia habeatur mutua. *d. L. 3. §. 3. & L. 7. §. 3. ff. Eod.*

30. ***Annon aliquando, etiamſi pecunia mutuo accepta, tamen ceſſat SC. Macedonianum?***

R. Aff.

R. Aff. Utpote, ſi *filiusfam.* habeat peculium caſtrenſe, vel quaſi, *L* 1. §. 1. *& L.* 2. *ff. Eod.* Si publice pro Patrefam. habitus, *L.* 3. *pr. Eod.* aut ſe talem eſſe, mentitus, *L.* 1. *C. Eod.* Si *Pater* conſenſerit, *L* 12. *&* 16. *ff. Eod.* aut pecunia in rem ejus verſa ſit, *L.* 7. §. 12. *ff. Eod.* v. gr. *in ſtudia*, &c. *L.* 7. §. 15. *Eod.* &c.

Ad §. *fin.* 31. *Nonne ex contractibus Servi aut filii directæ quoque actiones dantur contra Dominum aut Patrem?*

Reſp. Aff. *h.* §. *fin.* Quia ipſi contraxiſſe videntur. *L.* 29. *ff. de R. C. & L. ult. ff. Pro Soc.* Quod poſt conſtitutas a Prætore actiones adjectitias videtur Jus civile introduxiſſe. *Vinn. ad h.* §.

Tit. VIII.
De
NOXALIBUS ACTIONIBUS.

Ad pr. 1. *Quid eſt Actio Noxalis?*

R. Eſt actio perſonalis, in rem ſcripta, quæ datur illis, qui ex privatis Servorum delictis læſi, adverſus illorum Dominos aut poſſeſſores, ad hoc, ut vel damnum reſarciant,

Digitized by Google

ant, *vel* ſervum noxæ dedant. *h. pr. L. 12. 13. & 19. pr. h. t.*

2. *Quid ſignificat* noxæ dedere? *Ad* §. 1.

Reſp. Corpus ſervi, quod nocuit, pœnæ loco tradere. *h.* §. *1.*

3. *Differuntne noxa a noxia?*

Reſp. Aff. *Noxa* enim ipſum corpus eſt, quod nocuit, *i. e.* Servus; *Noxia* vero maleficium, v. gr. *furtum*, &c. a ſervo commiſſum; Sed hæc differentia non eſt perpetua, ut patet ex *L. 1. & 14. ff. h. t.*

4. *Annon etiam ob publica Servorum delicta tenentur Domini?*

R. Neg. Sed in his ipſimet ſervi Rei fiunt, *L. 3. §. fin. ff. de Accuſat. & L. 4. in fin. C. h. t.* cum nemo poſſit alterius delicti pœnam ſuſtinere, *L. 22. C. de Pœn.* Niſi *civiliter*, ſeu *pecuniarie* agatur *d. L. 3. §. fin.*

5. *Cur noxæ deditione ſe liberare poteſt Dominus?* *Ad* §. 2.

R. Quia iniquum videbatur, nequitiam Servorum ultra ipſorum corpora Dominis damnoſam eſſe. *h.* §. *2.*

6. *An ergo Servus noxæ deditus tranſit in illius, cui deditus, Dominium?* *Ad* §. 3.

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. *h.* §. 3. Quia videtur quaſi in ſolutum datus: Quod ſi tamen damnum illi datum quæſita pecunia reſarcire velit, manumittendus. *h.* §.

7. *Sed quomodo Servus pecuniam ſibi quærere poteſt, quæ non pertineat ad Dominum?*

R. Si de demenſo ſuo, genium ſuum defraudans, aliquid compararet: Hoc enim, quia corpori ſubtractum, ad Dominum non pertinet, ſed ſervum. *Vid. Manz. ad Inſt. h. §. n. fin.*

Ad § 4. 8. *Quotuplices ſunt actiones Noxales?*

Reſp. Aliæ *Civiles*, quæ dantur ex maleficiis, quæ legibus puniuntur, ut: *Furti nec manifeſti noxalis, damni ex L. Aquilia noxalis*; Aliæ *Prætoriæ*, quæ dantur ex maleficiis, a Prætore punitis, ut: *injuriarum noxalis, vi bonorum raptorum noxalis, &c. h. §.* 4.

Ad §. 5. 9. *Contra quem inſtituenda Actio noxalis, ſi ſervus poſt delictum commiſſum novum acceperit Dominum?*

R. Non contra illum, qui tempore delicti Dominus fuit, niſi ille dolo malo ſervum poſſidere deſierit, *L.* 12. 21. pr.

pr. & *L.* 24. *ff. de noxal. act.* Sed qui nunc Dominus eſt, cum actio inſtituitur. *b.* §. 5. Quia noxa caput, i. e. *Dominum ſervi*, ſequitur.

10. *Sed quid ſi ſervus poſt delictum bona fide manumiſſus?*

R. Sic ipſe ſervus directa actione tenetur, & extingvitur noxæ deditio, *b.* §. 5. *L.* 4. & *fin C. An ſerv. pro ſuo fact.* Sicut ex diverſo, ſi liber homo poſt delictum ſervus factus, incipit noxalis actio contra ejus Dominum. *b.* §. 5.

11. *An adhuc hodie ex delictis noſtrorum Servorum tenentur Domini?*

R. Neg. Si *extra officium* deliquerint, *arg. L* 3. §. 2. & *L.* 7. *pr. ff. Naut. caup.* & *ſtab.* Sin *circa officium*, catenus tenentur, quatenus in illorum *electione* culpam commiſerunt, *L.* 27. §. 9. *ff. ad L. Aquil. Mev. ad Jus Lubec. L.* 3. *tit.* 8. *art.* 1. *n.* 27. ut adeo *Actionis noxalis* nullus amplius ſit uſus; Sed ipſi ſervi ex ſuo delicto teneantur.

12. *Annon etiam Domino contra Servum datur actio, ſi ipſi noxiam*, v. gr. *furtum*, &c. *fecerit?* Ad §. 6.

R. *Jure*

Reſp. *Jure Civili* non, cum ibi nulla inter Dominum & Servum naſci poſſit obligatio. *h.* § 6 Quod pro una perſona habeantur, *L.* 16. *ff. de Furt.* Etiamſi ſervus poſtea manumiſſus, aut alienatus; *h* §. Bene tamen *moribus*, ubi Servi pro liberis hominibus habentur.

13. *Nonne contra Parentes quoque olim dabatur actio noxalis ex delictis filiorumfam. privatis?*

Reſp. Aff. Sed hodie ipſi filiifam. de iis conveniuntur, *h.* §. *fin.* Actio tamen judicati datur contra parentes peculiotenus. *L.* 3. §. 11. *ff. de Pecul.*

Tit. IX.
SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

Ad pr. 1. *Quæ actio datur, ſi damnum ab alieno animali datum?*

R. ET ſic datur Actio noxalis, *de pauperie* alias dicta. *h. pr.* & §. 1.

2. *Quid eſt Pauperies?*

Reſp. Eſt damnum ſine injuria facientis datum, *i. e.* ab animali irrationali *h. pr.* & *L.* 1. §. 3. *ff. h. t.*

3. *Qui*

3. *Quid eſt Actio de Pauperie?*

R. Eſt actio perſonalis, quæ datur ei, qui damnum ab alieno animali paſſus, adverſus Dominum aut poſſeſſorem animalis, ad id, ut aut animal noxæ dedatur, aut damnum reſarciatur. *h. pr. & L. 1. pr. ff h. t.*

4. *Quando locum habet hæc actio?*

Reſp. Cum animal alienum contra naturam ſui generis, ſine hominis cujusquam culpa, proprio modo nocuit, *h. pr. L. 1. §. 4. 5. & 7. ff. h. t.* utpote *ſi equus calcitroſus calce percuſſerit*; &c.

5. *An & in bipede locum habet?*

R. Aff. Utilis ſc. *L. 4. ff. h. t.* Idem in alio animali, quod pecudum numero non eſt, *v. gr.* cane, *&c. L. 1. §. 2. h. t.*

6. *Qualis autem Actio datur, ſi animal ſecundum naturam ſui generis nocuerit?*

R. Actio de paſtu. *L. 14. § fin. ff. de Præſc. Verb.* Aut ſi culpa concurrerit alterius, Legis Aquiliæ. *L. ult. C. de L. Aquil.*

7. *Quid ſi inſtigatu alterius nocuerit?*

R. Et tunc datur actio L. Aquiliæ contra inſtigantem, *L. 11. §. 5. ff. Eod.* Idem ſi alias culpa intervenerit tertii. *L. 1. §. 4. & 5. ff. h. t.*

8. *Num vero adhuc hodie alternative agitur hac actione?*

Reſp. Aff. Unde hodienum Dominus animal noxæ dedendo ſe liberare poteſt. *Habn. ad Weſ. h. t. n.* 3. & 6. Niſi *Jure Saxonico* poſtquam nocuit, ſciens illud receperit, aut non expulerit. Land-Recht. *L.* 2. *art.* 40. Sic enim ſimpliciter ad damni reparationem tenetur.

9. *Annon etiam ob damnum a feris datum, datur hæc actio?*

R. Non *directa*, ob *genitalem* feritatem, *h. pr.* Sed *utilis*, ſi ſc. fera talis ſit, quæ per manſvefactionem feritatem quaſi exuerit, *L.* 2. §. *fin. h. t.* & adhuc in poteſtate alicujus ſit. *L.* 1. §. 10. *Eod.*

Ad §. 1. 10. *Sed nonne de damno ferarum aliæ inſuper dantur actiones?*

R. Aff. Et quidem ſi *Domini culpa* damnum datum, Actio L. Aquiliæ utilis; Si vero ideo, *quia ibi habitæ, ubi vulgo iter fit*, Actio Ædilitia, *h.* §. 1. & *L.* 40. *ac ſequ. ff. de Ædil. Edict.*

11. *Ad quid datur Actio Ædilitia?*

R. Si libero homini nocitum, ad pœnam arbitrariam; Si vero Servo, aut

Digitized by Google

aut aliis rebus, ad duplum damni dati, *h.* §. 1. Hodie indiſtincte, ſi a feris nocitum, pœna obtinet arbitraria, *Conſtit. crim. artic.* 120.

12. Poteſtne hæc Actio cum Actione de pauperie concurrere?

R. Aff. Nunquam enim actiones, *aliud* ſc. vel *plus* continentes, præſertim pœnales, inter ſe ex *diverſis* delictis, aut cum actionibus *rei perſecutoriis*, de eadem re concurrentes, alia aliam conſumit. *h.* §. *1. L. 130. de R. J. Struv. in Synt. Jur. Civ. Exerc. 14. th. 15.*

Tit. X.

De IIS, PER QUOS AGERE POSSUMUS.

1. Per quos Actiones in judicio ſunt pro Ad pr. ponendæ, ſeu inſtituendæ?

R. Olim per ipſum Actorem, *L 123. de R. J* non alium, niſi pro *populo*, *pupillo*, & *libertate*, denique pro *abſentibus Reip. cauſa de furto* ageretur, *h. pr.* Sed *hodie* etiam per Procuratores, cum variæ cauſæ impedimento eſſe poſſint, quo minus quis rem ſuam ipſe exequatur. *h. pr.*

Digitized by Google

2. *Quis eſt Procurator?*

Reſp. Qui aliena negotia mandato Domini adminiſtrat. *L. 1 pr. ff. de Procur.* Germ. Anwalt, Vollmächtiger.

3. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: Alius *judicialis*, qui lites alienas in judicio perſequitur, de quo *hic* agitur; Alius *Extrajudicialis*, qui ſaltem extrajudicialia negotia curat: Et hic plerumque *Mandaturius* vocatur.

4. *Differtne Procurator judicialis ab Advocato?*

R. Aff. *Hic* enim in Jure inſtruit: *Ille* tantum negotium in judicio gerit; Sed hodie in multis locis conveniunt.

5. *An a Defenſore?*

R. Aff. *Defenſor* enim ſine mandato Reum in judicio defendit, *L.* 46. §. 2. *&* *L.* 76. *ff. de Procur. Procurator* vero cum mandato agit. *L.* 1. *pr. Eod.*

Ad § 1. 6. *Quomodo conſtituitur Procurator?*

Reſp. Solo conſenſu, *L. 1. §. 1. & fin ff. de Procur.* eoque tam *expreſſo*, quam *tacito*.

7. *Quomodo expreſſe conſenſu conſtituitur?*

Reſp.

Digitized by Google

Reſp. Per mandatum expreſſe acceptum, *d. L. 1. pr.* Vel per ratihabitionem. *L. 66. Eod. & L. 60. de R. J.*

8. *Quomodo tacite?*

R. Ex *parte Principalis* per actum aliquem, *v. gr.* traditionem Inſtrumentorum, ad cauſam pertinentium, *L. 11. C. de Pact. convent.* patientiam, *L. 11. ff. Mand.* &c. *Ex parte* vero *Procuratoris* per acceptionem literarum, quibus continetur mandatum, *ſine contradictione* factam, *Clement. 1. de Procur.* Niſi ob impedimenta contradicere non potuerit.

9. *An in omnibus cauſis conſtitui poteſt Procurator?*

R. Regulariter tantum in *civilibus & pecuniariis*, *L. 26. C. de Procur.* & quidem tam ab *Actore*, quam *Reo*; Non *criminalibus*, quarum ſcil. pœna ad relegationem poteſt extendi. *L. 1. ff. An per al. cauſ. appell. redd. poſſ.* Ne ſententia judicis reddatur eluſoria, *contra L. 75. ff. de judic.* Vid. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 105.

10. *Annon autem ab Actore in Criminalibus conſtitui poteſt Procurator?*

Reſp. De *Jure Civili* non, ob pœnam ta-

 lionis,

Digitized by Google

lionis, & inſcriptionis neceſſitatem. *L. pen. §. fin. ff. de Publ. judic.* Bene tamen hodie *Jure Carolino*, ſublata illa pœna. *Conſt. Crim. art.* 12.

TIT. XI.
De SATISDATIONIBUS.

Ad Rubr. 1. *Suntne illi, qui pro aliis litigant, ſimpliciter in judicio admitendi?*

R. NEg. Niſi prius *idoneam* & *ſufficientem* præſtiterint cautionem. §. 1. *h. t. & L. un. C. Eod.*

2. *Quid eſt Cautio in genere?*

Reſp. Eſt ſatisfactio, per quam ſecurum reddimus adverſarium. *L.* 1. *ff. Qui ſatisd. cog.*

3. *Quotuplex eſt?*

Reſp. Quadruplex: (1) *Fidejuſſoria*, alias in ſpecie *Satisdatio* dicta; *L.* 1. *ff. Eod.* (2) *Pignoratitia*; (3) *Juratoria*; (4) *Promiſſoria. Rubr. ff Qui ſatisd. cogant. vel jurato promittant, vel ſua promiſſ. committ.*

4. *De quanam hic agitur?*

R. De Fidejuſſoria: Hæc enim ſub vocabulo *Satisdationis*, ſimpliciter poſito, regulariter intelligitur. *L.* 7. *ff. de Stipul. Præt.*

5. *An*

5. *An ergo Pignoratitia cautio non admittitur in judicio?*

R. Regulariter non, *d. L. 7.* cum *pignora* certam habeant æſtimationem; *Judiciales* vero *cautiones* ut plurimum de futuro interponantur intereſſe, quod incertum, *L. ult ff. Eod.* Niſi aliud conventum, *L. 61. de V. S.* aut moribus præceptum, uti *hodie* fere ubique factum. *Habn. ad Weſ. tit Qui ſatisd. cog. n.* 4. *Grœnw. de LL. abrog. ad d. L. 7.*

6. *Quid ſi vero fidejuſſores aliquis reperire nequeat?*

R. Ad juratoriam cautionem erit admittendus. *Nov.* 112. *c.* 2. *& Auth. Generaliter. C. de Epiſc. & Cler.* modo probatæ ſit exiſtimationis, nec de fuga ſuſpectus. *Carpz. P.* 1. *C.* 5. *def* 9.

7. *Quomodo præſtanda cautio juratoria?*

R. Jurandum (1) ſe credere, ſe adhibita ſumma diligentia non poſſe reperire fidejuſſores, & (2) ſe ſancte facturum ea, de quibus erat cavendum, v. gr. *judicio compariturum*, &c. *Nov.* 134. *c.* 6.

8. *Annon aliquando nuda promiſſoria cautio ſufficit?*

Reſp. Aff. Si nim. quis in loco judicii, vel ſub eodem Principe poſſideat bona immobilia, jure dominii *directi* vel *utilis*,

L. Sciendum. 15. *ff. Qui ſatisd. cog.* Quia ceſſat tunc ſuſpicio fugæ, & facilis eſt executio in bona, *Carpz. d. C.* 5. *def.* 2. *& ſeqq.* Quin imo hodie *hoc caſu* plurimis in locis plane non eſt opus cautione, ſed nuda ſufficit poſſeſſio. ***Lauterb. in Compend jur. tit. Qui ſatisd. cog. in fin.***

Ad pr. & § 1. 9. ***Tenebaturne olim Actor & Reus pariter in judicio cavere?***

R. Neg. *Actor* enim non cavebat, niſi alieno nomine, ut Procurator, ageret, ubi de rato cavere tenebatur, *Reus* autem, ſi *ipſe* conventus actione reali, cavebat judicatum ſolvi; non ſi perſonali; ſed ſi ***alieno nomine;*** indiſtincte judicatum ſolvi cavere tenebatur. ***h. pr. & §. 1.***

10. ***Quid eſt Cautio de rato?***

R. Qua is, qui actionem vel defenſionem alicujus ſuſcipit, cavet, eum, cujus nomine eam ſuſcipit, ratam habiturum litem, & omne, quod per eum geſtum fuerit. ***t. t. ff. Rem Rat. haber.***

11. ***Quid Cautio judicatum ſolvi?***

Reſp. Qua quis cavet (1) de re judicata, *i. e.* præſtando eo, quod judex pronunciaverit; (2) de re *ſeu* cauſa defendenda;

Digitized by Google

denda; (3) de dolo malo, quod ſcil. abſit, vel abfuturus ſit. *L. 6. & 9. ff. judic. ſolv. & §. 4. h. t.*

12. *Annon autem hodie* Actor *cavere tenetur?* *Ad §. 2.*

Reſp. Aff. Idque tam in Actione reali, quam perſonali. *Nov. 96. c. 1.*

13. *Quomodo vero cavet?*

Reſp. *Jure Civili novo* (1) ſe intra 2. menſes a die porrecti libelli litem conteſtaturum; *d. Nov.* 96. (2) in lite ad finem usque permanſurum; (3) ſi convictus fuerit, decimam partem litis expenſarum nomine. Reo ſoluturum. *Auth. Generaliter. C. de Epiſc & cler. In praxi,* ſe judicium peracturum, & ſi ſuccubuerit, expenſas reſtiturum, *Zanger. de Except. P. 2 c. 21. n. 13.* Ut &, quod ex *Jure Saxon.* paſſim obſervatur, ſe reconventioni reſponſurum. *Brunn. in Proc. Civil. c. 8. n. 3.*

14. *Quid eſt Reconventio?*

Reſp. Eſt actio a Reo contra Actorem coram eodem judice & in eodem judicio ſuper eadem vel diverſa cauſa viciſſim inſtituta, ut e contrario, quod ſibi debetur, conſequatur, *Vid. L. Cum Papinianus 14. C. de Sentent. & interl.* Germ. die Wieder-Klage.

15. *Cur ſuper hac in locis extra Saxoniam cavendum, ubi tamen Reconventio ſimul cum conventione poteſt inſtitui?*

Reſp. Quia fieri poteſt, ut reus non, niſi lite principali finita, actorem reconvenire poſſit, v. gr. *Si ob litem calumnioſe motam injuriarum cum ipſo agere velit: Tunc enim litis finem exſpectare tenetur, L. Siquidem.* 10. *C. de injur.*

16. *Quomodo hodie* Reus *cavet*?

Reſp. Se in judicio usque ad finem permanſurum, & ſententiæ ferendæ adfuturum, *h.* §. 2. Quæ tamen cautio conſvetudine Judiciorum tunc demum ſolet exigi, ſi Reus ſit de fuga ſuſpectus, *Carpz. L.* 9. *Reſp.* 79. aut alia ſubſit cauſa, *Mev. P.* 1. *dec.* 17.

Ad §. 3. 17. *Quomodo cavet* Procurator Actoris?

Reſp. Si *certum* ſit, ipſi cauſam ab Actore demandatam, *utpote* ſi apud acta conſtitutus, &c. non cavet, *h.* §. 3. & *L.* 65 *ff. de Procurat.* Sin *dubium*, aut defectus ſit in mandato, cavet de rato, aut ſufficienti mandato ad proximum exhibendo, *h.* §. 3. & *L.* 1. *de Procur.*

18. *Quid*

Digitized by Google

18 *Quid ſi vero conſtet, aliquem ſine mandato agere, annon tamen ſub cautione de rato admittendus?*

R. Neg. *arg. L.* 1. *& L.* 14. *C. Eod.* Niſi ſit unus ex perſonis conjunctis, *L.* 35. *pr. ff. Eod.* In his enim, cum præſumatur mandatum, verum mandatum non requiritur, *L.* 40. *§. fin. ff. Eod.* Unde ſub cautione de rato admittantur. *L. Martius,* 21. *C. Eod.*

19. *Quomodo cavet* procurator Rei? *Ad* §. 4.

R. De Judicato ſolvendo; *L. un. C. de Satisd.* cum nemo alienæ rei ſine hac ſatisdatione idoneus defenſor intelligatur. *§.* 1. *&* 5. *h. t.* Niſi ipſe Reus hoc modo ſub hypothecca bonorum ſuorum pro eo caverit, & inſuper pro ſua perſona aliam ſatisdationem de veniendo in judicium tempore recitandæ ſententiæ expoſuerit. *h* §. 4. Sed moribus, ſi Reus ſit poſſeſſionatus, Procurator ejus non cavet, modo ſufficienti mandato ſit inſtructus. *C. Brunn. ad d. L. un. n.* 10.

20. *Quomodo* Defenſor? *Ad* §. 5.

Reſp. Itidem de judicato ſolvendo, *& fin. h. §. 5. & L. 35. ff. de Procurator.* Quia mandatum non habet, & ſic multo minus

 ſine

ſine ſatisdatione admittendus, *dd. text.* Quin imo, ſi *actio in rem* ſit inſtituta, cavet etiam de rato. *L.* 40. §. 2. *ff. Eod.*

TIT. XII.

De

PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUÆ AD HÆREDES ET IN HÆREDES TRANSEUNT.

Ad pr. 1. *Poſſuntne Actiones hucusque enarratæ quocunque tempore inſtitui?*

R. OLim, ſi *civiles* erant, poterant etiam ultra centum annos inſtitui, cum Jus Civile ſit perpetuum; Sed hodie publicæ utilitatis cauſa omnibus certi termini ſunt præſcripti, ultra quos inſtitui non poſſunt. *h. pr.*

2. *An ergo hodie nullæ amplius Actiones ſunt perpetuæ?*

R. Simpliciter perpetuæ ſunt nullæ; Dicuntur tamen ſecundum quid *perpetuæ*, quæ 20. annos & ſupra durant; Quæ vero minori tempore, *temporales. arg. h. pr.*

3. *Un-*

Digitized by Google

3. *Unde vero cognoſcimus, quamdiu durent Actiones?*

R. Hoc ex diverſitate illarum colligendum; quatenus ſc. aliæ *Civiles* ſunt, eæque vel *Reales*, vel *Perſonales*, vel *Mixtæ;* aliæ vero *Prætoriæ*.

4. *Quamdiu durant actiones* Civiles Reales?

Reſp. Quamdiu jus in re, unde oriuntur: Sic ergo *Vindicatio* rei mobilis triennio, immobilis 10. vel 20. annis exſpirat, *arg. pr. I. de Uſucap. & L. 7. in fin. C. de petit. hæred.* Sic & *Actio Confeſſoria & Negatoria* 10. vel 20. annis terminantur, cum tot terminentur ſervitutes. *L. pen. C. de Serv. &c.*

5. *Quamdiu Actiones* Perſonales?

Reſp. XXX. annis, idque ſive ex conventione oriantur, *L. 3. C. Eod.* Exceptis illis, quæ vel Eccleſiæ *aut Civitati* competunt, utpote, quæ 40. annos durant, *Auth. Quas actiones. C. de SS. Eccleſ.* Vel ad promiſſam ſervitutem conſequendam, quæ 10. annos. *L. pen. C. de Uſufr. & L. 13. C. de Serv.* Sive ex delicto, *e. gr.* actio furti in duplum, &c. *d. L. 3. civiliter* tamen non *criminaliter* intentato.

6. *Quæ ergo obtinet præſcriptio, ſi ex delicto criminaliter agatur?*

Reſp. XX. annorum, *L. 12. C. ad L. Cornel. de Sicar.* a tempore ceſſantis delicti computandorum: Niſi Lex in ſpecie breviorem terminum præſcribat, *ut* quinquennium in *crimine peculatus*, *L. 7. ff. ad L. Jul. Pecul.* in *delictis carnis*, *L. 29. §. 6. ff. ad L. Jul. de adult.* ſi ſc. aliud non concurrat delictum, *v. gr.* inceſtus, *L. 39. §. 5. Eod.* violentia, *d. L. 29. §. fin.* Sodomia *&c.*

7. *Quamdiu lectiones* Mixtæ, *ſupra Qu.* 105. *de Action. enarrata, durant?*

Reſp. XXX. annis, ob jus perſonale, quod ipſis ineſt. *L. 7. C. de petit. hæred.*

8. *Quid de duratione Actionum* Prætoriarum *habendum?*

Reſp. Et hæc diverſa, prout aliæ Actiones Prætoriæ *rem perſequuntur*, aliæ *pœnam.*

9 *Quamdiu durant Actiones Prætoriæ, quæ* rem perſequuntur?

Reſp. Quamdiu Actiones Civiles; Sic ergo, ſi *reales* ſunt, ad modum actionum rea-

Digitized by Google

realium civilium, v. gr. *Publiciana ad exemplum Rei Vindicationis*, *L.* 35. *ff. de O. & A.* Si vero *perſonales*, ad modum actionum perſonalium civilium, i. e. 30. *annis* præſcribuntur: Etiamſi ex delicto oriantur. *d. L.* 35. Niſi dentur ad reſcindendum id, quod Jure Civili ratum erat. *d. L.* 35. Sic enim anno utili, i. e. *quadriennio continuo*, terminatur, *L. ult. C. de tempor. in integr. reſt.* ut ſunt: Actio Reſciſſoria, §. 5 *I. de Act.* Pauliana. *L.* 6. §. *fin. Quæ in fraud. Cred.* &c.

10. *Quamdiu actiones Prætoriæ, quæ* pœnam perſequuntur?

R. Regulariter anno, cum & ipſius Prætoris jurisdictio tantum fuerit annua. *h pr. Ut ſunt:* Actio injuriarum, *L* 5. *C. de injur.* Vi bonorum raptorum, quoad triplum, *pr. I. de Vi bonor. rapt.* &c. Excepta actione furti manifeſti; *h. pr.* Furti adverſus nautas, caupones & ſtabulatio, *L. fin* §. *fin. ff. Naut. Caup. & ſtab.* Servi corrupti. *L.* 13. *ff. de Serv. corrupt.* Idem de dejecto vel effuſo, *L.* 5. § 5. *ff. de his, qui effud. vel dejec.* Hæ enim omnes perpetuæ ſunt.

11. *Tranſeuntne Actiones etiam ad hæredes?* Ad §. 1.

R. Aff.

R. Aff. Sive *Reales* ſint, ſive *Perſonales*: Et quidem vel *active*, *i. e.* ut competant hæredibus Creditoris: Vel *paſſive*, *i. e.* ut competant adverſus hæredes Debitoris.

12. *Quomodo Actiones* Reales *tranſeunt ad hæredes?*

Reſp. *Active* ſemper, æque ac alia jura realia; *Paſſive* vero non, niſi quatenus poſſident rem. *L. 42. ff. de R. V.* & *L. 2. C. de hæred. act.*

13. *Quomodo Actiones* Perſonales?

R. Diverſimode, prout vel *ex contractu* oriuntur, ſeu in genere, *conventione*, vel *ex delicto*.

14. *Quomodo tranſeunt Actiones, quæ* ex contractu *oriuntur?*

R. Tam active, quam paſſive, in ſolidum, *arg. h. §. 1. & L. 12. ac 49. ff. de O. & A.* Niſi in id competant, quod ab hæredibus debitoris præſtari, *utpote* ſi debitoris induſtria electa, *L. un. §. 9. C. de Caduc. toll.* aut in hæredes Creditoris tranſire non poſſit, *v. gr.* ſi uſusfr. promiſſus. *L. pen. pr. de Uſufr.* &c.

15. *Quid*

Digitized by Google

15. *Quid ſi autem dolus in contractu commiſſus, an nihilominus in ſolidum tenentur hæredes?*

R. Aff. Pro ea ſcil. parte, qua ſunt hæredes, *L.* 157. §. 2. *ff. de R J.* & *L.* 49. *de O.* & *A.* Niſi actio, quæ contra illos inſtituitur, non ex *ſolo contractu*, ſed *concurrente delicto* defuncti oriatur, *uti intellig. h.* §. 1. ob *L.* 7. §. 1. ibi: *reique perſecutione. ff. Depoſ.* Qualis eſt *Actio Tributoria*, *L.* 7. §. 2. *de Tribut. act.* Tunc enim hæredes non tenentur, niſi in quantum pervenit. *Bachov. de Action. Diſp.* 5. *th.* 4.

16. *Quomodo tranſeunt actiones* ex delictis *deſcendentes?*

R. Active, ſi ſc. ad rerum *perſecutionem* tendant, *h.* §. 1 & *L.* 1. §. 1. *ff. de privat. delict.* Exceptio in *L.* 9. *in fin. ff. de Relig.* & *ſumt. fun.* Secus, ſi ad *vindicandas injurias*, perſonis illatas. *arg. L. fin. in f. C. de Revoc. don.* Ut ſunt: *actio injuriarum. h.* §. 1. *Revocatoria donationis*, *L.* 7. *in fin. C. Eod.* &c. Non paſſive, niſi quatenus ex delicto ad hæredes pervenit, *L.* 38. & 44. *de R. J.* excepta actione vi bonorum raptorum *L.* 2. §. *fin. ff. de Vi bon. rapt.* Aut lis cum defuncto conteſtata. *h.* §. 1. *in fin.*

17. *An*

Digitized by Google

17. *An ergo lite conteſtata in ſolidum ſemper tranſeunt Actiones?*

Reſp. Aff. *h.* §. *1.* Et quidem tam *active*, quam *paſſive. L.* 87. *&* 164. *de R. J.* Quia per litis conteſtationem utrinque quaſi contrahitur inter litigantes: *L. 3.* §. 11. *ff. de Pecul.* Niſi ex delicto criminaliter agatur ad pœnam *corporalem*, Vid. *Lauterb. Vol.* 1. *Diſp. de Tranſitione action. th.* 37.

18. *Quamdiu vero poſt litem conteſtatam durant actiones?*

R. Quæ ſua natura *temporales* erant, illæ perpetuæ fiunt ſeu XXX. annorum. *L.* 9. §. 3. *ff. de Jurejur. & L.* 130. *pr. de R. J.* Quæ vero ſua natura *perpetuæ* erant, XL. fiunt annorum. *L.* 1. §. 1. *in f. C. de Ann. Except. & L. fin. C. de Præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.*

Ad §. *fin.* 19. *Annon, ſi Reus lite pendente ſatisfecerit Actori, abſolvendus eſt a Judice?*

Reſp. Aff. *h.* §. *fin.* Quia ſic obtinuit Actor, ob quod judicem adivit; Quod procedit in *cauſis civilibus*, non *criminalibus:* In his enim licet alter alteri ſatisfecerit, judici tamen congruit ex officio ulterius in crimen inquirere, ob publicum intereſſe. *L. Congruit.* 13. *ff. de Offic. Præſul.*

TIT.

Digitized by Google

Tit. XIII.
De
EXCEPTIONIBUS.

1. Quid eſt Exceptio? ***Ad pr.***

R. Eſt jus Reo competens ad excludendam Actoris intentionem, *ſummo Jure* fundatam, *h. pr. &* *L. 2. pr. ff. h. t.* aut *de facto* tantum motam. *Illa* proprie talis, diciturque alias *Actionis*, ſeu *Juris; Hac* improprie, diciturque alias *Intentionis* ſeu *facti*.

2. De quibus Exceptionibus in hoc titulo agit Imperator?

Reſp. De *proprie talibus*, v. gr. *Exceptione metus, doli, erroris,* ſeu *in factum, non numeratæ pecuniæ, pacti conventi, jurisjurandi & rei judicatæ.*

3. Quid eſt Exceptio Metus? ***Ad §. 1.***

R. Quæ datur omnibus metu coactis, adverſus quoscunque ex negotio coacto agentes: Eſt enim in rem ſcripta, *L. 4. §. pen ff. de Dol. mal. & met. except.* ad excludendam illorum intentionem.

4. *Quid*

4. *Quid Exceptio* Doli?

Reſp. Quæ ex dolo oritur & propter dolum datur. *t. t. ff. de Dol. mal. except.*

5. *Quotuplex eſt hæc?*

Reſp. Duplex: *Generalis* & *Specialis. L. 4. §. pen. ff. Eod.*

6. *Quæ eſt exceptio Doli* generalis?

Reſp. Quæ datur omnibus, a quibus aliquid contra naturalem æquitatem petitur, adverſus ſcienter tale quid petentes, *L. 2. §. 3. & 5. ff. Eod.* Concurrit ergo cum aliis exceptionibus, uti videre eſt ex *L. 3. C. de non numer. pec. & d. L. 2. §. 4.*

7. *Quæ Exceptio Doli* ſpecialis?

Reſp. Quæ datur illi, qui in ipſo negotio, ex quo adverſarii actio deſcendit, deceptus, adverſus illum, qui in hoc negotio dolum commiſit, & poſtea ex illo agit, *d. L. 2. §. 1.* Niſi ſit perſona, cui ſingularis reverentia debetur; Nam contra hanc *in factum* excipiendum. *L. 4. §. 16. & fin. ff. de Dol. mal. except.*

8. *An*

Digitized by Google

8. *An ut detur hæc Exceptio, perinde eſt, in quoc. negotio, vel contractu dolus ſit commiſſus?*

R. Aff. *L.* 1. §. *fin ff. Eod.* Ne cuiquam contra naturalem æquitatem dolus ſuus proſit. *d L.* 1. §. 1. Niſi tamen initium & *cauſam dederit* dolus contractui bonæ fidei: Sic enim, cum contractus ipſo jure nullus ſit, *L. Et eleganter.* 7. *pr. ff. de Dol. mal. & L.* 3. §. *fin. ff. pro ſoc.* non opus eſt hac exceptione.

9. *Quid Exceptio* Erroris?

R. Quæ datur illi, qui aliquid per errorem, *facti* vel *juris*, quia agitur de damno rei amittendæ, *L.* 8. *ff. de jur. & fact. ignor.* quaſi deberet, promiſit, contra alterum hoc exigentem. *h.* §. *1.*

10. *Quid Exceptio* non numeratæ pecuniæ? *Ad* §. 2.

Reſp. Quæ intra biennium datur illi, qui in chirographo *ſpe futuræ numerationis* confeſſus eſt, ſe accepiſſe, quod revera non accepit, contra Creditorem ex eo chirographo agentem. *h.* §. 2. Vid. *ſupra tit. de Liter. Oblig.*

11. *Quæ eſt Exceptio* pacti conventi? *Ad* §. 3.

Reſp. Quæ datur ei, qui pactus eſt, con-

contra eum, qui adverſus pactum ſuum aliquid petit, *h. §. 3.* Quamvis enim ex pacto *actio* non detur, datur tamen *exceptio*, cum jura faveant ſe defendentibus. *L. Arianus. 47. ff. de O. & A.*

Ad §. 4. 12. *Quænam Exceptio* Jurisjurandi?

R. Quæ datur ei, qui deferente adverſario *extra judicium* juravit, ſe nihil debere, vel rem eſſe ſuam, contra eum, qui non attento juramento, nihilominus agit, *h. §. 4.* utpote qui ſibi imputare debet, quod ipſe judicem in cauſa fecerit adverſarium ſuum, *L. 1. pr. ff. Quar. rer. act.*

13. *Annon & ille, qui deferente adverſario juravit in judicio, hac gaudet exceptione?*

R. Neg. Sed ille habet Exceptionem rei judicatæ. *Vid. ſupr. Qu. 7. de Action.*

Ad §. 5. & 6. 14. *Quid eſt Exceptio* rei judicatæ?

R. Quæ datur Reo, qui in judicio eſt abſolutus, contra *priorem* Actorem, & ejus ſucceſſores, de *eadem re*, ex *eadem cauſa* denuo agentes. *h. §. 5. & t. t. ff. de except. rei judic.*

Ad §. 7. & 8. 15. *Quotuplices ſunt Exceptiones?*

R. Aliæ *Civiles*, aliæ *Prætoriæ*. *h. §. 7.*

Digitized by Google

§. 7. II. Aliæ *Peremtoriæ* & *perpetuæ*, aliæ *Dilatoriæ & temporales*; §. 8. *h. t.* III. Aliæ *Reales*, aliæ *Perſonales* §. *ult. tit. ſeq.*

16. Quæ ſunt Exceptiones Civiles?

R. Quæ ex Jure Civili *ſtricte* dicto oriuntur, v. gr. *Excuſſionis*, *Diviſionis*, *Præſcriptionis*, *SC. Macedoniani*, *&c.*

17. *Quæ Prætoriæ?*

R. Quæ ex Edicto Prætoris ſubſtantiam acceperunt, ut ſunt pleræque aliæ, e. gr. *doli*, *metus*, *jurisjurandi*, *&c.*

18. *Quæ ſunt Exceptiones* Peremtoriæ? *Ad* §. 9.

Reſp. Quæ actionem in totum exſtinguunt, & *ſemel oppoſitæ* ſemper agentibus obſtant, *h.* §. *9. & L. 3. ff. de except.* Unde & *perpetuæ* dicuntur, *dd. text.* Germ. Endliche, zerſtörliche oder ausleſchliche Ein- oder Schutz-Reden: Quales ſunt: *metus*, *doli*, *pacti conventi*, &c.

19. *Annon & alio ſenſu Exceptiones dicuntur perpetuæ?*

R. Aff. Quatenus ſc. nullo unquam tempore ipſis poteſt præſcribi.

20. *Quænam autem ita ſunt perpetuæ?*

Reſp. Regulariter omnes; Etiamſi Actiones,

contra eum, qui adverſus pactum ſuum aliquid petit, *h. §. 3.* Quamvis enim ex pacto *actio* non detur, datur tamen *exceptio*, cum jura faveant ſe defendentibus. *L. Arianus. 47. ff. de O. & A.*

Ad §. 4. 12. *Quænam Exceptio* Jurisjurandi?

R. Quæ datur ei, qui deferente adverſario *extra judicium* juravit, ſe nihil debere, vel rem eſſe ſuam, contra eum, qui non attento juramentò, nihilominus agit, *h. §. 4.* utpote qui ſibi imputare debet, quod ipſe judicem in cauſa fecerit adverſarium ſuum. *L. 1. pr. ff. Quar. rer. act.*

13. *Annon & ille, qui deferente adverſario juravit in judicio, hac gaudet exceptione?*

R. Neg. Sed ille habet Exceptionem rei judicatæ. *Vid. ſupr. Qu. 7. de Action.*

Ad §. 5. & 6. 14. *Quid eſt Exceptio* rei judicatæ?

R. Quæ datur Reo, qui in judicio eſt abſolutus, contra *priorem* Actorem, & ejus ſucceſſores, de *eadem re*, ex *eadem cauſa* denuo agentes. *h. §. 5. & t. t. ff. de except. rei judic.*

Ad §. 7. & 8. 15. *Quotuplices ſunt Exceptiones?*

R. Aliæ *Civiles*, aliæ *Prætoriæ*. *h. §. 7.*

§. 7. II. Aliæ *Peremtoriæ* & *perpetuæ*, aliæ *Dilatoriæ & temporales*; §. 8. *h. t.* III. Aliæ *Reales*, aliæ *Perſonales* §. *ult. tit. ſeq.*

16. Quæ ſunt Exceptiones Civiles?

R. Quæ ex Jure Civili *ſtricte* dicto oriuntur, v. gr. *Excuſſionis*, *Diviſionis*, *Præſcriptionis*, *SC. Macedoniani*, *&c.*

17. *Quæ Prætoriæ?*

R. Quæ ex Edicto Prætoris ſubſtantiam acceperunt, ut ſunt pleræque aliæ, e. gr. *doli*, *metus*, *jurisjurandi*, *&c.*

18. *Quæ ſunt Exceptiones* Peremtoriæ? *Ad* §. 9.

Reſp. Quæ actionem in totum extinguunt, & *ſemel oppoſitæ* ſemper agentibus obſtant, *h.* §. 9. & *L.* 3. *ff. de except.* Unde & *perpetuæ* dicuntur, *dd. text.* Germ. Endliche, zerſtörliche oder ausleſchliche Ein- oder Schutz-Reden: Quales ſunt: *metus*, *doli*, *pacti conventi*, &c.

19. *Annon & alio ſenſu Exceptiones dicuntur perpetuæ?*

R. Aff. Quatenus ſc. nullo unquam tempore ipſis poteſt præſcribi.

20. *Quænam autem ita ſunt perpetuæ?*

Reſp. Regulariter omnes; Etiamſi Actiones,

nes, quibus reſpondent, ſint temporales, *L. Licet* 5. *C. h. t.* v. gr. *Exceptio doli, &c.* Neque enim ita in poteſtate Rei eſt, quando conveniri velit, ut in poteſtate Actoris, quando velit agere, *L.* 5 §. *ult ff. de Dol. mal. Except.* Exceptis illis, quæ poſſunt per modum actionis proponi, v. gr. *non numeratæ pecuniæ*, &c.

21. *Quando opponendæ Exceptiones Peremtoriæ?*

R. Poſt litem conteſtatam, usque ad ſententiam, *i. e.* concluſionem in cauſa. *L.* 4. *&* 8. *C. h. t.* Antea ſi oppoſitæ, rejiciuntur poſt litem conteſtatam. *Carpz. P.* 1. *C.* 3. *def.* 14. Niſi ſint de lite finita, *ut:* Exceptio rei judicatæ, jurisjurandi & transactionis, *c.* 1. *de litis Conteſt. in* 6. aut alias in continenti poſſint probari. *B. Brunnem. in Proc. Civil. C.* 16. *n.* 3.

22. *Annon aliquando etiam poſt ſententiam ipſi executioni poſſunt opponi?*

R. Aff. quoties ſcil. in continenti, i. e. *intra terminum probatorium*, poſſunt probari, nec jam antea fuerunt a Judice rejectæ. *arg. L.* 7. §. 1. *ff. de Compenſ. Carpz. Libr.* 2. *Reſp.* 2. 3. *&* 4. *Zanger. de Except. P.* 3, *C.* 26. *n.* 115. *&* 123.

23. *Quæ*

Digitized by Google

23. *Quæ ſunt Exceptiones* Dilatoriæ? *Ad* §. 10. & *fin.*

R. Quæ actionem ad tempus tantum excludunt ac differunt, *h.* §. *10.* Unde & *temporales* dicuntur: Germ. Verzügliche Schutz⸗Reden.

24. *Quotuplices ſunt hæ Exceptiones?*

Reſp. Duplices: *Aliæ* ad proceſſum pertinent, ſeu judicium conſtituendum; *Aliæ* merita cauſæ contingunt.

25. *Quænam ad proceſſum pertinent?*

Reſp. Quæ vel *Judicem* concernunt, ut: *Exceptio incompetentiæ*, *L. fin. C. de Judic. Præventionis*, *L. 7. ff. Eod. Suſpecti judicis*, *L.* 16. *C. Eod.* &c. Vel *perſonas litigantes*, easque tum *principales*, Actorem ſc. & Reum, ut: *Exceptio inhabilitatis*, *juſti impedimenti*, *cautionis*, *t. t. ff. Qui ſatisd. cog.* &c. tam *acceſſorias*, nim. Procuratores, ut itidem *Exceptio inhabilitatis*, *h.* §. *fin. Illegitimationis*, *ſeu falſi Procuratoris*, *L.* 24. *C. de Procur.* Vel denique *modum procedendi*, utpote ratione cautionis: *ut Exceptio termini anguſti*, *loci non tuti*, *feriarum*, &c. Ratione libelli: *Exceptio inepti Libelli*, *ineptæ cumulationis*, &c.

26. *An & propter infamiam excipi poteſt contra procuratores?*

Z R. Aff.

R. Aff. *Si notoria* ſit infamia, aut in continenti probari poſſit: Quod *Jur. Canon. & Camerali* certiſſimum, *C. 1. & 2. III. q. 7. & Ord. Camer. P. 1. c. 18.* Secus ſi *dubia, de qua h. §. fin. intelligendus*, ob rationem adjectam: Ne, dum de hac altercatur, ipſius negotii diſceptatio protelетur.

27. Quænam Exceptiones Dilatoriæ cauſæ merita contingunt?

R. Plus petitionis, pacti temporalis de non petendo, *h. §. 10.* Moratoria, ſeu Quinquennalis, *qua Debitores, qui citra culpam facultatibus lapſi, reſcripto Imperatoris ad certum tempus ſe defendunt contra ſuos Creditores. L. 2. C. de Precib. Imp. off.* Competentiæ, *arg. L. un. §. 7. C. de Rei ux. act.* Spolii, *c. 2. & ult. X. de Ordin. Cognit.* Excuſſionis, *Carpz. P. 1. C. 3. def. 13.* Diviſionis, *Nov. 4. c. 1.* &c.

28. Quando opponendæ Exceptiones Dilatoriæ?

Reſp. Ante litem conteſtatam, *L. pen. & ult. C. h. t.* Quia ad judicium conſtituendum pertinent, & ſic judicium cœptum ſequi non poſſunt; Niſi vel judicium reddant ipſo jure nullum, *ut*: Exceptio falſi procuratoris, *L. 24. C. de Pro-*

Digitized by Google

Procur. Vel poſt litem conteſtatam demum emergant, aut in notitiam veniant, *c. Paſtoralis.* 4. *X. h. t.* Vel gravamen contineant ſucceſſivum, *ut:* Exceptio loci non tuti, termini anguſti, &c. *c.* 47. *de Appell.* Vel denique merita cauſæ concernant, de quibus exaudienda L. 17. *C. de Probat.* Vid. *Carpz P.* 1. *C.* 11. *def.* 15.

29. Quæ ſunt exceptiones Reales? *Ad* §. *fin. tit. ſeq.*

Reſp. Quæ rem ſequuntur, & non ſolum debitori principali proſunt, ſed & Fidejuſſoribus, omnibusque, quorum intereſt, *L.* 7. § 1. *ff h. t.* Ut ſunt: *Exceptiones metus, erroris, doli,* &c. *d.* L. 7. & regulariter omnes, quæ non *Lege* vel *conventione* partium excipiuntur, L. 19. *ff. h t.*

30. Quænam Exceptiones Perſonales?

R. Quæ perſonam ſequuntur, nec ad hæredes aut fidejuſſores, niſi hodie ob beneficium ordinis, extenduntur. *d L.* 7. *pr. &* §. *fin. tit. ſeq.* Bene tamen ad Defenſores, L. 14. *pr. ff. Solut matr.* quippe qui vicem ſubeunt Principalium, *Tales ſunt:* Exceptio competentiæ, L. 12. *&* 13. *ff. Eod.* Ceſſionis bonorum. *d.* §. *fin. tit. ſeq.* &c.

Digitized by Google

Tit. XIV.
De
REPLICATIONIBUS.

Ad pr. 1. *Quid eſt Replicatio?*

R. Eſt jus, Actori competens, ad excludendas Rei exceptiones, ſummo jure fundatas. *h. pr.* & *L. 6. C. de Except.*

Ad §. 1. & ſeqq. 2. *Quid Duplicatio?*

Reſp. Eſt jus, Reo competens, ad excludendas Actoris replicationes, ſummo jure fundatas. §. *2. h. t.*

3. *Quid Triplicatio?*

R. Eſt jus, Actori competens, ad excludendas Rei duplicationes, ſummo jure fundatas. §. *2. h. t.*

4. *Poteſtne triplicationi viciſſim aliquid a Reo opponi?*

R. Aff. *Quadruplicatio* ſc. & ita deinceps; In Camera tamen Imperiali in *dilatoriis Exceptionibus* non ultra duplicam; In *peremptoriis* vero non ultra triplicam procedere licet. *Ordin. Camer. P. 3. tit. 26. §. 2.* Niſi judice id permittente. *Ordin Cam. d. P. tit. 18. Carpz. P. 1. C. 1. def. 7. & 8.*

Tit.

Digitized by Google

Tit. XV.
De
INTERDICTIS.

1. *Habuimus Judicia Petitoria; Sequuntur nunc Poſſeſſoria, nim.* Interdicta: *Quid olim erant Interdicta?* *Ad pr. & § fin.*

R. Decreta, certis formulis propoſita, quibus Prætor ſtatuebat, apud quem poſſeſſio rei controverſæ inter duos eſſe debeat interim, dum litigatur de proprietate apud Judicem pedaneum. *h. pr.*

2. *Quid hodie ſunt Interdicta?*

Reſp. Actiones extraordinariæ, quibus *maxime* in cauſa veræ, vel quaſi poſſeſſionis inter partes diſceptatur. *§. fin. h. t. & L. fin. ff. de Servit.*

3. *Cur dicuntur Actiones* extraordinariæ?

R. Quia hodie, ut omnes aliæ actiones, citra ambages, non reddito prius interdicto, nec Judice dato, coram Prætore expediuntur. *§. fin. h. t.*

4 *Quotuplicia ſunt Interdicta?* *Ad §. 1.*

R. I. Alia *prohibitoria*, alia *Reſtitutoria*, alia *Exhibitoria: h. §. 1.* II. Alia *adipiſcendæ*, alia *retinendæ*, alia *recuperandæ* poſſeſſionis *§. 2. h. t.* Quæ tamen

Digitized by Google

men diviſio tantum ad illa interdicta pertinet, quæ *rem familiarem* concernunt, L. 2. §. 3. *ff. h. t* III. Alia *Simplicia*, alia *Duplicia*. §. 7. *h. t.*

5. Quæ ſunt Interdicta Prohibitoria?

Reſp. Quibus Prætor aliquid fieri vetat. Veluti: *Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus; aut qui mortuum vult inferre, ubi jus inferendi habet:* Item, *Ne quid in loco ſacro fiat; ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo pejus navigetur. h.* §. 1. &c.

6. Quid eſt Interdictum: Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus?

R. Quod datur *ei*, qui authoritate judicis in poſſeſſionem miſſus, *adverſus* omnes, qui dolo malo faciunt, quo minus miſſus quiete poſſit eſſe in poſſeſſione, *ad id*, ut, quanti res eſt, in quam miſſio facta eſt, præſtetur. *L. 1. pr. &* §. *5. ff. Ne vis fiat ei, qui in poſſ.*

7. Quid Interdictum de mortuo inferendo?

Reſp. Quod datur *ei*, qui prohibeatur mortuum inferre eum in locum, ubi jus inferendi habet, adverſus prohibentem, *ad id*, ut ulterius prohibe-

hibere deſinat, impedimentum, ſi quod fecit, tollat, & intereſſe ideo præſtet. *L. 1. pr. ff. de Mort. infer. & L. 9. ff. de Relig. & Sumt. fun.*

8. *Quid eſt Interdictum:* Ne quid in loco ſacro fiat?

R. Quod datur *cuilibet* de populo, *adverſus* eum, qui in loco ſacro aliquid facit, aut in eum *deformitatis cauſa* immiſit, *ad id*, ut a facto deſiſtat, &, quod fecit, tollat. *L. 1. ff. Ne quid in loc. ſacr. & L. 2. §. 19. ff. Ne quid in loc. publ.*

9. *Ad quæ Flumina publica pertinet Interdictum:* Ne quid in flumine publico fiat?

Reſp. Ad navigabilia. *L. 1. §. 4. & 12. ff. de Flumin.*

10. *Quæ ſunt Interdicta* Reſtitutoria?

Reſp. Quibus Prætor jubet aliquid reſtitui, ut fit in *Interdicto Quorum bonorum, Unde vi*, &c. de quibus mox dicetur.

11. *Quæ Interdicta* Exhibitoria?

Reſp. Quibus Prætor jubet aliquid exhiberi, ut ſunt: *Interdictum de libero homi-*

Digitized by Google

homine exhibendo, de liberto, item de liberis exhibendis, &c. h. §. 1.

12. *Quid eſt Interdictum* de libero homine exhibendo?

R. Quod datur *cuivis* de populo, favore libertatis, *L. 3. §. 9. ff. de hom. lib. exhib.* *adverſus* eum, qui dolo malo detinet hominem liberum invitum, *ad* eum exhibendum, aut niſi exhibeatur, æſtimationem litis præſtandam. *L. 3. §. 8. & 13. ff. Eod.*

13. *Quid Interdictum* de Liberto exhibendo?

Reſp. Quod datur *Patrono*, *adverſus* illum, qui libertum detinet, cui Patronus vult operas indicere, *ad id*, ut exhibeatur, *h. §. 1.* Quod *hodie* utile eſt adverſus illos, qui alterius Ruſticos detinent.

14. *Quid eſt Interdictum* de Liberis exhibendis?

R. Quod datur *Patri*, qui liberos in poteſtate habet, *contra* omnes, qui liberos invitos *detinent*, *ad* illos exhibendos. *t. t. ff de Liber. exhib.*

15. *An & contra Matrem detinentem datur hoc interdictum?*

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Niſi ob juſtiſſimas cauſas, v. gr. *deperditos mores Mariti*, excipiat. *L.* 1. §. 3. & *L.* 3. §. 5. *ff. Eod.*

16. Quæ ſunt Interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis? *Ad* § 2. & 3.

Reſp. Quibus agimus ad adipiſcendam poſſeſſionem, quam nunquam habuimus, ut ſunt *Interdictum Quorum bonorum, Quod legatorum, Interdictum Salvianum*, &c. *h.* §. 3.

17. Quid eſt Interdictum Quorum bonorum?

Reſp. Quod datur *bonorum poſſeſſori*, *utiliter* etiam hæredi, *L.* 1. *C. Quor. bon.* *adverſus* eum, qui pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſidet, *ad* poſſeſſionem rerum hæreditariarum conſequendam. *h.* § 3. Conf. *Qu.* 109. & 110. *ſupra de Action.*

18. Quomodo differt a Petitione hæreditatis?

R. Quod: (1) in *petitione hæreditatis* agatur de pleno jure, dominioque rerum conſequendo, *L.* 10. §. 1. *ff. de petit. hæred.* in hoc autem *Interdicto* tantum de poſſeſſione; (2) In *illa* pleniſſima requiratur probatio; In *hoc* ſufficiant leviores, nec admittantur exceptiones altioris indaginis. *L. ult. C. Quor. bon.*

Digitized by Google

19. *Quid eſt Interdictum* Quod legatorum?

R. Quod datur *hæredi*, *adverſus* legatarium, rem ſibi legatam propria authoritate occupantem, *ad* adipiſcendam illius rei poſſeſſionem, *t. t. ff. Quod legat.* ut inde Falcidiam detrahere poſſit. *L.* 1. §. 2. *ff. d. tit.*

20. *Quid eſt Interdictum* Salvianum?

R. Quod datur *Locatori* prædii ruſtici, *utiliter* etiam Locatori prædii urbani, aliisve Creditoribus hypothecariis, *arg. L.* 1. *C. de Precar. adverſus* Conductorem, *utiliter* etiam tertium, *d.* L. 1. *ad* conſequendam rerum, pro penſione & damno in re locata dato, oppignoratarum poſſeſſionem. *h.* §. 3.

21. *Quomodo hoc Interdictum differt ab Actione Serviana & quaſi Serviana?*

Reſp. Eodem modo, quo differebat Interdictum *Quorum bonorum* a *petitione hæreditatis*, de quo *in Qu.* 18. Sic & in *Actione Serviana* plenior requiritur probatio: Probandum enim, rem oppignoratam tempore oppignorationis in bonis debitoris fuiſſe. *L.* 15. §. 1. *ff. de Pignor.* Quod ſecus in *Interdicto Salviano*: ubi ſufficit probari, rem oppignoratam tunc poſſeſſam fuiſſe. *Conf. Gail.* L. 2. *Obſ.* 26. *pr.*

22. *Qua*

Digitized by Google

22. *Quæ ſunt Interdicta* retinendæ poſſeſſionis?

R. Quibus agimus ad poſſeſſionem, quam habemus, ſed in qua turbamur, retinendam, ut ſunt *Interdicta Uti posſidetis, Utrubi, h.* §. 4. &c.

23. *Cur introducta ſunt hæc Interdicta?*

R. Ut ita conſtituatur, uter ex litigatoribus poſſideat, & commodo poſſeſſionis frui debeat: Neque enim antea petitoria actio *de proprietate* inſtitui poteſt. *L.* 26 *ff. de judic.* Quia & civilis & naturalis ratio facit, ut alius *posſideat*, alius a poſſidente *petat. h.* § 4.

24. *Sed nonne petitoria actio cum poſſeſſoria, ſeu Interdicto aliquo, cumulari aut conjungi poteſt?*

Reſp. *Simul* conjungi non poteſt; Et quidem *Jure Civili* indiſtincte, cum nullo Interdicto, *L.* 3. *C. h. t.* & L. 13. *C. de R. V.* ob ordinem judicii, *Habn. ad Weſenb. h. t. num* 8. *Jure* tamen *Canonico*, & *moribus* tantum cum interdicto retinendæ poſſeſſionis non poteſt, *quia contraria ſunt, ſe in poſſeſſione propria fundare, & tamen ab altero tanquam poſſeſſore rem petere;* Bene cum interdicto adipiſcendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis, *c.* 3. & *ſeqq.* X. *de cauſ. poſſ.* &

Z 6 pro-

Digitized by Google

propriet. *Alternative* tamen, aut *ſucceſſive* poteſt, *L.* 18. *§. fin. ff. de vi & vi arm.* Vid. *Habn. d. l.*

25. *In quo conſiſtit commodum poſſeſſionis?*

Reſp. Potiſſimum in his, quod (1) poſſeſſor ab onere probandi ſit immunis; *L.* 2. *C. de Probat.* (2) in dubio pro ipſo pronuncietur; *b. §.* 4. (3) Fructus percipiat rei poſſeſſæ: *L.* 22. *C. de R. V.* Vnde vulgatum illud Gloſſæ; *Beati poſſidentes.*

26. *Quid eſt interdictum* Uti poſſidetis?

R. Quod datur *poſſeſſori* rerum immobilium, *utiliter* etiam incorporalium, *nim.* jurium, *L.* 8. *§.* 5. *in fin. ff. Si ſerv. vind.* turbato, *adverſus* quocunque modo turbantes, i. e. poſſeſſionis uſum impedientes, *ad id*, ut quieta poſſeſſio retineatur, illata damna, fructusque percepti reſtituantur, & de impoſterum non turbando caveatur. *L.* 1. *§.* 1. *&* 4. *ff. Uti poſſid. & L.* 3. *§. fin. Eod. Gail.* 1. *Obſ.* 116.

27. *An igitur ſpoliato, ſeu dejecto de poſſeſſione non datur hoc interdictum?*

Reſp. Neg. Quia non amplius poſſidet, *arg.*

arg. h. §. 4 L. 7. *ff. de Acquir. poſſeſſ.* & L. 5. *ff. de Uſucap.* Poteſt tamen hic viciſſim alterum *in continenti* dejicere, L. 17. *ff. de Vi & vi armat. uti* explicanda L. 3. *pr. ff. Uti poſſid.*

28. *Quid ſi vero ille, qui poſſidet, injuſte poſſideat?*

R. Nihilominus ipſi datur hoc interdictum, modo non ab *illo, contra quem agit*, injuſte poſſideat: Sic enim contra eum excipi poſſet ab Adverſario. *h.* §. 4. L. 1. *in fin.* & L. 2. *ff. Uti poſſid.*

29. *Quis dicitur hic injuſte poſſidere?*

R. Qui *vi, clam* vel *precario* contra voluntatem Domini rem occupat, aut detinet. *L. 6. pr. de Acquir. poſſ.*

30. *Quid eſt interdictum* Utrubi?

R. Quod datur *poſſeſſori* rerum mobilium turbato, *adverſus* quocunque modo turbantem, *ad idem*, ad quod datur interdictum Uti poſſidetis. *Vid. Qu. 26 h. t.*

31. *An ergo non differunt Interdicta Uti poſſidetis & Utrubi?*

Reſp. Olim differebant: Nam in *Interdicto uti poſſidetis* is vincebat, qui tempore inter-

Digitized by Google

interdicti ſine vitio poſſidebat: In *Utrubi* vero, qui majore parte ejus anni poſſederat, *h.* §. 4. Sed hodie ſublata hac differentia tantum in eo differunt, quod illud de re *immobili*: Hoc autem de *mobili* detur. *d.* §.

32. *Quis itaque hodie vincit utroque hoc Interdicto?*

Reſp. Qui nec vi, nec clam, nec precario poſſidet ab adverſario *tempore litis conteſtatæ*, *h.* §. 4. Id quod *Jure Canon.* præſumitur, ſi ille, qui ſe poſſidere contendit, antiquiorem probet poſſeſſionem, adeo, ut adverſarii actus pro turbativis habeantur, niſi is contrarium, i. e. *juſtum ſuæ poſſeſſionis titulum* docere poſſit. *c.* 9. X. *de Probat.* Vid. *Eckolt. ad ff. tit. Uti poſſid.* §. 7.

Ad §. 5. 33. *Danturne etiam hæc Interdicta, ſi alii noſtro nomine poſſident?*

R. Aff. Licet noſtro juri non ſint ſubjecti, ut ſunt: *Coloni*, *Inquilini*, *Depoſitarii*, &c. Quia ipſi poſſidere videmur, *h.* §. 5 & *L.* 18. *pr. ff. de Acquir. poſſeſſ.* cum poſſeſſio ſit facti, & ſic per unumquemvis, qui miniſterium ſui corporis nobis vult exhibere, poſſit retineri. *d. L.* 18.

34. *Quid*

Digitized by Google

34. Quid vero, ſi quis ſolo animo poſſideat?

Reſp. Nihilominus ipſi dantur hæc Interdicta, cum ſolo quoque animo retineatur poſſeſſio, licet nec *corpore noſtro* rem detineamus, nec *corpore alieno. b.* §. 5. L. 3. §. 8. & L. 25. §. 1. *ff. de acquir. poſſ.*

35. Quamdiu autem ſolo animo retinetur poſſeſſio?

Reſp. Quamdiu aliquis *voluntatem* & *facultatem* habet rem ingrediendi & retinendi. *L. Clam poſſidere. 6.* § 1. & *L.* 46. *ff. Eod.* Secus ergo, ſi res jam *uſucapta*, ſi occupans revertenti Domino *reſtiterit*, *d.* L. 6. §. 1. aut ipſe Dominus, timore conterritus, in fundum reverti *noluerit.* L. 3. §. 8. & L. 7. *ff. Eod.*

36. An eodem modo etiam res mobiles retinentur?

Reſp. Aff. Si ſcil. adhuc ſint *in cuſtodia noſtra*, & tantum nunc, ubi ſint, ignoretur, *d. L* 3. §. 13. ne alioquin infirmitas memoriæ adferat nobis damnum poſſeſſionis, L. 44. *pr. ff. Eod.* Secus ſi *extra cuſtodiam*, & ne quidem diligenti inquiſitione poſſint appre-

Digitized by Google

apprehendi, *d. L.* 3. §. 13. Vid. *D. Stryk. in Tr. de Jur. Senſ. Diſſ.* 9. *c.* 3. *n.* 11. *& ſeqq.*

37. *Annon etiam ſolo animo acquiri poteſt poſſeſſio?*

R. Neg. Sed animo & corpore ſimul, *h.* §. *& d. L.* 3. §. 1. Quia poſſeſſio quoad acquiſitionem facti eſt. *L.* 1. §. 3. *&* 4. *ff. de Acquir. poſſ.* Talia vero quæ ſunt, non niſi actu corporis interveniente acquiri poſſunt. *Add.* L. 8. *ff. Eod.*

38. *Quomodo vero amitti poteſt poſſeſſio?*

R. Regulariter itidem animo & corpore ſimul. *d.* L. 8. *&* L. 153. *d. R. J.* Quod ſi tamen amiſſio *incipiat ab animo*, i. e. *aliquis nolit poſſidere*, ſolo quoque animo amittitur poſſeſſio, licet ille, qui non vult poſſidere, rem adhuc corpore detineat. L. 3. §. 6. *ff. de Acquir. poſſ. Gothof. in not. ad d.* L. 8. *lit. b.*

Ad §. 6. 39. *Quæ ſunt Interdicta* Recuperandæ Poſſeſſionis?

Reſp. Quibus agimus ad recuperandam poſſeſſionem amiſſam; uti fit in *Interdicto Unde vi h.* §. 6.

40 *Quid eſt Interdictum* Unde vi?

R. Quod datur *ei*, qui de poſſeſſione

Digitized by Google

ſione rerum immobilium vi dejectus eſt, *adverſus* dejicientem, *ad* poſſeſſionem cum omni cauſa & intereſſe recuperandam. *h.* §. *6.* & *t. t. ff. de Vi & vi armat.*

41. ***Quid ſi vero ille, qui vi dejectus, vitioſe poſſederit, an nihilominus ipſi datur hoc Interdictum?***

Reſp. Aff. Etiamſi ab ipſo adverſario vitioſe poſſederit, *h.* §. 6. Seu *prædo a Domino dejectus fuerit.* Quia hic tantum poſterior vis attenditur, *L.* 10. *ff. de Vi & vi arm.* Niſi tamen in *continenti* poſterior vis ſucceſſerit. *L.* 3. §. 9. & *L.* 17. *ff. Eod.* aut dejectus ut prædo *manifeſtus. arg. c.* 6. *de cauſ. poſſ.* & *L.* 8. *pr. ff. de dol. mal. except.*

42. ***Annon etiam aliter inſuper tenentur, qui vi dejiciunt alios de poſſeſſione?***

R. Aff. Et quidem tam *civiliter* ex *L. Extat.* 23. *ff Quod met. cauſ* & *L. Si quis in tantam.* 7. *C. Unde vi.* Vid. *ſupr. Qu.* 8. *de vi bon rapt.* Quam *criminaliter* ex *L. Julia* de vi publica & privata. *h.* §. *6.* Vid. *infra ad* §. *8. tit. ult.*

43. *Quæ ſunt Interdicta* Simplicia? *Ad* §. 7.

R. In quibus facile diſcerni poteſt, uter

uter Actor ſit, & uter Reus, cujusmodi ſunt *fere pleraque. b.* §. 7.

44. *Quænam* Duplicia?

Reſp. In quibus par utriusque litigatoris eſt conditio, & unusquisque tam Rei, quam Actoris partes ſuſtinet, ut ſunt *Interdicta Uti poſſidetis & Utrubi b.* §. 7. *& L.* 2. *pr. ff. b. t.* Add. *Qu.* 107. *ſupra de Action.*

Tit. XVI.
De
POENA TEMERE LITIGANTIUM.

Ad pr. 1. *Quibus modis coërcentur temere litigantes?*

R. TRibus: I. *Juramento calumniæ:* II. *Pœna pecuniaria;* III. *Infamia. b. pr.*

Ad §. 1. 2. *Quid eſt* Juramentum Calumniæ?

R. Eſt Juramentum, quod præſtatur a litigantibus, ſuper cauſa ſincere & bona fide ſuſcepta & proſequenda, *b.* §. 1. Germ. Ein Eyd vor Gefährde.

3. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: *Generale* & *Speciale.*

4. *Quid eſt Juramentum Calumniæ* Generale? R. Quod

Reſp. Quod in exordio litis ab utroque litigantium ſuper tota cauſa præſtatur. *Auth. Hoc ſacramentum. C. de jurejur. propt. calumn.*

5. *Quot ſunt capita hujus juramenti?*

Reſp. Quinque, quæ hiſce vulgaribus verſiculis continentur:

Illud juretur, *quod* 1. *lis ſibi juſta videtur,*
Et 2. *ſi quæretur, verum non inficietur.*
Nil 3. *promittatur, nec* 4. *falſa probatio detur,*
Ut 5. *lis tardetur, dilatio nulla petatur.*

Vid. L. 2. *cum Auth. ſeqq.* C. *Eod. Nov.* 49. *c. ult.*

6. *Quid eſt Juramentum Calumniæ* Speciale?

R. Quod in qualibet judicii parte toties præſtatur, quoties præſumtio adeſt malitiæ, *Carpz. P. 1. C. 12. def. 20.* Dicitur alias *Jusjurandum malitiæ. c. 2. §. fin. de Juram. calumn. in 6.*

7. *An & Advocati partium tenentur jurare de calumnia?*

Reſp. Aff. Et quidem *Jure Civili* in ſingulis cauſis, *h. §. 1. & L. 2. §. 4. in fin. C. de Jurej. propt. calumn.* Idem Jure Camerali. *Rec. Imper. de Anno* 1654. §. Uber dieſes. 43. Quod tamen alibi, ubi *Ordinarii* ſunt Advocati, non ſolet obſervari, ob generale

Digitized by Google

ale Juramentum, ab his initio ſuſcepti officii præſtitum *Unm, in Proc. Diſp.* 12. *n.* 33. *in fin.*

8. *Qua* pœna pecuniaria *afficiuntur temere litigantes?*

Reſp. *Olim* decima parte litis mulctabantur. *Hodie* victus victori in expenſas condemnatur, *h.* §. *1.* niſi probabilem habuerit cauſam litigandi, *L. Eum, quem temere.* 79, *ff. de Judic.* Et inſuper in quibusdam cauſis propter *inficiationem*, aut *aliam cauſam* in duplum vel quadruplum tenetur. *h.* §. *1.* Vid. *ſupra Qu.* 115. & 123. *de Action.*

9. *Annon etiam aliquando Victor in expenſas condemnatur?*

R. In expenſas *Victoriæ* ſeu *temerariæ litis* nunquam; *arg. d.* L. 79. Bene tamen in expenſas *contumaciæ*, L. 13 § 2. *verſ. Sin. autem. C. de Judic.* aut *retardati Proceſſus.* L. 4. *C. de fruct. & lit. expenſ.*

Ad §. 2. 10. *Quid eſt* Infamia?

R. Eſt macula ex *turpi* & *illicito* facto contracta, propter quam alicujus exiſtimatio apud alios læditur. *L.* 5. §. 1. *ff. de Extraord. cogn. L.* 14. 15. 17. & 20. *C. Ex quib. cauſ. infam.*

11. *Quo-*

Digitized by Google

11. *Quotuplex eſt?*

eſp. Duplex: ***Juris***, de qua hic agitur, & *ti*, arg. L. 2. *ff. de Obſequ. Parent. & Pa-t. Præſtand.*

12. *Quid eſt Infamia* Juris?

R. Quæ ex turpi facto contracta, *is authoritate* irrogatur, *arg. L. 20. le his, qui not. infam.* Et quidem vel *im-liate*, vel *per ſententiam Judicis.*

13. *Quando immediate a Jure irrogatur Infamia?*

eſp. Quando turpe factum notorium eſt, & lam excuſationem admittit, ***veluti***, ſi mulier *adulterio* deprehenſa. L. 43. §. 12. *ff. de Rit. nt.* ſi quis *lenocinium* fecerit, &c. Vid. L. 1. *de his, qui not. infam.*

14. *Quando per ſententiam Judicis?*

Reſp. Cum factum turpe dubium eſt, & ex-ätione aliqua defendi poteſt. *Franzk. ad ff. de his, qui ſui vel al. jur. n. 6.*

Quinam hac ratione fiunt infames?

Reſp. Qui ſuo nomine de *dolo* ma-condemnati, *L. 4. §. fin. ff. de his, i not. infam.* aut ex *delictis doloſis*, jue tam ***publicis***, *L. Infam. 7. ff. de Publ. jud.* im ***privatis***, veluti: ***furto, rapina & in-juria.***

juria. h. §. 2. Non etiam qui ex *Contractibus*, quibus dolus intervenit: Niſi in illis de ſingulari fide rupta agatur, ut fit in *Societate*, *mandato*, *depoſito & tutela. h.* § 2.

16. *An ergo ex his quatuor Contractibus damnati indiſtincte fiunt infames?*

Reſp. Aff. Si (1) ob *dolum* damnati, & dolus in ſententia expreſſus, *L.* 4. §. 1. *&* 2. *ff. de Suſpect. Tut.* (2) Si actionibus *directis* condemnati, *& ſic in actione pro ſocio ſemper;* Non etiam ſi *contrariis*, *h.* §. 2. Quia in his non agitur de fide rupta, ſed tantum indemnitate *L.* 6. §. *fin. ff. de his, qui not. infam.*

17. *Quid ſi pacti fuerint in his contractibus, an & illi fiunt infames?*

Reſp. Neg. Quia non tam ſuper *dolo*, quam eo, *quod intereſt*, pacti videntur, *L.* 7. *ff. Eod.* Aliud ſi quid de *delictis privatis famoſis*, & *dolo* fuerint pacti, *h.* §. 2. Quia ſic pro confeſſis habentur, *L.* 5. *ff. Eod.* Confeſſi autem pro judicatis, *L.* 2. *&* 3. *ff. de Confeſſ.* Niſi *vel* juſſu Prætoris pacti, *vel* precibus, non pretio. *L.* 6. §. 3. *ff. de his, qui not. infam.*

18. *Quid eſt infamia* Facti?

R. Quæ ex turpi facto *ſine juris autho-*

Digitized by Google

itate contracta, exiſtimationem ali-
:s apud bonos & graves Viros
rat. *L.* 13. *C. Eod.* Add. elegans L. 25.
Adult.

Quomodo Actiones hucusque expoſitæ deducuntur in judicium? Ad §. fin.

Reſp. Per in *Jus vocationem*, ſeu *ci-
nem*, *h.* §. *fin.* Neque enim hodie am-
hæc duo inter ſe differunt. *Vid. Strauch.
Diſſ.* 24. *ad Jus Juſtin. th.* 1.

20. *Quid eſt Citatio?*

Reſp. Eſt legitima Rei ad judicem
us juſſu & authoritate facta vo-
o.

21. *Quotuplex eſt?*

Reſp. I. Alia *Realis*, alia *Verbalis.*
Alia *Dilatoria*, alia *Peremtoria*.

22. *Quæ eſt Citatio* Realis?

R. Quæ fit apprehenſione perſonæ:
locum tantum habet in cauſis *criminalibus
gravioribus*, poſt legitima indicia. *Carpz. in
Crim. Qu.* 111 Non etiam *civilibus*, *arg.
l. C. de Execut. rei jud.* niſi Reus *vel* de fuga
ſuſpectus, *vel* citatus comparere nolit. *L.* 8.
Quom. & quand. Jud.

23. *Quæ verbalis?*

R. Quæ

R. Quæ vel *publice* fit, per *Præconem*, aut *Edictum* publice in trium Dominorum territoriis affixum: Vel *privatim* in *faciem*, præſenti ſc. citando, aut *ad domum*, eo nim. abſente, ubi *vel* domeſticis inſinuatur citatio, *vel* his acceptare nolentibus, ad valvas ædium, convocatis Vicinis, affigitur. *Vid.* L. 13. §. 1. *ff. de Excuſ. Tutor.*

24. *Quando locum habet publica Verbalis citatio?*

Reſp. Quoties in citando adeſt incertitudo *vel* ratione perſonæ, *vel* ratione loci, ubi ſit. *Clem.* 1. *de Judic.* v. gr. in *proceſſu deſertionis adverſus Conjugem fugitivum*, in *concurſibus creditorum* &c.

25. *Quænam dicitur Citatio* Dilatoria?

Reſp. Qua quis ſimpliciter ad Judicem vocatur, ſed ulterior *dilatio* non denegatur.

26. *Quæ* Peremtoria?

Reſp. Qua denegata ulteriori dilatione præciſa injungitur comparitio, *L.* 70. *ff. de Judic.* V. gr. ſi additum ſit, *Judicem, citato non comparente, nihilominus cogniturum & pronunciaturum, quod Jus & Juſtitia poſtulat*, L. 71. *ff. Eod.* Vel *ſi quis ſub pœna præcluſi*, ſc. judicii, citatus.

27. *Qu*

Digitized by Google

27. *Qui poſſunt citari?*

Reſp. Quicunque citantis jurisdi-
oni ſunt ſubjecti, *arg. L. fin. ff. de
isd.* Niſi vel *in totum* in jus voca-
rohibeantur, de quibus in L. 2. 3. & 4.
le in jus voc. Vel *ſine venia*, ut *Paren-
Patroni*, &c. *Vid. ſupra Quaeſt.* 79. *de
on.*

Tit. XVII.
De
OFFICIO JUDICIS.

Iucusque de Actore & Reo *actum*; *Sequi-
tur, ut nunc de* Judice *videamus.* *Ad Rubr.*

Quid eſt Judex?

Eſt perſona, quae publicam habet authoritatem de cauſis contro-
is *cognoſcendi*, easque ſua ſenten-
*definiendi L. 13. §. 2. ff. de Recept.
arbitr.*

2. *Quid Officium Judicis?*

. Quod Judex, ut Judex facere te-
r. *Barthol. ad L. 1. de Jurisd. n. 10.*

Quotuplex eſt Officium Judicis?

. Vulgo duplex faciunt: *Nobile* &
cenarium.

Aa 4. *Quid*

R. Quæ vel *publice* ſit, per *Præconem*, aut *Edictum* publice in trium Dominorum territoriis affixum: Vel *privatim* in *faciem*, præſenti ſc. citando, aut *ad domum*, eo nim. abſente, ubi *vel* domeſticis inſinuatur citatio, *vel* his acceptare nolentibus, ad valvas ædium, convocatis Vicinis, affigitur. *Vid.* L. 13. §. 1. *ff. de Excuſ. Tutor*

24. *Quando locum habet publica Verbalis citatio?*

Reſp. Quoties in citando adeſt incertitudo *vel* ratione perſonæ, *vel* ratione loci, ubi ſit. *Clem.* 1. *de Judic.* v. gr. in *proceſſu deſertionis adverſus Conjugem fugitivum*, an *concurſibus creditorum* &c.

25. *Quænam dicitur Citatio* Dilatoria?

Reſp. Qua quis ſimpliciter ad Judicem vocatur, ſed ulterior *dilatio* non denegatur.

26. *Quæ* Peremtoria?

Reſp. Qua denegata ulteriori dilatione præciſa injungitur comparitio, *L.* 70. *ff. de Judic.* V. gr. ſi additum ſit, *Judicem, citato non comparente, nihilominus cogniturum & pronunciaturum, quod Jus & Juſtitia poſtulat*, L. 71. *ff. Eod.* Vel *ſi quis ſub pœna præcluſi*, ſc. judicii, citatus.

27. *Qu.*

Digitized by Google

27. *Qui poſſunt citari?*

Reſp. Quicunque citantis jurisdictioni ſunt ſubjecti, *arg. L. fin. ff. de jurisd.* Niſi vel *in totum* in jus vocari prohibeantur, de quibus in L. 2. 3. & 4. *ff. de in jus* voc. Vel *ſine venia*, ut *Parentes*, *Patroni*, &c. *Vid. ſupra Quæſt.* 79. *de Action.*

Tit. XVII.
De
OFFICIO JUDICIS.

1. *Hucusque de* Actore & Reo *actum; Sequitur, ut nunc de* Judice *videamus.* *Ad Rubr.*

Quid eſt Judex?

R. Eſt perſona, quæ publicam habet authoritatem de cauſis controverſis *cognoſcendi*, easque ſua ſententia *definiendi L. 13. §. 2. ff. de Recept. qui arbitr.*

2. *Quid Officium Judicis?*

R. Quod Judex, ut Judex facere tenetur. *Barthol. ad L. 1. de Jurisd. n. 10.*

3. *Quotuplex eſt Officium Judicis?*

R. Vulgo duplex faciunt: *Nobile* & *Mercenarium.*

Digitized by Google

4. *Quid eſt officium Judicis* Nobile?

R. Quod ſpeciali actioni non inſervit, ſed ex æquitate, vel proprio motu, vel propter nudam implorationem exercetur; Quorſum ſpectat: *Conſtitutio Tutorum, Inquiſitio in delicta*, &c. *Add.* §. 9. *I. de Legat.* L. 10. *&* 38. *ff. de hæredit. petit.* L. 49. §. 1. *ff. de Act. Emt.*

5. *Quid Officium Judicis* Mercenarium?

R. Quod actionis inſtitutæ naturam ſtricte ſequitur, nec ultra eam quicquam adjudicat, *L. 25. §. 8. ff. de Ædilit. Edict.* Unde hic obtinet *vulgatum* illud: Wo kein Kläger, da iſt auch kein Richter. Et hoc regulariter in omnibus actionibus obſervatur, eſtque *hujus loci.*

Ad pr. 6. *Quid in ſententia ferenda præcipue obſervandum Judici?*

R. Ne aliter judicet; quam Legibus, aut Conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt, *h. pr.* Alioquin ſententia eſt ipſo jure nulla, *L. Prolatam.* 4. *C. de Sentent. & Interl.* a qua nec appellare neceſſum, L. 1. §. 2. *ff. Qu. ſentent. ſine app.* Niſi ſaltem contra jus *in hypotheſi*, ſeu *Litigatoris* lata: Tunc enim ab ea appel-

pellandum. *Exemplum* eſt in L. 2. *Qu. provoc. non eſt nec.*

7. *Intereſtne in effectu, num ſententia ſit ipſo jure nulla, an vero appellatione reſcindenda?*

R. Aff. Quæ enim *ipſo jure nulla* eſt, ad 30. annos poteſt impugnari, L. 3. *C. de Præſcr. 30. annor.* Quæ vero *appellatione reſcindenda,* tantum ad 10. dies. *Auth. Hodie autem. C. de Appell.*

8. *An idem adhuc hodie Juris?*

R. Aff. Si nullitas ſententiæ ſit inſanabilis vel ratione Judicis, *Mev. P. 1. dec.* 100. Vel Partium, vel ſubſtantialium Proceſſus; *d. L. Prolatam.* Alias vero quævis ſententia hodie intra decendium appellatione reſcindenda. *Rec. Imp. de Anno* 1654. §. 121. & 122.

9. *Quomodo ergo in Actione noxali judicabit Judex?* *Ad* §. 1.

Reſp. Ita, ut ſi Dominus ſit condemnandus, eum condemnet *vel* ad damnum ſarciendum, *vel* ad ſervum noxæ dedendum. *h.* §. *1.* Vid. *ſupra Qu.* 164. *de Action.*

10. *Quomodo in rerum Vindicationibus?* *Ad* §. 2.

R. Ita, ut ſi contra petitorem pronunciandum, Reum abſolvat; Sin

Aa 2 pro

pro petitore, Reum condemnet ad rem cum *fructibus* reſtituendam. Et quidem *poſt litem conteſtatam perceptis*, indiſtincte, *h.* §. 2. *Ante litem conteſtatam* vero, pro diverſitate bonæ, vel malæ fidei poſſeſſorum, *de quibus dictum ſupra Qu.* 121. *& ſeq. de R. D.*

11. *Num itaque ſtatim poſt ſententiam absque nulla dilatione res reſtituenda?*

R. Aff. Aut ſi juſſus reſtituere nolit, manu militari res auferenda, L. 68. *ff. de R. V.* Niſi *ſine calumnia* dilationem petat Reus, ubi præſtita ſatisdatione de litis æſtimatione, pro arbitrio Judicis concedenda, *h.* §. 2. Aliud in *Actionibus Perſonalibus:* In his enim, ſi in *quantitatem* facta condemnatio, 4. menſes indulgeri ſolent ad ſolutionem conficiendam. L. *ult. C. de Execut. rei judic.*

12. *Quomodo in Hæreditatis petitione judicabit Judex?*

Reſp. Eodem fere modo, quo in Rei Vindicatione, *h.* §. 2. Niſi quod in *hac* non adjudicet fructus ante litem conteſtatam perceptos, niſi ab Actore fuerint petiti, L. 10. *ff. de Uſur. &* L. 25. §. 8. *ff. de Ædilit. Edict.* Bene tamen in *hæreditatis* ſcil. *petitione,*

Digitized by Google

tione, cum huic inſint fructus, ut partes hæreditatis. L. 20. §. 3. *ff. de Hæred. petit.*

13. *Quomodo in Actione ad Exhibendum?* *Ad* §. 3.

Reſp. Ut, ſi Reus rem teneat, eam Actori exhibeat in Eadem cauſa, i. e. *conditione*, qua fuit tempore Judicii accepti, *h.* §. *3.* i. e. *non uſucaptam, nec deterioratam.* L. 9. §. 3. *&*. 5. *ff. Ad exhib.*

14. *An & fructuum, ex re exhibenda perceptorum, rationem habebit Judex?*

R. Aff de fructibus a tempore litis conteſtatæ perceptis, *h* §. 3. *&* L. 9. §. *fin. ff. Eod.* Si ſc. poſſeſſor hac actione victus, de re ipſa porro judicio principali contendere nolit, ſed eam reſtituat actori. *Vinn. ad h.* §.

15. *Quomodo Judex judicabit in Actionibus Familiæ erciſcundæ & Communi dividundo?* *Ad* §. 4. *&* 5.

Reſp. *Dividet* res communes, vel hæreditarias, quantum fieri poteſt, maxima æqualitate; Sin *dividi nequeant*, adjudicationes faciet, rerumque inæqualitatem per *pecuniam*, aut *alium modum* ad æqualitatem rediget; *Præſtationes* quoque *perſonales* inter cohæ-

 redes,

redes, ſociosque adæquabit, ſi unus plus lucri perceperit, aut damni dederit. *h.* §. 4. & 5.

Ad §. 4. 16. *Quomodo in actione Finium regundorum?*

Reſp. *Reſtituet* veteres terminos, illosque de novo declarabit; *Vid. ſupra Qu.* 106. *de Action.* Aut ſi id fieri non poſſit, *novos conſtituet* per adjudicationem, & condemnationem. *h.* §. 6. & 20. *I. de Action.*

Ad §. *fin.* 17. *An ejusmodi adjudicatio, in his* tribus *judiciis facta, tribuit dominium?*

Reſp. Aff. Et quidem ſtatim, *i. e.* ſimul ac facta adjudicatio, *h.* §. *fin.* Licet *traditio* nondum ſecuta: Hac enim non eſt opus, quoties beneficio legis, *ut in re legata*, L. 80. *ff. de Legat.* 2. vel authoritate Judicis, *uti hoc loco*, transfertur dominium: Niſi res ſit aliena, ubi tantum uſucapiendi conditionem tribuit adjudicatio. *L.* 17. *de Uſucap.*

Tit.

Digitized by Google

Tit. XVIII.
De
PUBLICIS JUDICIIS.

1. *Propoſita ſunt hactenus* Judicia privata, *quæ A' pr. per Actiones ordinantur: dic nunc,* & §. 1 *Quæ ſunt Judicia* Publica?

R. QUæ de gravi quodam crimine peculiari lege ſunt introducta, data *plerumque* cuilibet e populo poteſtate, crimen illud per ſolenne judicium perſequendi. *h pr.* & §. *1. L. 1. ff. h. t.*

2. *Quomodo hæc differunt a Judiciis Privatis?*

Reſp. Multifariam: Et quidem in *inſtituendo* potiſſimum in hoc, quod in *judiciis publicis* quilibet poſſit accuſare, *h.* §. 1. In *privatis* autem is tantum agat, cujus intereſt: In *exercendo* vero, quod in *publicis* ob indicia torturæ locus; non etiam in *privatis*, L. 9. & *t. t. ff* & C. *de Quæſtion.* In *illis* agatur ad pœnam Reip. debitam, in *his* autem Actor ſibi aliquid dari vel fieri petat. Vid. *B. Brunnem. ad l. Ex.* 31. *h. pr.*

3. *Licitumne adhuc hodie cuilibet ob crimen aliquem accuſare?*

 R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. Ob intereſſe Reip. *arg.* L. 13. *de Offic. Præſid.* Sed quia ſic oneri probandi ſemet ſubjicit Accuſator, tutius erit, ſi quis tantum *denunciaverit* Judici crimen, quod eapropter hodie frequentius.

4 *Quæ ergo ſunt Crimina Publica?*

Reſp. Quæ principaliter fere in Remp. committuntur, & forſan ob frequentiam ſuam *peculiari Lege* publica ſunt facta, certaque pœna iis impoſita. *L. 3. §. fin. ff. de Prævaric.*

Ad § 2. 5. *Quotuplicia ſunt hæc?*

Reſp. Alia *Capitalia*, alia *non capitalia. h.* §. 2.

6. *Quæ ſunt Crimina Publica* Capitalia?

Reſp. Quorum pœna mors eſt, *vel* naturalis, *vel* civilis, utpote: *damnatio in metallum, deportatio.* &c. *h.* §. 2. & L. 2. *ff. h. t.*

7. *Quæ* Non Capitalia?

Reſp. Quorum præter infamiam alia eſt pœna, e. gr. *relegatio, incarceratio, fuſtigatio, quandoque etiam pecuniaria, dd. text.*

Ad § 3. 8. *Quot ſpecies publicorum Criminum hic recenſet Imperator?*

R. Se-

Digitized by Google

R. Septendecim: (1) Crimen læſæ Majeſtatis, (2) Adulterii, (3) Stupri, (4) Sodomiæ, (5) Homicidii, (6) Veneficii, (7) Parricidii, (8) Falſi, (9) Vis publicæ, (10) Privatæ, (11) Raptus, (12) Peculatus. (13) Plagii, (14) Ambitus, (15) Repetundarum, (16) Annonæ, (17) de Reſiduis. *tot. hoc tit.*

9. Quid eſt Crimen læſæ Majeſtatis?

R. Eſt crimen publicum, quo ſumma in Republ. poteſtas, modis a Legibus notatis, læditur. *h.* § *4.*

10. Quotuplex eſt?

Reſp. Duplex; *Perduellionis* & *læſæ Majeſtatis in ſpecie. L. ult. ff. ad. L. Jul. Majeſt*

11. Quid eſt Crimen Perduellionis?

Reſp. Quo quis aliquid *directo* adverſus Principem vel Rempublicam hoſtili animo machinatur. Exempla ſunt in L. 3. & 4. *ff. Eod.*

12. Quid Crimen læſæ Majeſtatis in ſpecie?

Reſp. Quo quis aliquid adverſus Principis, vel Reip. ſuperioritatem, dignitatem & exiſtimationem *per indi-*

Digitized by Google

rectum machinatur, jura majeſtatis uſurpando, veluti, *ſi quis monetam cudat.* L. 2. *C. de falſ. monet.* &c.

13. A quibus committitur Crimen læſæ Majeſtatis?

Reſp. Proprie tantum a *ſubditis*, *Clem.* 2. *verſ. Rurſus. de Sent. & re judic.* Non *extraneis*: Cum crimen hoc relationem quandam Magiſtratus atque Subditi deſiderare videatur. *Balbov. ad Tr. Diſp* 32. *Vol.* 2. *ib.* 1. *lit. b.*

14. Adverſus quos committitur?

Reſp. Adverſus omnes, qui Majeſtate pollent, *v. gr.* Imperatorem, *Capit. Leopold. art.* 27. & *arg.* §. 6. *I. de J. N. G. & C.* aut partes ſunt corporis Majeſtatici, *v. gr.* Electores, *A. B. tit.* 24. Principes Imperii reliquos, *arg.* L. 5. *pr. C, ad* L. *Jul. Maj.* Conſiliarios, *d. L.* 5. &c.

15. Quæ eſt Pœna Perduellionis?

Reſp. Præter mortem, quæ vel *gladio*, vel *ſectione in quatuor partes*, vel *aliter* infertur, L. 5. *pr. C. Eod. Vid. Carpz. Pr. Crim. Qu.* 41. *n.* 90. eſt confiſcatio bonorum, & memoriæ Rei poſt mortem damnatio, *h.* §. 4. *L.* 7. *pr.* & *L.* 8. *C. Eod.* inſuper & Filii infamia notan-

Digitized by Google

tantur, fiuntque omnium omnino ſucceſſionum incapaces, *d. L. 5. §. 1.* & *A. B. tit.* 24. ne ſc. porro noceant, & parentum ſupplicia vindicent, Add. L. 8. §. *fin. ff. Quod met. cauſ.* Filiabus tantum ex hæreditate materna reſervata Quarta. *de L. 5. §. 5.*

16. ***Sed annon quoad Liberos hæc pœna eſt injuſta?***

R. Neg. quia nihil ipſis aufertur, quam quod civile, & quod Principis beneficio poſſident; Hæc autem quin ex *ſalute Reipubl.* tolli poſſint, indubitatum. Conf. ***Puſendorf. Elem. Juriſpr.*** L. 1. *def.* 21 §. 7.

17. *Quæ eſt Pœna Criminis læſæ Majeſtatis in ſpecie?*

Reſp. Variat hæc pro ratione circumſtantiarum; Quandoque enim capitis eſt, abſque tamen confiſcatione, aut memoriæ defuncti damnatione, *L. fin. in fin ff. Ad. L. Jul. Maj.* quandoque relegationis, *L. 24. & 40. de Pœn.* quandoque alia.

18. *Quid eſt* Adulterium? *Ad §. 4*

R. *Jure Civili* eſt concubitus cum aliena uxore, *L. 6. §. 1. & L. 34. §. 1. ff.*

Ad L. Jul de Adult. Sed *Jure Canon.* & *hodie* eſt crimen publicum, quo per fornicationem conjugale vinculum, ſeu thorus conjugalis violatur. *Can. Non mœchaberis. 15. cauſ. 32. qu. 5.*

19. Quotuplex eſt?

R. Aliud *Duplex*, quod inter utrinque conjugatos committitur, Germ. Ober-Hurerey: Aliud *Simplex*, quod *vel* inter conjugatam & ſolutum, *Vel* inter conjugatum & ſolutam committitur; Germ. Einfacher Ehebruch.

20. Quæ eſt Pœna Adulterii?

Reſp. Adulterii *Duplicis* capitalis eſt in utroque conjuge, *h. §. 4 & L. 30. §. fin. C. Ad L. Jul. de Adult Conſtit. Crim art. 120.* *Simplicis* vero hodie variat pro diverſitate locorum: Communiter, ſi *Conjugata rem habeat cum Soluto*, huic pœna capitalis dictatur, illi arbitraria; *Carpz Pr. Crim. Qu* 53 *n.* 51. Sin *Conjugatus cum ſoluta*, utrinque obtinet pœna ſtupri, *Carpz. d. Qu.* 53. *n.* 53. *& ſqq.* Licet aliter in Electoratu Saxoniæ res ſeſe habeat. *Carpz. p. l. Qu.* 54.

21. Quid eſt Stuprum?

Reſp.

Reſp. Eſt crimen publicum, per illicitum concubitum (*hodie ſoluti*) cum virgine vel vidua honeſte vivente commiſſum. *h.* §. 4.

22. Quotuplex eſt?

Reſp. Duplex: *Voluntarium*, quod cum volente & parum reluctante committitur; Et *Involuntarium*, ſeu *Violentum*, quo vi adhibita comprimitur fœmina ſoluta. *h.* §. 4. & *Conſt. Crim. art.* 119.

23. Quæ eſt Pœna Stupri?

R. *Violenti conſummati* mors eſt, *attentati* pœna arbitraria, *d. art.* 119. *Voluntarii Jure Civili* in honeſtioribus publicatio dimidiæ partis bonorum; in vilioribus fuſtigatio cum relegatione, *h.* §. 4 De cujus Praxi *vid. Habn. ad Weſ. ad* L. *Jul. de adult. n.* 21. Hodie plerumque carceris, pro arbitrio Judicis: Et tenetur inſuper ſtuprator Stupratam ducere, *aut* dotare, quæ tamen Jure Divino & Canon. *conjunctim* requiruntur. *Deut.* 22. *v.* 28. *c.* 1. *X. de Adult.* Ut & alimenta infanti præſtare. Vid. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 69. *tot.*

24. *Quomodo differt Stuprum a forniatione?*

R. Quod *Stuprum* committatur cum fœmina honeſta. *h.* §. 4. *Furnicatio* autem cum meretrice, ſeu fœmina vulgari & vili.

25. *Quæ Pœna Fornicationis?*

R. Arbitraria: In aliquibus locis *prima vice* careere, *ſecunda* vero relegatione ſolet puniri. *Vid. Carpz. d. l. Qu.* 70.

26. *Quid eſt* Sodomia?

Reſp. Eſt delictum publicum, per concubitum contra naturam commisſum, quod adeo nefandum, ut ſcire non proficiat. L. *Cum vir nubit.* 31. *C. Ad.* L. *Jul. de adult.*

27. *Quæ hujus pœna?*

R. *Ignis*, ſi cum brutis commiſſa, *Conſt. Crim. art.* 116. ubi & brutum ſimul ſolet comburi, *Vid. Qu.* 5. *ſupra de J. N. G. & C.* Si vero cum hominibus, *gladii. Carpz. d. l. Qu.* 76. *n.* 16.

Ad §. 5. 28. *Quid hic eſt* Homicidium?

Reſp. Eſt delictum publicum, quod *dolo malo*, occidendo hominem committitur. *L. pen. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

29. *An hic dolus in dubio ex ipſo facto præſumitur?*

R. Aff.

Digitized by Google

R. Aff. *arg.* L. *Si non convicii* 5. *C. de Injur.* Niſi aliud ex circumſtantiis colligatur. L. 1. & 5. *C. Ad.* L. *Corn. de Sicar.*

30. Quæ eſt Pœna homicidii doloſi ordinaria?

Reſp. Gladii, *h.* §. 5. Quæ tamen quandoque pro ratione circumſtantiarum exaſperatur, *Conſt. Crim. art.* 137. Modo homicidium *hodie* ſit conſummatum. *Carpz. d L. Qu. 2. n. 41.* Olim etiam *attentatum* morte puniebatur. *h.* §. 1. & L. 1. *pr. ff. ad* L. *Corn. de Sic.*

31. Quid eſt Veneficium?

R. Eſt crimen publicum, quod vel *veneno malo* occidendo hominem committitur, *L. 3.* § *2. ff. Eod.* Vel *artes Magicas* exercendo, & pacto cum Diabolo inito. *h.* §. 5.

32. Quæ pœna Veneficii?

R. Illius, *quod fit veneno occidendo hominem*, Jure Civili gladius erat, *h.* §. 5. Hodie in maſculis rota, in fœminis aquæ ſuffocatio, *Conſt. Crim. art. 130.* Modo iterum veneficium fit conſummatum, & quidem animo occidendi, L. 3. §. 4. *ff. Eod.* indeque mors *immediate* ſecuta. *Carpz.*

Digitized by Google

Carpz. d. L. Qu. 21. Hujus autem, *quod ſit artes Magicas exercendo*, ignis eſt, L. 3. C. *de maleſic.* præprimis ſi expreſſum pactum cum Diabolo initum, & damnum datum. *d Conſt. Crim art.* 109

Ad §. 6. 33. *Quid eſt* Parricidium?

R. Eſt crimen publicum, quod committitur conjunctas perſonas doloſe occidendo. *h* §. *6.*

34. *Quotuplex eſt?*

R. Duplex: Aliud *proprie ſic dictum*, quod in Parentes & Liberos committitur, etiam naturales, *arg. L. 6. ff de in jus voc.* Aliud *improprium*, quod committitur in Collaterales usque ad quartum gradum Juris Civilis, L. 1. *pr. &* L. 3. *ff. Ad. L. Pompej. de parricid.* Affines, *dd. text. & h.* §. *6.* & Conjuges *d. L. 1.*

35. *Quæ eſt Pœna Parricidii proprie ſic dicti?*

R. Parricida virgis ſanguineis cæſus, L. 9. *ff. Eod.* quod tamen ab uſu receſſit, & poſtea cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia, *hodie* fele, culeo inſutus, in mare vel aquam projicitur, ut omnium elemen-

Digitized by Google

mentorum uſu vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti et terra mortuo auferatur, *h.* §. 6. & *L. un. C. de his, qui Parent.* Quæ pœna etiamnum in *Saxonia Elector.* obſervatur, *Carpzov. d. l. Qu.* 8. *n.* 7. In aliis vero locis animalia non adduntur.

36. Quæ Pœna Parricidii Improprii?

Reſp. Eadem, quæ homicidii, *h.* §. 9. *in fin.* Etiamſi in *Conjuges* commiſſum, *Conſt. Crim. art.* 137. Solet tamen interdum ob circumſtantias exaſperari.

37. An & Conſcii hujus criminis puniuntur?

R. Aff. Et quidem eadem pœna, qua parricidæ licet ſint extranei, *h.* §. 6. Modo conſiliorum fuerint participes. L. 6. *ff. Ad* L. *Pompej. de Parr. Vid. Carpz. d. l. Qu.* 11. *n* 54.

38. Quid eſt Crimen Falſi? *Ad* §. 7.

Reſp. Eſt crimen publicum, quo in alterius præjudicium veritas doloſe immutatur, quodque ſpeciali lege notatur & coërcetur, *L. 23. ff. ad L. Corn. de falſ.* Utpote *ſi quis falſo appoſuerit ſigilla, doloſe aliorum manus fuerit imitatus.* L. 4. *Eod,* & *h* §. 7. &c.

39. Quænam hujus Criminis Pœna?

R. De-

Digitized by Google

R. Deportatio & confiſcatio bonorum in *liberis*; in *ſervis* ultimum ſupplicium, *h.* §. 7. Hodie propter varietatem circumſtantiarum arbitraria eſt, *L.* 27. §. *fin. ff. Eod. Conſt. Crim. art.* 112. *&* 113. Quandoque etiam ultimum ſupplicium, L. 22. C. *Eod.* veluti *ſi quis ex falſo alicujus teſtimonio perierit.* L. 1. §. 1. *ff. Ad* L. *Corn. de Sicar.*

Ad §. 8. 40. *Quid eſt* Crimen Vis publicæ?

Reſp. Eſt crimen publicum, quo per atrociorem violentiam ſecuritas publica maxime læditur, *veluti* ſi armis tam proprie ſic dictis, uti *gladio, &c.* quam impropriis, v. gr. *lapidibus, fuſtibus,* &c. §. 6. *in f. I. de Interdict.* vis inferatur, *h.* §. 8. Si perſonæ publicæ, *&c.*

41. *Quæ hujus pœna?*

R. Jure Civili deportatio, *h.* §. 8. Interdum etiam mors, ſi ſc. ædes effractæ, L. *pen. ff. Ad* L. *Jul. de vi publ.* Wenn dabey der Hauß-Fried gebrochen, ob L. 18. *de in jus voc.* Hodie arbitraria.

42. *Quid* Crimen vis privatæ?

R. Quod leviori violentia committitur, ita, ut quies publica non tam graviter lædatur, *veluti* ſi quis ex naufragio doloſe quid rapuerit, L. 1. §. 1. *ff. Ad* L. *Jul. de vi privat.* &c.

43. *Quæ-*

Digitized by Google

43. *Quænam hujus Pœna?*

R. Jure Civili Publicatio tertiæ partis bonorum, *h.* §. 8. Hodie iterum arbitraria. *Carpz. Pr. Crim. Qu. 40. n. 7.*

44. *Quid eſt* Raptus?

R. Eſt crimen publicum, quod committitur honeſtam perſonam *libidinis gratia* de loco in locum abducendo. *h. §. 8. L. un. C. de Rapt. Virgin.*

45. *Quæ eſt Pœna Raptus?*

Reſp. Gladii, *h* §. 8. & *d. L. un.* Etiamſi rapta, *perſuaſionibus ſeducta*, conſenſerit, *d.* L. *un.* Add. L. 1. §. 3. *ff. de Serv. corrupt. Conſt. Crim. Art.* 118. Aut raptor eam non cognoverit, cum tamen *occaſionem cognoſcendi* habuerit, *h.* §. Vid. *Bachov. ad Tr. Vol.* 2. *Diſp.* 32. *th.* 3. *lit. d.* Niſi *hodie* rapta nubere velit raptori, *c. pen.* & *ult.* X. *de Rapt.* ob favorem partis læſæ. *Carpz. d. l. Qu.* 75. *n.* 68.

46. *Quid eſt* Peculatus? *Ad* §. 9.

R. Eſt crimen publicum, quo pecunia publica, ſacra vel religioſa, quo caſu in ſpecie dicitur *Sacrilegium*, ab eo, *cujus fidei & periculo non eſt* com-

commiſſa, ſurripitur. *h.* §. *9. L. 1. 4. pr.* & *L. 9* §. *21. ff. Ad L Jul. Pecul.*

47. *Quænam hujus Pœna?*

Reſp. Si *pecunia publica* ſurrepta a *privatis*, deportatio eſt, *h* §. *9.* Exceptis quibusdam caſibus, ubi obtinet pœna quadrupli L 6. §. *fin.* & L. *pen. ff. Eod. A. Magiſtratibus* autem, ſeu Judicibus, capitalis, *h.* §. *9.* Hodie fere ſuſpendium, *Theodor. in Crimin. C. 9. aph. 3. in f.* Sin *res ſacra aut religioſa*, itidem capitalis eſt, aut extraordinaria. L. 4. §. 2. & L. 6. *pr. ff. Eod.* Add. *Conſt. Crim. art.* 171. & 173.

Ad §. 10. 48. *Quid eſt* Plagium?

Reſp. Eſt crimen publicum, quo liber homo, vel ſervus alienus doloſe ſupprimitur, aut occultatur. *L. 3.* & *4. ff. Ad L. Fab. de Plagiar.*

49. *Quæ Pœna Plagii?*

R. Olim erat pecuniaria, L *fin.* ff. *Eod.* Poſtea arbitraria facta, *d.* L. *fin.* Hodie capitalis eſt, *h.* § *10.* Juri Divino, *Exod.* 21. *v* 16 Canonico, *c.* 1. *X. de Furt* & Saxonico conveniens. *Carpz. d. Pr. Qu.* 83. *n.* 90.

50. *Quid*

Digitized by Google

50. Quid eſt Crimen Ambitus? *Ad §. 11.*

Reſp. Eſt crimen publicum, quo tenentur illi, qui illegitimo modo, v. gr corruptis ſuffragiis, honores & dignitates ſibi parant, *t. t. ff.* & *C. Ad L. Jul. de Ambit.* Quod in rebus ſacris comparandis dicitur *Simonia*, de qua *tit.* X. *de Simon.*

51. Quæ hujus Pœna?

R. Olim erat excluſio ab aliis honoribus uſque ad quinquennium, poſtea cœpit eſſe 100. ſolidorum. L. *un.* §. 1. ff. *Eod.* Hodie fere impune.

52. Quid eſt Crimen repetundarum?

Reſp. Eſt crimen publicum, quod committunt Magiſtratus, & alii in officio, vel munere publico conſtituti, dona & munera accipiendo, quo magis vel minus officium faciant. *L. 6. pr. & §. 2. ff. de L. Jul. repetund.*

53. Quæ hujus Criminis Pœna?

R. Quadrupli, *L. 1. C. Eod* Interdum exilii, vel etiam pro admiſſi qualitate gravior. *L. 7. §. fin. ff. Eod.*

54. Quid eſt Crimen Annonæ?

Reſp.

Digitized by Google

Reſp. Eſt crimen publicum, quo rei cujuscunque, ad annonam pertinentis, abundantia & commercium dolo malo impeditur. *t. t. ff. Ad L. Jul. de Annon.*

55. Quæ hujus Pœna?

Reſp. XX. ſolidorum, *L. 2. §. fin. ff. Eod.* & extraordinaria, pro circumſtantiis. *L. 37. ff. de Pœn.*

56. Quid eſt Crimen de Reſiduis?

Reſp. Eſt crimen publicum, quo pecunia publica, ad certum uſum publicum deſtinata, ab eo, *cujus fidei & periculo commiſſa fuit*, retinetur, vel in uſum proprium convertitur. *L. 2. & L. 4. §. 3. ff. Ad. L. Jul. Peculat.*

57. Quæ hujus Criminis Pœna?

Reſp. Reſtitutio rei ſurreptæ, cum tertia ejus parte, *L. 4. §. 5. ff. Eod.* ergo *ſi quis* 300. *Imperial. retinuerit, pœna erit* 100. *Imperial.* Lenior autem ideo pœna, quia eſt delictum in adminiſtratione commiſſum. L. *Tres Tutores*, 55. *ff. de adminiſtr. Tut.*

S. D. G.

ME-

Digitized by Google

MEMORIALE
ACTIONUM.

Serie Alphabetica exhibitum.

A.

ACtio ÆDILITIA *in factum* datur

Ei, qui damnum paſſus eſt ab animali feroci, v. gr. *cane*, *verre &c.* ibi habito, ubi vulgo iter fit: L. 40. & 41. *ff. de Ædil. Edict.* Aut ſi liber homo periit, *cuivis* ex populo; *arg.* L. 5. §. 5. *ff. de his, qui effud.*

Adverſus Dominum ejusmodi animalis;

Ad duplum, ſi rei æſtimabili damnum datum; Aut *pœnam CC. ſolidorum*, ſi liber homo exinde perierit; Aut ſi tantum ei nocitum, ad *pœnam arbitrariam*. L. 42. *ff. de Ædil. Edict.* & §. *fin. I. Si quadrup. pauper.*

Actio ÆSTIMATORIA, ſeu *Quanti Minoris*, vid. *lit. Q.*

Actio

Actio ÆSTIMATORIA, *præſcriptis Verbis* datur

Ei, qui rem, certo pretio æſtimatam, vendendam dedit,
Adverſus eum, qui rem alterius ita accepit,
Ad id, ut *vel* res ipſa, *vel* ejus æſtimatio reddatur. L. 1. §. ff. *de Æſtimat. act.*

Actio de ALBO CORRUPTO datur

Cuilibet de populo, *arg.* L. 7. *pr. in fin.* ff. *de Juriſd.*
Adverſus eum, qui Album Prætoris, quod perpetuæ Juriſdictionis cauſa propoſitum erat, doloſe corrupit. L. 9. ff. *Eod.*
Ad pœnam D. aureorum. §. 12. *I. de Act. & de* L. 7. *pr.*

Actio de ALEATORIBUS datur

Iis, qui *vel* ab initio compulſi ſunt ad luſum, *vel* poſtquam victi, ſunt detenti, L. 2. *pr.* ff. *de Aleat.*
Adverſus aleatores compellentes aut detinentes, *de l.* 2.
Ad id, ut aut multa multentur, aut in opus publicum condemnentur. L. 1. §. *fin.* ff. *Eod.*

Actio

Digitized by Google

Actio in factum de ALIENATIONE *judicii mutandi cauſa facta* datur

Ei, cujus cauſa per alienationem fraudulentam reddita deterior, *L. 1. ff. de Alienat. jud. mut.*

Adverſus illum, qui doloſe alienavit aut duriorem Adverſarium ſubſtituit, *L. pen. & ult ff. Eod.*

Ad id, quod intereſt Actoris, duriorem Adverſarium non habuiſſe, aut cauſam non fuiſſe redditam deteriorem *L. 3. §. 4. & L. 4. §. ult. Eod.*

Actio rerum AMOTARUM datur

Illis, qui *quondam* Conjuges fuerunt,

Adverſus ſe invicem, *L. 1. & 25. ff. de act. rer. amot.*

Ad res conſtante matrimonio *divortii* cauſa amotas recuperandas, *L. 3. pr & L. 21. §. 1. ff. Eod.* aut ſi non amplius extent, illarum æſtimationem. *L. 17. §. 2. Eod.*

Actio AQUÆ PLUVIÆ *arcendæ* datur

Domino, cujus agro ex opere alterius manu facto nocitura eſt aqua pluvia; *L. 1. §. 2. & L. 6. §. 4. ff. de Aqu. & aqu. pluv.*

Digitized by Google

Utilis etiam ***non dominis***, aliisque utile dominium habentibus, *L.* **22.** *pr. & §. fin. ff. Eod.*

Adverſus illum, qui tempore movendæ actionis Dominus eſt ejus loci, in quo opus factum, *L.* 4. §. 2. *L.* 5. *& L.* 16. *ff. Eod.* *Utilis* iterum adverſus ***utile dominium*** habentes *d.* §. 22.

Ad id, ut opus illud deſtruatur, res in priſtinum ſtatum reſtituatur, & damnum, ſi quod inde ***poſt litem conteſtatam*** contigerit, refundatur. *L.* 6. §. 6. *ff. Eod.*

Actio L. AQUILIÆ, vid. *lit. L.*

Actio ARBORUM *furtim cæſarum* datur

Domino arborum furtim cæſarum, L. 7. *pr. ff. Arbor. furt. cæſ.* etiam utili, *L.* 5. §. 3. *Eod.*

Adverſus eum, qui ſuis manibus arbores ſuccidit aut deglabravit, vel tale quid fieri mandavit, *d. L.* 7. §. 4.

Ad id, ut duplum præſtetur ejus, quod intereſt, *L.* 7. §. *fin. & L.* 8. *ff. h. t.*

B.

BONORUM POSSESSORIA *Hæreditatis Petitio*, vid. *lit. H.*

C. *Acti*

Digitized by Google

C.

ACtio CALVISIANA datur

Patrono, ſi quid in fraudem legitimæ, ſibi debitæ, a Liberto, *inteſtato* mortuo, alienatum, *L.* 3. §. 3. *ff. Si quid in fraud. Patron.*

Adverſus illius, quod ita alienatum, poſſeſſorem, *L.* 1. §. 4. *ff. Eod.*

Ad revocandum alienatum, in quantum legitima Patroni eſt diminuta, *L.* 1. *C. Eod.*

Actio CALUMNIÆ, ſeu *de Calumniatoribus* datur

Ei, cujus cauſa pecunia data, promiſſa, vel remiſſa eſt, ut ipſi calumnioſum negotium in judicio fiat, vel non fiat, *L.* 3. §. 3. *L.* 7. §. 1. *ff. de Calumniat.*

Adverſus accipientem, *L.* 1. *pr. Eod.*

Ad quadruplum ejus, quod Reus accepit, *d. L.* 1. intra annum, *L.* 6. *ff. Eod.* Poſt annum in ſimplum, *d. L.* 1. *pr.*

Actio CHIROGRAPHARIA, ſeu *Condictio certi ex Literis* datur

Ei, cui quis tradidit chirographum, & in eo, ſe pecuniam, aut aliam rem fungibilem ab illo accepiſſe, confeſſus, ean-

Digitized by Google

eandemque reſtituturum promiſit, *L.* 1. *C. de non numer. pecun.*
Adverſus tradentem & confitentem,
Ad reddendum id, quod ſe debere & accepiſſe confeſſus. *§. un. I. de Liter. oblig.*

Actio de Statu CIVITATIS datur *Magiſtratui*,

Adverſus Civem, qui talem ſe eſſe negat; *Et viciſſim*
Civi,
Adverſus Magiſtratum, qui talem ſe eſſe negat,
Ad declaranda jura, Magiſtratum & Cives concernentia. *L.* 37. *§.* 1. *ff ad Municip.*

Actio COMMODATI
Directa datur

Commodanti, *L.* 21. *pr. ff. Commod.*
Adverſus Commodatarium, *§.* 2. *I. Quib. mod. re contr.*
Ad rem commodatam integram & ſalvam, *d. §.* 2. cum acceſſionibus & fructibus, *L.* 38. *§.* 10. *ff. de Vſur.* finito uſu reſtituendam. *L.* 17. *§.* 3. *ff. Commod.*

Con-

Digitized by Google

Contraria datur

Commodatario, d. L. 21. *pr.*

Adverſus Commodantem,

Ad indemnitatem rei commodatæ nomine conſequendam, *d. L.* 17. §. 3. v. gr. *ſi uſus intempeſtive revocatus*, &c.

Actio COMMUNI DIVIDUNDO datur

Illis, qui res ſingulares habent communes: Et quidem *Directa*, ſi jure dominii res corporales ſint communes, *L.* 4. *pr. ff. Commun. divid. Utilis* autem, ſi res incorporales, aut corporales quidem, ſed alio jure in re, *L.* 7. *pr.* §. 6. 7. 10. & 12. *ff. Eod.*

Adverſus ſe invicem, *dd. text.*

Ad illas res dividendas, *L.* 1. & 3. *ff. Eod.* Commoda, poſt communionem percepta, communicanda, damnaque & impendia, ab alterutro facta, reſtituenda. *L.* 3. *pr. L.* 4. §. *pen.* & *L.* 8. §. 3. *ff. Eod.*

CONDICTIO CAUSA DATA *cauſa non ſecuta* datur

Ei, qui aliquid ob cauſam honeſtam futuram dedit, quæ tamen non eſt ſecuta, *L.* 1. *pr. ff. de Condict. cauſ. dat.*

Digitized by Google

cauſ. non ſecut. & *L.* 52. *ff. de Condict. indeb.*
Adverſus eum, qui hoc modo aliquid accepit, nec tamen, quod promiſit, præſtitit, *d. L.* 2. & 3. *ff. de Condict. cauſ. dat.*
Ad id, quod datum eſt, cum acceſſionibus & fructibus, reſtituendum, *L.* 7. §. 1. & *L.* 2. *ff. Eod.* aut ſi jam conſumtum, vel culpa amiſſum, ejus æſtimationem, *L.* 15. *h. t.*

CONDICTIO OB INJUSTAM CAUSAM datur

Ei, quo ex injuſta cauſa, v. gr. *metu* aliquid ad alterr m pervenit, *L.* 7. *ff. de Condict. ob turp. cauſ.*
Adverſus eum, qui conſecutus eſt,
Ad id, reſtituendum, *d. L.* 7.

CONDICTIO OB TURPEM CAUSAM datur

Illis, qui aliquid dederunt, vel promiſerunt, aut accepto tulerunt ob cauſam ratione ſolius accipientis inhoneſtam, *L.* 1. *pr.* & §. 2. *L.* 4. §. 2. *ff. de Condict. ob turp. cauſ.*
Adverſus accipientes, *dd. text.*

Ad

Digitized by Google

Ad id, quod turpiter acceptum, cum fructibus & acceſſionibus repetendum. *arg. L.* 38. §. 1. *& ſeqq. ff. de Uſur.*

CONDICTIO SINE CAUSA datur

Illis, qui rem promiſerunt, vel dederunt, quæ ſine cauſa apud alium exiſtit, *L.* 1. *pr. & L.* 3. *ff de Condict. ſine cauſ.*

Adverſus illos, penes quos ſine cauſa res exiſtit, *d. L.* 1. §. *ult. & L.* 2. *Eod.*

Ad obligationem, vel rem illam repetendam. *d. L.* 1. *&* 3.

CONDICTIO CERTI *ex* LITERIS, vid. *Actio Chirographaria.*

CONDICTIO CERTI *ex* MUTUO, vid. *lit. M.*

CONDICTIO CERTI *ex* STIPULATU, vid. *lit. S.*

CONDICTIO FURTIVA *Certi* datur.

Soli rei furtivæ *Domino*, cui illa eſt ſurrepta, *L.* 1. *&* 11. *ff. de Condict. Furtiv. Incerti.*

Etiam non Dominis, qui jus in re furtiva

 ha-

habent, uti *Creditoribus pignoratitiis*, *L.* 12. §. *fin.* *ff.* *Eod.*

Adverſus Furem, *L.* 5. *Eod.* & illos, quorum ope, auxilio & conſilio furtum eſt commiſſum, *L* 53. §. 1. *de V. S.*

Ad repetendas res furtivas cum omnibus omnino fructibus, *L.* 8. §. 2. *ff.* *de Condict.* *furtiv.* & *arg.* *L.* 2. *C. de Fruct.* & *lit. expenſ.* omnique intereſſe, *L.* 3. *ff.* *de Condict.* *furt.*

CONDICTIO INDEBITI datur

Illis, qui indebitum per errorem ſolverunt. *L.* 5. & 6. *C. de Condict. indeb.* *L.* 31. & 47. *ff.* *Eod.*

Adverſus accipientes, vel delegantes, *L.* 57. §. 1. *ff.* *Eod.* modo contrahendo ſemet obligare potuerint. §. 1. *I. quib mod. re contr.*

Ad id, ut ſi *quantitas* ſoluta, tantundem reſtituatur, *L.* 7. & *L.* 19. §. 2. *ff.* *de Condict. indeb.* ſine uſuris, *L.* 1. *C. Eod.* Sin *ſpecies*, illa ipſa cum omnibus fructibus reſtituatur, *L.* 15. *pr.* *ff* *Eod.* deductis tamen impenſis. *L* 65. §. 5. *ff.* *Eod.*

CONDICTIO *ex* LEGE *In genere* datur

Illis,

Digitized by Google

Illis, quibus aliquid debetur ex obligatione, quam Lex nova introduxit, ſed de genere actionis, quo experiundum, nihil cavit, *L. un. ff. de Condict. ex Lege.*

Adverſus illos, qui hoc modo aliquid debent,

Ad id, quod ita debetur, præſtandum.

In ſpecie, cui detur; *adverſus* quem, & *ad quid*, regula definiri nequit, ſed ex ipſis Legibus, quibus actiones ſunt introductæ, eſt addiſcendum.

CONDICTIO *ex* LEGE *ad* DONATIONEM *exigendam* datur

Donatario, cui *nuda conventione* res donata,

Adverſus Donatorem,

Ad rem donatam præſtandam, *L.* 35. §. 2. *& ult. C. de Donat.* in quantum facere poteſt §. 38. *I. de Action.*

CONDICTIO *ex* LEGE *ad* DONATIONEM *Revocand.* vid. *Actio Revocatoria Donationis.*

CONDICTIO *ex* LEGE *ob* LÆSIO-

SIONEM *Enormem*. Vid. *Querelam enormis læſionis*.

CONDICTIO *ex* LEGE *ad* LEGITIMAM *Supplendam*. Vid. *Actio Suppletoria*.

CONDICTIO *ex* L. SI EST ME, ET TITIUM. XXXII. *ff. de Reb. Credit.* datur ex communi Dd. ſententia

Omnibus, quorum res propriæ, vel illis debitæ ad alios ſine juſta cauſa & citra illorum culpam pervenerunt, quique ad illam conſequendam aliam actionem non habent,
Adverſus illos, ad quos ita res pervenerunt,
Ad easdem ab illis conſequendas, *d. L.* 32. ibique *Dd.*

CONDICTIO *ex* LEGE *de* SPORTULIS, ſeu *Actio Condictitia* datur

Ei, qui damnum paſſus eſt ex gravamine ſportularum, quas ultra debitum modum ſolvit,
Adverſus Actorem, qui dolo malo ideo plus complexus fuit in Libello, ut Reus majores ſolverit ſportulas, §. 24. *I. de action.* Item

Digitized by Google

Item adverſus *Executores litium*, qui ſcienter majores ſportulas exigunt, §. 25. *I. Eod.*

Ad triplum, ſi adverſus calumnioſum Actorem; Ad *quadruplum* autem, ſi adverſus Executores litium inſtituatur. *d. text.*

CONDICTIO TRITICIARIA datur

Ei; cui res qualiscunque præter pecuniam erat danda; *L.* 1. *pr. ff. de Condict. Tritic.*

Adverſus eum, qui loco rei æſtimationem ex conventione aut delicto debet, *L.* 3. & 4. *Eod.*

Ad id, ut illa res ex arbitrio Judicis, pro ratione loci & temporis æſtimetur, & Reus in æſtimationem condemnetur. *dd. text.*

Actio CONDUCTI datur

Conductori, *L.* 15. *pr. ff. Locat.*

Adverſus Locatorem, *pr. I. de Locat.*

Ad id; ut ſi *operæ* locatæ, fideliter præſtentur. Si *res*, illa uti frui liceat, *L.* 9. *pr. ff. Eod.* eam, ubi opus, locator reficiat, *L.* 15. §. 1. *ff. Eod.* & præterea Conductorem tam ratione rei conductæ, *L.* 19. §. 1. *Eod.* quam

 expen-

Digitized by Google

expenſarum, *neceſſariarum* ſcil. & *utilium L.* 55. §. 1. *Eod.* indemnem præſtet.

Actio CONFESSORIA

Directa datur

Domino, cui vel cujus prædio ſervitus eſt conſtituta; *L.* 2. §. 1. & *L.* 6. §. 3. *ff. Si Servit. vind.*

Adverſus quemcunque poſſeſſorem, & turbatorem illius ſervitutis, *L.* 10. §. 1. *Eod.*

Ad id, ut ſervitus actori competere declaretur, ejus uſus liber concedatur, præſtita hoc nomine cautione, & refuſo intereſſe. *L.* 6. §. 5. *L.* 7. & *L.* 12. *ff. Eod.* §. 2. *I. de Action.*

Utilis datur

Quaſi Domino, v. gr. Emphyteutæ, *L.* 16. *ff. de Servit.* Superficiario, Creditori, cui fundus eſt oppignoratus, *d. L.* 16. &c. Imo *hodie* etiam aliis, qui jus aliquod, quod non eſt ſervitus, ſibi competere aſſerunt.

Adverſus illos, qui aliorum *jurium* uſum impediunt, illorum quaſi poſſeſſionem non tradunt, vel quodammodo turbant.

Ad id, ut jura illa declarentur, eorumque liber uſus permittatur, prout *antea dictum in directa actione.*

Actio

Digitized by Google

Actio de CONSTITUTA *Pecunia* datur

Illis, quibus per conſtitutum aliquid eſt promiſſum, *L. 2. pr. C. de Conſtit. pecun.*

Adverſus illos, qui pro ſe vel pro aliis ſe ſoluturos *pacto* promiſerunt, §. 9. *I. de Action.*

Ad id, quod conſtituto promiſſum eſt, conſequendum, aut intereſſe. *L.* 14. §. 1. & 3. *ff. de pecun. conſtit.*

Actio contra CONTUMACEM, ſeu *ſi quis jus dicenti non obtemperaverit*, datur

Cuivis de populo, ob intereſſe publicum, *arg. L.* 8. *pr. ff. de Juriſd.*

Adverſus contumaces, qui ſcil. quod extremum in juriſdictione eſt, non faciunt, *L. un.* §. 1. *ff. Si quis jus dic. non obtemp.* i. e. *executioni Judicis non parent*, *vel reſiſtunt*

Ad pœnam pecuniariam arbitrariam, non pro ratione intereſſe partis, ſed contumaciæ quantitatis æſtimandam. *d. L. un.* §. *fin.*

Digitized by Google

Actio CORRUPTI *Servi*, vid. *Lit. S.*

D.

Actio DAMNI INFECTI

Qua *ſcilic.* petitur cautio de damno infecto, ſi quod contigerit, reſarciendo, *t. t.* & *in ſpecie L.* 33. *ff. de damn. infect.* cum *proprie* non ſit actio, ſed imploratio officii judicis, *Bachov. ad Tr. Vol.* 3. *Diſp.* 18. *th.* 5. *lit. D.* ideo huc non pertinet.

Actio ex ſtipulatu DAMNI INFECTI datur

Ei, cui de damno infecto cautum,

Adverſus illum, qui cavit,

Ad id, ut damnum, de quo cautio interpoſita eſt, quodque poſtea contigit, reſarciatur, præſtando id, quod intereſt Actoris, damnum non fuiſſe datum. *L.* 28. & 40. *ff. de damn. infect.*

Actio in factum ob non præſtitam cautionem DAMNI INFECTI datur

Ei, qui ob petitam, ſed non præſtitam, cautionem de damno infecto, a Prætore in poſſeſſionem miſſus, ab Adverſario autem non admiſſus, *L.* 15. §. *fin. ff. Eod.*

Ad-

Digitized by Google

Adverſus eum, qui miſſum non admiſit, *L. 7. pr. ff. Eod.*
Ad id, quod cautione præſtita Reus præſtare debuiſſet. *dd. text.*

Actio DAMNI INJURIA DATI, vid. *Actio Legis Aquiliæ.*

Actio de DAMNO A FAMILIA *dato*, vid. *Familia.*

Actio de DAMNO IN NAVI, CAUPONA, VEL STABULO *dato*, datur

Hoſpitibus & Vectoribus, quibus in navi, caupona vel ſtabulo damnum, aut furtum ab illis factum, qui ibi habitandi, vel operarum præſtandarum gratia ſunt, §. *fin. I. de oblig. quæ ex quaſi delict. & L. 5. §. fin. ff. de O. & A.*
Adverſus Exercitores navium, cauponarum vel ſtabulorum, *d. §. fin.*
Ad duplum damni dati. *L. fin. §. 1. ff. Naut. Caup. & Stabul.*

Actio de DAMNO IN TURBA *dato*, datur

Illis, quibus damnum in turba datum, *L. 5. §. 12 ff. Vi bonor. rapt.*
Adverſus illos, qui dolo malo damnum in

Actio CORRUPTI *Servi*, vid. *Lit. S.*

D.

A*ctio* DAMNI INFECTI

Qua *ſcilic.* petitur cautio de damno infecto, ſi quod contigerit, reſarciendo, *t. t. & in ſpecie L.* 33. *ff. de damn. infect.* cum proprie non ſit actio, ſed Imploratio officii judicis, *Bachov. ad Tr. Vol.* 3. *Diſp.* 18. *th.* 5. *lit.* D. ideo huc non pertinet.

Actio ex ſtipulatu DAMNI INFECTI datur

Ei, cui de damno infecto cautum,

Adverſus illum, qui cavit,

Ad id, ut damnum, de quo cautio interpoſita eſt, quodque poſtea contigit, reſarciatur, præſtando id, quod intereſt Actoris, damnum non fuiſſe datum. *L.* 28. *&* 40. *ff. de damn. infect.*

Actio in factum ob non præſtitam cautionem DAMNI INFECTI datur

Ei, qui ob petitam, ſed non præſtitam, cautionem de damno infecto, a Prætore in poſſeſſionem miſſus, ab Adverſario autem non admiſſus, *L.* 15. §. *fin. ff. Eod.*

Act-

Adverſus eum, qui miſſum non admiſit, *L. 7. pr. ff. Eod.*

Ad id, quod cautione præſtita Reus præſtare debuiſſet. *dd. text.*

Actio DAMNI INJURIA DATI, vid. *Actio Legis Aquiliæ.*

Actio de DAMNO A FAMILIA *dato*, vid. *Familia.*

Actio de DAMNO IN NAVI, CAUPONA, VEL STABULO *dato*, datur

Hoſpitibus & Vectoribus, quibus in navi, caupona vel ſtabulo damnum, aut furtum ab illis factum, qui ibi habitandi, vel operarum præſtandarum gratia ſunt, §. *fin. I. de oblig. quæ ex quaſi delict.* & *L. 5. §. fin. ff. de O. & A.*

Adverſus Exercitores navium, cauponarum vel ſtabulorum, *d. §. fin.*

Ad duplum damni dati. *L. fin. §. 1 ff. Naut. Caup. & Stabul.*

Actio de DAMNO IN TURBA *dato*, datur

Illis, quibus damnum in turba datum, *L. 5. §. 12 ff. Vi bonor. rapt.*

Adverſus illos, qui dolo malo damnum in

in turba quovis modo dederunt, aut, ut damnum daretur, dolo malo fecerunt, *d. L.* 4. *pr.* §. 4. 5. & 6.

Ad duplum damni dati intra annum, poſt annum in ſimplum. *d. L.* 4. *pr.* & §. 8.

Actio de DAMNO IN INCENDIO, RUINA, NAUFRAGIO, &c. *dato*, vid. *Actio de Raptis & corruptis in incendio, &c.*

Actio de DEJECTO, *vel* EFFUSO datur

Ei, cujus rei damnum illatum; Aut ſi libero homini nocitum, vel ille perierit, *cuivis* de populo, *L.* 5. §. 5. *ff. de his, qui effud.*

Adverſus Inhabitatorem ædium, vel cœnaculi, unde aliquid in eum locum dejectum vel effuſum, quo vulgo iter fit, *L.* 1. §. 4. & *L.* 5. *pr Eod.*

Ad duplum, ſi in re *æſtimabili* damnum datum, §. 1. *I. de Oblig. quæ ex quaſ. del.* Sin *libero homini* nocitum, ad id, quod Judici æquum videtur, æſtimatis operis & Impenſis, *d.* §. 1. aut, ſi ille perierit, ad pœnam L. aureorum. *dd. text.*

Actio DEPOSITI

Di-

Digitized by Google

Directa datur
Deponenti, § 3. *I. Quib. mod. re contr.*
Adverſus Depoſitarium, *d.* § 3.
Ad rem depoſitam ſalvam & incorruptam reſtituendam, *d.* §. 3. Aut ſi ex *cauſa miſerabili* res depoſita, ad duplum, *L.* 1. §. 4. *ff. Depoſ.*

Contraria datur
Depoſitario, L. 5. *pr. ff. Eod.*
Adverſus deponentem,
Ad indemnitatem depoſiti nomine conſequendam. *d. L.* 5. *pr.*

Actio Communi DIVIDUNDO, vid. C.
Actio DOLI datur
Dolo deceptis, *L.* 1. *pr. ff. de Dol mal.*
Adverſus decipientes, *d. L.* 1. *pr* & §. 1.
Ad id, ut res dolo amiſſa reſtituatur cum omni cauſa, *L.* 18. *pr. Eod.* & *L.* 35. *de V. S.* aut niſi ad arbitrium Judicis reſtituatur, Reus condemnetur in intereſſe *d. L.* 18. *pr.*

Condictio ex Lege ad DONATIONEM *exigendam*, vid. *lit. C.*
Actio DONATION. *Revocat.* vid. R.
Querela Inoffic. DONAT. vid. Q.
Actio DOTIS
Petendæ ſeu *exigendæ* datur

Mari-

Digitized by Google

Marito, L. 5 *C. de Dot promiſſ.*
Adverſus Socerum, aut alium, qui dotem promiſit, *d. L.* 5.
Ad dotem promiſſam conſequendam. *L. fin. C. Eod.*

Repetendæ, (quæ *olim* duplex: hodie ſublata *rei uxoriæ Actione* una) competit
Uxori, L. 11. *C. Solut. matrim.* Ejusve Patri, *L.* 2 *& ſeq. ff. Eod.* Item Extraneo, ſi dotem ſibi reddi ſtipulatus, *L. un.* §. 11. *&* 13. *C. de R. U. A.* Et quidem ſoluto matrimonio, *L.* 2. *pr. ff. Solut. matr.*
Adverſus Maritum, *L.* 22. §. 12. *Eod.* Vel Patrem mariti, qui dotem accepit, *d. L.* 22. §. 12. *& L.* 27. *Eod.*
Ad dotem cum fructibus, *habita proportione illius anni, quo matrimonium ſolutum*, reſtituendam, *L.* 7. *pr. ff. Eod.* & damnum, *culpa* datum, reſarciendum. *L. pen. pr. Eod.*

Querela Inofficioſæ DOTIS vid. Q.

E.

ACtio de EDENDO datur
Illis, quorum principaliter, aut per conſequentiam intereſt aliquid edi, *L.* 6. §. 5. *ff. de Edend.*

Ad-

Digitized by Google

Adverſus Actorem, vel Reum,

Ad id, ut illud edatur, *vel* id, quod intereſt, præſtetur, *d. L.* 6. §. 4. *L.* 8. §. 1. *&* *L.* 10. §. 2. *ff. Eod.* Quo *ultimo caſu* pœnalis eſt. *L. fin. ff. Eod.*

Actio de EFFUSO, vid. *Actio de Dejecto.*

Actio EMPHYTEUTICARIA eſt *utrinque directa*, & ſic datur

I. *Illi*, cui Emphyteuſis eſt promiſſa,

Adverſus promiſſorem,

Ad rem in Emphyteuſin promiſſam, tradendam, utile dominium transferendum, & , ſi quid præterea interſit, præſtandum. § 2. *I. de Locat. L.* 2. *C. de Jure Emphyt.* *&* *arg. L.* 19. §. 1. *ff. Locat.*

II. *Domino* rei Emphyteuticariæ,

Adverſus Emphyteutam,

Ad id, ut rem Emphyteuticariam curando & colendo meliorem reddat, incolumem conſervet, ac penſionem ſingulis annis præſtet. *d.* §. 2. *&* *L.* 2. *C. de Jur. Emphyt.*

EM-

EMPHYTEUTICARIA *Rei Vindicatio*, vid. *Actio Vectigalis.*

Actio EMTI datur
Emtori, *L.* 11. *pr. ff de Act. Emt.*
Adverſus Venditorem, *L.* 47. *ff. Eod.*
Ad rem venditam ſoluto pretio cum omni emolumento & acceſſionibus tradendam, *§.* 2. *I. de Donat. L.* 13. *§.* 10. *& L.* 18. *ff. de Act. Emt.* & omne id, quod præterea ex contractu Emti Venditi debetur, præſtandum, v. gr. *Evictionem*, &c. *L.* 11. *§.* 1. *ff. Eod.*

Actio de EO, QUOD CERTO LOCO, vid. *lit. L.*

Actio de Stipulatu ſimplæ vel duplæ pro EVICTIONE datur
Ei, cui in caſum rei evictæ ſimplum vel duplum ſtipulatione promiſſum, *L.* 25.
Adverſus promittentem,
Ad id, quod in ſtipulationem deductum, præſtandum, *ſimplum* ſc. vel *duplum* pretii, quo res vendita. *L.* 53. *pr. L.* 56. *pr. & L.* 60. *ff. Eod.*

Actio EXERCITORIA datur

Illis,

Digitized by Google

Illis, qui cum Magiſtro vel Promagiſtro navis ſecundum legem præpoſitionis contraxerunt, *L.* 1. §. 7. & 12. *ff de Exercit. act.*

Adverſus Exercitores navis, *ad L.* 1. §. 24.

Ad præſtandum id, quod vi conventionis, cum Magiſtro initæ, debetur, in ſolidum. *L.* 1. *in fin. ff. Eod.* & §. 2. *I. Quod cum eo, qui in al. poteſt.*

Actio ad EXHIBENDUM datur.

Illis, quorum ex juſta cauſa, *peculiariter & proprio jure* intereſt, rem exhiberi, *L.* 3. §. 9. & 10. *L* 13. *ff. Ad exhibend.*

Adverſus quoſcunque poſſeſſores, *d. L.* 3. §. *fin* qui rem exhibere poſſunt, *L.* 5. *pr.* & §. *fin. ff. Eod.*

Ad id, ut res exhibeatur *in eadem cauſa*, qua fuit tempore judicii accepti. *L.* 9. §. 5 & *ſeqq. Eod.*

Actio EXPILATÆ HÆREDITATIS, vid. *lit. H.*

Actio EXPLETORIA, vid. *Suppletoria.*

F.

A*Ctio de* FALSO MODO, vid. *lit. M.*

Actio

Actio FAMILIÆ ERCISCUNDÆ datur

Ei, qui fatente Adverſario eſt hæres, aut ad minimum cum adverſario poſſidet hæreditatem, *L.* 1. §. 1 *ff. Famil. ercif.*

Adverſus cohæredem, *L.* 36. *ff. Eod.*

Ad id, ut res hæreditariæ dividantur, *L.* 1 *pr* & *L.* 2. *pr. ff. Eod.* ſumtusque ex hac cauſi facti, & damna pro competente parte refundantur. *L.* 19. *in fin.* & *L.* 25. §. 16. *ff Eod.*

Actio Edicti, *Si* FAMILIA FURTUM *aut* Damnum Injuria *feciſſe dicatur*, datur

Ei, cui furtum, *vel damnum injuria* a familia factum, *L.* 1. *pr.* & §. 2. *ff. Si famil. furt fec. dicat.*

Adverſus Dominum familiæ, ſive adhuc poſſideat, ſive dolo poſſidere deſierit, *L.* 3. §. *fin ff. Eod.*

Ad id, ut *vel* pœnam præſtet, in *furto ſc.* duplum, *L.* 2. *ff. Eod.* In *damno Injuria dato* æſtimationem: *Vel* familiam noxæ dedat. *d. L.* 1. *pr.*

Actio FAVIANA datur

Patrono, ſi quid in fraudem legitimæ, ſibi debitæ

bitæ, a Liberto, *teſtato* mortuo, alienatum, *L.* 3. §. 2. *ff. Si quid in fraud. Patron.*

Adverſus illius, quod ita alienatum, poſſeſſorem, *L* 1. §. 27. *in fin. ff. Eod.*

Ad revocandum alienatum, quantum a legitima Patroni eſt diminuta. *L.* 1. *C. Eod.*

Actio Quaſi FAVIANA datur

Impuberi arrogato, in cujus fraudem Arrogator aliquid alienavit, *ne* ſcil. *poſt emancipationem, vel exhæredationem quarta ad ipſum perveniret, L. fin. ff. Eod.*

Adverſus rerum alienatarum poſſeſſores. *arg. d. L.* 1. §. 27.

Ad revocandum res alienatas, usque ad quartam, *d. L. fin.*

FIDEICOMMISSARIA *Hæreditatis petitio*, vid. *lit. H.*

Actio de FILIATIONE datur

Parentibus,

Adverſus Liberos, qui tales ſe eſſe negant:

Et viciſſim

Liberis,

Ad-

Adverſus Parentes, qui tales ſe eſſe negant.
Ad declarandum jus Paternitatis, aut filiationis. *L.* 5. *pr. & t. t. ff. de agnoſc. & al. liber.* ibique *Dn. Lauterbach. in Compend. Jur.*

Actio FINIUM REGUNDORUM datur

Illis, qui confines agros habent, *L.* 4. § 10. *ff. Fin. regund.* quorum termini confuſi, *L.* 8. *pr. Eod.* aut etiam malitioſe turbati, §. *pen. I. de offic. judic.*
Adverſus ſe invicem, *de L.* 2. §. 10.
Ad id, ut termini confuſi rite diſcernantur & declarentur, *L.* 4. *pr. & L.* 8. *pr. Eod.* nec non id, quod eo nomine intereſt, præſtetur. *d. L.* 4. §. 1.

Actio FUNERARIA datur

Illis, qui in alienum funus ſumptus fecerunt, nec aliam actionem habent, *L.* 5. §. 12. *ff. de Religioſ. & Sumpt. fun.*
Adverſus illos, ad quos hoc munus pertinuit, *L.* 12. § 2. *ff. Eod.*
Ad ſumptus, ſine quibus funus honeſte duci non potuit, conſequendos, *d. L.* 14. §. 3. & 4.

Actio

Digitized by Google

Actio FURTI datur

Omnibus, quorum ex juſta cauſa immediate intereſt, §. 3 *I. de Oblig. quæ ex delict.* L. 10. 11. & 12. §. 1. *ff. de Furt.*
Adverſus Fures, *tot. tit. de Furt.*
Ad pœnam *quadrupli*, ſi furtum manifeſtum, *dupli*, ſi non manifeſtum. §. 5. *I. d. t.*

Actio FURTI A FAMILIA *facti*, vid. ſupra *Familia*.

Actio FURTI IN NAVI, CAUPONA VEL STABULO *facti*, datur

Illis, quorum intereſt, res in navi, caupona vel ſtabulo illatas, non fuiſſe ſurreptas, L. 1. §. 3. & 4. ff. *Furt. adverſ naut. caup*
Adverſus Exercitores navium, cauponarum & ſtabulorum, ſive ipſi res illas ſurripuerint; (in quo differt *hæc actio* ab *Actione de Damno in navi*, *caupona vel ſtabulo dato*. *Lauterbach. in Compend. Jur. d. tit.*) Sive operarii illorum, *d.* L. 1. *pr.*
Ad duplum rerum ablatarum. *d.* L. 1. §. 2

Actio Arborum FURTIM *cæſarum*, vid. *Arbor*.

Digitized by Google

Condictio FURTIVA, vid. *lit. C.*

H.

HÆREDITATIS PETITIO datur

Hæredibus quibuscunque, *L.* 1. 2. *&* 3. *ff. de hæred. petit.*

Adverſus illos, qui jus vel rem hæreditariam pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſident, *L.* 9. *ff. Eod.*

Ad id, ut hæredes declarentur, *L.* 10. §. 1. *Eod.* & conſequenter res hæreditariæ illis reſtituantur, *d. L.* 10. præſtationes quoque Perſonales præſtentur. *L.* 25. §. 18. *Eod.*

Petitio PARTIS HÆREDITATIS datur

Ei, qui pro parte hæres eſt, adeoque partem hæreditatis petit, *L.* 1. §. 1. *ff. Si pars hæred. pet.*

Adverſus illum, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore illam partem poſſidet, *arg. L.* 76. *ff. de R.* V.

Ad id, ut ex parte hæres declaretur, & conſequenter pars hæreditatis pro indiviſo reſtituatur, *L.* 1. §. 1 *&* *L.* 7. *ff. Si pars hæred. pet.*

Bo-

Digitized by Google

Bonorum Poſſeſſoria HÆREDITATIS PETITIO datur

Ei, cui a Prætore bonorum poſſeſſio data, *L.* 1. *ff. de Poſſeſſ. hæred. pet.*

Adverſus eum, qui res hæreditarias pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, *d. L.* 1.

Ad id, ut bonorum poſſeſſor declaretur, & conſequenter res hæreditariæ reſtituantur. *L.* 2. *ff. Eod.*

Fideicommiſſaria HÆREDITATIS PETITIO datur

Fideicommiſſario univerſali, cui hæreditas, vel ejus pars a fiduciario *verbo* reſtituta, *L.* 1. *ff. de Fideicomm. hæred. petit.*

Adverſus tertium, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet hæreditatem, *L.* 3. §. 1. *ff. Eod.*

Ad id, ut quis hæres fideicommiſſarius declaretur, & hæreditatem ad ſe pertinentem conſequatur, *L.* 2. *Eod.*

Actio Expilatæ HÆREDITATIS datur

Hæredibus & Succeſſoribus defuncti. *L.* 3. *C. de Crimin. expil. hæred.*

Adverſus illos, qui ante aditionem hæredi-

Digitized by Google

reditatis res hæreditarias interverterunt, aut ſurripuerunt, *d.* L. 3.

Ad pœnam aliquam extraordinariam. *L.* 1. *ff. Eod.*

Actio de eo, quod ex HÆREDITATE *jacente ab illo, qui Teſtamento liber eſſe juſſus, ſurreptum aut corruptum*, datur

Hæredibus defuncti, L. 1. *pr.* & §. 9. *ff. Si is, qui teſtam. lib. eſſe juſſ.*

Adverſus Servum, qui teſtamento liber eſſe juſſus, furtum aut damnum fecit jacenti hæreditati, *d.* L. 1. *pr.*

Ad duplum ejus, quod intereſt, *d.* L. 1. *pr.* §. 1. & 16. *ff. Eod.*

Actio HYPOTHECARIA

In genere datur

Creditoribus, L. 16 §. 5. *ff. de Pignor.*

Adverſus quoscunque rerum oppignoratarum poſſeſſores, *d.* L. 16. §. 3.

Ad id, ut poſſeſſio rei oppignoratæ avocetur, L. 60. *pr. ff. de Evict.* ac poſtmodum illa a Creditore poſſit diſtrahi *t. t. de Diſtract. pign.*

In

Digitized by Google

In ſpecie alia eſt *Serviana*, alia *Quaſi Serviana*, de quibus agetur *ſub lit. S.*

I.

A*Ctio de Raptis aut corruptis in* INCENDIO, *Ruina, naufragio, &c.* vid. *lit. R.*

Condictio INDEBITI, vid. *lit. C.*

Actio de INGENUITATE, vid. *Actio de jure Patronatus.*

Actio INGRATI datur

Patrono, qui ſervum manumiſit, *L. pen. C. de libert. & eor. lib.*

Adverſus libertum ingratum, *L. 2. C. Eod.*

Ad id, ut in priorem ſervitutem reducatur, *L. ult. Eod.*

Actio Revocatoria Donationis ob INGRATITUDINEM, vid. *lit. R.*

Actio INJURIARUM ÆSTIMATORIA datur

Omnibus, qui injuriam paſſi, *§. 10. I. de injur.* ſive per ſe, ſive per alios, *L. 1. §. 3. ff. Eod.*

Digitized by Google

EMPHYTEUTICARIA *Rei Vindicatio*, vid. *Actio Vectigalis.*

Actio EMTI datur

Emtori, *L.* 11. *pr. ff de Act. Emt.*
Adverſus Venditorem, *L.* 47. *ff. Eod.*
Ad rem venditam ſoluto pretio cum omni emolumento & acceſſionibus tradendam, §. 2. *I. de Donat. L.* 13. §. 10. *& L.* 18. *ff. de Act. Emt.* & omne id, quod præterea ex contractu Emti Venditi debetur, præſtandum, v. gr. *Evictionem*, &c. *L.* 11. §. 1. *ff. Eod.*

Actio de EO, QUOD CERTO LOCO, vid. *lit. L.*

Actio de Stipulatu ſimplæ vel duplæ pro EVICTIONE datur

Ei, cui in caſum rei evictæ ſimplum vel duplum ſtipulatione promiſſum, *L.* 25.
Adverſus promittentem,
Ad id, quod in ſtipulationem deductum, præſtandum, *ſimplum* ſc. vel *duplum* pretii, quo res vendita. *L.* 53. *pr. L.* 56. *pr. & L.* 60. *ff. Eod.*

Actio EXERCITORIA datur

Illis,

Digitized by Google

Illis, qui cum Magiſtro vel Promagiſtro navis ſecundum legem præpoſitionis contraxerunt, *L.* 1. §. 7. *&* 12. *ff de Exercit. act.*

Adverſus Exercitores navis, *ad L.* 1. §. 24.

Ad præſtandum id, quod vi conventionis, cum Magiſtro initæ, debetur, in ſolidum. *L.* 1. *in fin. ff. Eod. &* §. 2. *I. Quod cum eo, qui in al. poteſt.*

Actio ad EXHIBENDUM datur.

Illis, quorum ex juſta cauſa, *peculiariter & proprio jure* intereſt, rem exhiberi, *L.* 3. §. 9. *&* 10. *L.* 13. *ff. Ad exhibend.*

Adverſus quoſcunque poſſeſſores, *d. L.* 3. §. *fin.* qui rem exhibere poſſunt, *L.* 5. *pr. &* §. *fin. ff. Eod.*

Ad id, ut res exhibeatur *in eadem cauſa*, qua fuit tempore judicii accepti. *L.* 9. §. 5. *& ſeqq. Eod.*

Actio EXPILATÆ HÆREDITATIS, vid. *lit. H.*

Actio EXPLETORIA, vid. *Suppletoria.*

F.

A*ctio de* FALSO MODO, vid. *lit. M.*

Actio

Actio FAMILIÆ ERCISCUNDÆ datur

Ei, qui fatente Adverſario eſt hæres, aut ad minimum cum adverſario poſſidet hæreditatem, *L.* 1. §. 1 *ff. Famil. ercif.*

Adverſus cohæredem, *L.* 36. *ff. Eod.*

Ad id, ut res hæreditariæ dividantur, *L.* 1 *pr.* & *L.* 2. *pr. ff. Eod.* ſumtusque ex hac cauſa facti, & damna pro competente parte refundantur. *L.* 19. *in fin.* & *L.* 25. §. 16. *ff. Eod.*

Actio Edicti, Si FAMILIA FURTUM *aut* Damnum Injuria *feciſſe dicatur*, datur

Ei, cui furtum, *vel damnum injuria* a familia factum, *L.* 1. *pr.* & §. 2. *ff. Si famil. furt. fec. dicat.*

Adverſus Dominum familiæ, ſive adhuc poſſideat, ſive dolo poſſidere deſierit, *L.* 3. §. *fin. ff. Eod.*

Ad id, ut vel pœnam præſtet, in *furto ſc.* duplum, *L.* 2. *ff. Eod.* In *damno Injuria dato* æſtimationem: *Vel* familiam noxæ dedat. *d. L.* 1. *pr.*

Actio FAVIANA datur

Patrono, ſi quid in fraudem legitimæ, ſibi debitæ

Digitized by Google

bitæ, a Liberto, *teſtato* mortuo, alienatum, *L. 3. §. 2 ff. Si quid in fraud. Patron.*

Adverſus illius, quod ita alienatum, poſſeſſorem, *L. 1. §. 27. in fin. ff. Eod.*

Ad revocandum alienatum, quantum a legitima Patroni eſt diminuta. *L. 1. C. Eod.*

Actio Quaſi FAVIANA datur

Impuberi arrogato, in cujus fraudem Arrogator aliquid alienavit, *ne* ſcil. *poſt emancipationem, vel exhæredationem quarta ad ipſum perveniret, L. fin. ff. Eod.*

Adverſus rerum alienatarum poſſeſſores, *arg. d. L. 1. §. 27.*

Ad revocandum res alienatas, usque ad quartam, *d. L. fin.*

FIDEICOMMISSARIA *Hæreditatis petitio*, vid. *lit. H.*

Actio de FILIATIONE datur

Parentibus,

Adverſus Liberos, qui tales ſe eſſe negant.

Et viciſſim

Liberis,

Ad-

Adverſus Parentes, qui tales ſe eſſe negant.

Ad declarandum jus Paternitatis, aut filiationis. *L.* 5. *pr.* & *t. t. ff. de agnoſc.* & *al. liber.* ibique *Dn. Lauterbach. in Compend. Jur.*

Actio FINIUM REGUNDORUM datur

Illis, qui confines agros habent, *L.* 4. § 10. *ff. Fin. regund.* quorum termini confuſi, *L.* 8. *pr. Eod.* aut etiam malitioſe turbati, §. *pen. I. de offic. judic.*

Adverſus ſe invicem, *de L.* 2. §. 10.

Ad id, ut termini confuſi rite diſcernantur & declarentur, *L.* 4. *pr.* & *L.* 8. *pr. Eod.* nec non id, quod eo nomine intereſt, præſtetur. *d. L.* 4. §. 1.

Actio FUNERARIA datur

Illis, qui in alienum funus ſumptus fecerunt, nec aliam actionem habent, *L.* 5. §. 12. *ff. de Religioſ. & Sumpt. fun.*

Adverſus illos, ad quos hoc munus pertinuit, *L.* 12. § 2. *ff. Eod.*

Ad ſumptus, ſine quibus funus honeſte duci non potuit, conſequendos, *d. L.* 14. §. 3. & 4.

Actio

Digitized by Google

Actio FURTI datur

Omnibus, quorum ex juſta cauſa immediate intereſt, §. 3 *I. de Oblig. quæ ex delict.* L. 10. 11. & 12. §. 1. *ff. de Furt.*

Adverſus Fures, *tot. tit. de Furt.*

Ad pœnam *quadrupli*, ſi furtum manifeſtum, *dupli*, ſi non manifeſtum. §. 5. *I. d. t.*

Actio FURTI A FAMILIA *facti*, vid. ſupra *Familia.*

Actio FURTI IN NAVI, CAUPONA VEL STABULO *facti*, datur

Illis, quorum intereſt, res in navi, caupona vel ſtabulo illatas, non fuiſſe ſurreptas, L. 1. §. 3. & 4. ff. *Furt. adverſ naut. caup*

Adverſus Exercitores navium, cauponarum & ſtabulorum, ſive ipſi res illas ſurripuerint; (in quo differt *hæc actio* ab *Actione de Damno in navi*, *caupona vel ſtabulo dato. Lauterbach. in Compend. Jur. d. tit.*) Sive operarii illorum, *d. L. 1 pr.*

Ad duplum rerum ablatarum. *d.* L. 1. §. 2

Actio Arborum FURTIM *cæſarum*, vid. *Arbor.*

Digitized by Google

Condictio FURTIVA, vid. *lit. C.*

H.

HÆREDITATIS PETITIO datur

Hæredibus quibuscunque, *L.* 1. 2. *&* 3. *ff. de hæred. petit.*

Adverſus illos, qui jus vel rem hæreditariam pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſident, *L.* 9. *ff. Eod.*

Ad id, ut hæredes declarentur, *L.* 10. §. 1. *Eod.* & conſequenter res hæreditariæ illis reſtituantur, *d. L.* 10. præſtationes quoque Perſonales præſtentur. *L.* 25. §. 18. *Eod.*

Petitio PARTIS HÆREDITATIS datur

Ei, qui pro parte hæres eſt, adeoque partem hæreditatis petit, *L.* 1. §. 1. *ff. Si pars hæred. pet.*

Adverſus illum, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore illam partem poſſidet, *arg. L.* 76. *ff. de R. V.*

Ad id, ut ex parte hæres declaretur, & conſequenter pars hæreditatis pro indiviſo reſtituatur, *L.* 1. §. 1 *&* *L.* 7. *ff. Si pars hæred. pet.*

Bo-

Digitized by Google

Bonorum Poſſeſſoria HÆREDITATIS PETITIO datur

Ei, cui a Prætore bonorum poſſeſſio data, *L.* 1. *ff. de Poſſeſſ. hæred. pet.*
Adverſus eum, qui res hæreditarias pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, *d. L.* 1.
Ad id, ut bonorum poſſeſſor declaretur, & conſequenter res hæreditariæ reſtituantur. *L.* 2. *ff. Eod.*

Fideicommiſſaria HÆREDITATIS PETITIO datur

Fideicommiſſario univerſali, cui hæreditas, vel ejus pars a fiduciario *verbo* reſtituta, *L.* 1. *ff. de Fideicomm. hæred. petit.*
Adverſus tertium, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet hæreditatem, *L.* 3. §. 1. *ff. Eod.*
Ad id, ut quis hæres fideicommiſſarius declaretur, & hæreditatem ad ſe pertinentem conſequatur, *L.* 2. *Eod.*

Actio Expilatæ HÆREDITATIS datur

Hæredibus & Succeſſoribus defuncti. *L.* 3. *C. de Crimin. expil. hæred.*
Adverſus illos, qui ante aditionem hæredi-

reditatis res hæreditarias interverterunt, aut ſurripuerunt, *d.* L. 3.

Ad pœnam aliquam extraordinariam, *L.* 1. *ff. Eod.*

Actio de eo, quod ex HÆREDITATE *jacente ab illo, qui Teſtamento liber eſſe juſſus, ſurreptum aut corruptum*, datur

Hæredibus defuncti, L. 1. *pr.* & §. 9. *ff. Si is, qui teſtam. lib. eſſe juſſ.*

Adverſus Servum, qui teſtamento liber eſſe juſſus, furtum aut damnum fecit jacenti hæreditati, *d.* L. 1. *pr.*

Ad duplum ejus, quod intereſt, *d.* L. 1. *pr.* §. 1. & 16. *ff. Eod.*

Actio HYPOTHECARIA

In genere datur

Creditoribus, L. 16 §. 5. *ff. de Pignor.*

Adverſus quoscunque rerum oppignoratarum poſſeſſores, *d.* L. 16. §. 3.

Ad id, ut poſſeſſio rei oppignoratæ avocetur, L. 60. *pr. ff. de Evict.* ac poſtmodum illa a Creditore poſſit diſtrahi *t. t. de Diſtract. pign.*

In

Digitized by Google

In ſpecie alia eſt *Serviana*, alia *Quaſi Serviana*, de quibus agetur *ſub lit. S.*

I.

Actio de Raptis aut corruptis in INCENDIO, *Ruina*, *naufragio*, *&c.* vid. *lit. R.*

Condictio INDEBITI, vid. *lit. C.*

Actio de INGENUITATE, vid. *Actio de jure Patronatus.*

Actio INGRATI datur

Patrono, qui ſervum manumiſit, *L. pen. C. de libert. & eor. lib.*

Adverſus libertum ingratum, *L. 2. C. Eod.*

Ad id, ut in priorem ſervitutem reducatur, *L. ult. Eod.*

Actio Revocatoria Donationis ob INGRATITUDINEM, vid. *lit R.*

Actio INJURIARUM ÆSTIMATORIA datur

Omnibus, qui injuriam paſſi, §. 10. *I. de injur.* ſive per ſe, ſive per alios, *L. 1. §. 3. ff. Eod.*

Digitized by Google

Adverſus illos, qui injuriam intulerunt, aut inferri curarunt, §. *pen. I. Eod.*
Ad injuriæ illatæ æſtimationem conſequendam, §. 7. *I. Eod.* aut pœnam extraordinariam irrogandam. *d.* §. 10.

Actio INJURIARUM *Ex* L. CORNELIA datur

Ei, qui pulſatus, verberatus, aut cujus domus vi introita, §. 8. *I. Eod. & L.* 5. *pr. ff. Eod.*
Adverſus pulſantem, verberantem, aut domum alicujus vi introeuntem, *dd. text.*
Ad injuriæ illatæ æſtimationem conſequendam, *L.* 37. *§.* 1. *ff. de Injur.* aut pœnam criminalem dictandam. *d. L.* 37. §. 1.

Actio INSTITORIA datur

Illis, qui ſecundum legem præpoſitionis cum Inſtitore contraxerunt, *L.* 5. §. 11. *& L.* 11. §. 5. *ff de Inſtitor. Act.*
Adverſus Præponentes, ſeu principales, §. 2. *I. Quod cum eo, qui in al. poteſt.*
Ad id, quod ex contractu geſto debetur, in ſolidum *d.* §. 2.

Actio JUDICATI datur

Actori

Digitized by Google

Actori, qui ſententiam pro ſe obtinuit.
Adverſus eum, qui ſuo nomine in judicio eſt condemnatus, L. 4 §. 3 ff. *d. Re jud.*
Ad id, ut illud, in quod condemnatus eſt, ſolvat. *d.* L.

Actio male JUDICATI, *ſi Judex litem ſuam fecerit:* ſeu *Actio de Syndicatu* datur

Illi, qui per *imperitiam*, vel *imprudentem* judicis ſententiam eſt læſus, *pr. I. de Oblig. ex quaſi delict.*
Adverſus judicem, qui talem ſententiam tulit, *d. pr.*
Ad id, quod judici æquum fuerit viſum. *L. fin.* ff. *de Extraord. cognit.*

Actio de Eo, per quem factum eſt, quo minus quis ſe in JUDICIO SISTAT, datur

Illi, qui a tertio eſt impeditus, quo minus ſe in judicio ſiſteret, ſive Actor fuerit, ſive Reus, L. 1. §. 3. *pr.* ff. *De Eo, per quem fact. quo min.*
Adverſus dolo malo impedientes, L. 1. §. 1. & 2. ff. *Eod.*

Ad id, quod intereſt. L. 3. *pr. Eod.*

Actio ex JUREJURANDO datur

Ei, qui ad delationem vel relationem alterius *extra judicium* juravit, ſibi aliquid deberi, vel rem eſſe ſuam, L. 11. *pr. &* §. 1. *ff. de jurejur.* §. 11. *I. de action.*

Adverſus deferentem aut referentem, *L.* 6. §. *fin. ff. de jurejur.*

Ad id, ut conditioni delationis vel relationis ſatisfiat, & præſtetur id, ſuper quo juratum. *d.* §. 11.

Actio, ſi quis JUS DICENTI *non obtemperaverit*, vid. *Actio contra Contumacem.*

Actio de in JUS VOCANDO datur

Ei, qui contra Edictum ſine venia in jus vocatus eſt, L. *fin. ff. de in jus voc.*

Adverſus vocantem, *L.* 24. *Eod.*

Ad pœnam 50. aureorum, aut ſi non habeat in ære, corporalem. *dd. text.*

Actio de in JUS VOCATO, NON EXIMENDO, datur

Illis, qui alios *legitime* in jus vocarunt, L. 1.

Digitized by Google

L. 1. §. *fin.* & *L.* 2. *ff.* *Ne quis eum, qui in jus voc.*

Adverſus illos, qui vocatos vi injuſta exemerunt, *L.* 5. §. 3. *Eod.*

Ad id, quanti ea res, de qua controverſia eſt, ab Actore æſtimatur. *d. L.* 5. §. 1.

Actio Edicti, quod quisque JURIS *in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur*, datur

Illi, contra quem jus novum dictum eſt, Imo *cuicunque*, qui quandoque in ſimili cauſa eum, qui jus novum ſtatuit, aut impetravit, convenit, *L.* 3. §. 2. *ff. Quod quisque jur.*

Adverſus Magiſtratum, qui *perfecte* jus novum ſtatuit, *L.* 1. §. 2. *Eod.* Aut eum, qui impetravit, *L.* 3 *pr. Eod.*

Ad id, ut Magiſtratus ſtatuens, aut pars impetrans eodem jure in cauſis ſuis utantur. *d. L.* 1. & 3. §. 6. *Eod.*

Actio QUOD JUSSU datur

Illis, qui cum Servo vel filiofam. juſſu Domini aut Patris contraxerunt, *L.* 1. *pr. ff. Quod juſſ.*

Adverſus Dominum, aut Patrem, *d. L.* 1. *pr.*

Digitized by Google

Ad id, quod ex contractu inito debetur in ſolidum. §. 1. *I. Quod cum eo, qui in al. pot.* & *d.* L. 1. *pr.*

L.

QUerela LÆSIONIS *enormis*, vid. Q.

Actio LEGATORUM, ſeu *Edicti*, *Si quis omiſſa cauſa Teſtamentaria ab inteſtato ſuccedere velit*, vid. *Succedere*.

Actio Edicti, ut LEGATORUM *nomine caveatur:*

Hæc quidem tanquam actio ab *Oldendorp. in Claſſ.* 5. *act.* 13. proponitur, ſed cum verius *ſit imploratio Officii judicis*, ad id tendens, ut caveat hæres de eo, quod in Teſtamento ſub conditione, vel in diem relictum, eveniente die, vel conditione præſtando, *t. t. Ut Legat. nomin. caveat*, ideo hic omiſſa. *Vid. Hahn. ad Weſenb. d. tit.*

Actio ex LEGE, vid. *Condictio ex Lege.*

Actio LEGIS AQVILIÆ datur

Ei, cujus rei nocitum; Et quidem *Directa* ſoli Domino rei, L. 11. §. 6. ff. *Ad* L. *Aquil. Utilis*.

Digitized by Google

Utilis etiam aliis, qui jus in re læſa habent, *d* L. 11. §. *fin.*

Adverſus illum, qui damnum intulit: Et quidem ſi corpore ſuo in corpus, *Directa*; Si non corpore ſuo, ſed alio modo, corpus tamen corrumpendo, *Utilis*, §. *fin. I. Eod.*

Ad id, ut damnum reſarciatur, & quanti res *vel* eo anno, *vel* 30. diebus proximis plurimi fuerit, præſtetur, §. 9. & 14. *I. Eod.* Aut ſi reus inficiatus fuerit damnum, *ad duplum.* L. 2. §. 1. ff. *Eod.*

Actio ad Supplendam LEGITIMAM, vid. *Actio Suppletoria.*

Actio de Eo, quod Teſtamento LIBER *eſſe juſſus ex Hæreditate jacente ſurripuit, aut corrupit*, vid. *Hæreditas.*

Actio de Statu LIBERTATIS datur

Domino, qui ſervum vindicat, & ſuum eſſe dicit, L. 7. §. 5. ff. *de liberal. cauſ.*

Adverſus Servum, qui ſe liberum eſſe contendit, *d.* L. 7. §. 5.

Ad id, ut ſervus declaretur, & ſervitia Domino præſtentur, §. 13. *d. de Actiom*

Digitized by Google

Et vice verſa
Servo, qui libertatem ſibi adſerit, *d.* L. 7. §. 5.
Adverſus Eum, qui ſe ejus Dominum eſſe contendit,
Ad id, ut liber declaretur, L. 23. *ff. Eod.*

Condictio certi ex LITERIS, vid. *Actio Chirographaria.*

Actio LOCATI datur

Locatori, pr. I. de Locat.
Adverſus Conductorem, *d. pr.*
Ad id, ut mercedem præſtet, rem finito uſu reſtituat, *L.* 48. §. 1. *ff. Eod.* & damnum dolo, lata vel levi Conductoris culpa datum, reſarciat. 1. 5. §. 2. *ff. Commod.*

Actio de Eo, quod certo LOCO datur

Illis, quibus aliquid *ex cauſa ſtricti juris* certo loco debetur, *L.* 2. §. 1. *ff. de Eo, quod cert. loc. &* §. 33. *I. de Action.*
Adverſus illos, qui ex tali cauſa certo loco aliquid dare promiſerunt, nec tamen id præſtiterunt, *L.* 1. *ff. Eod. & L. un. C. Ubi conven. qui cert. loc.*
Ad id, quod ita debetur, alio in loco, *facta commemoratione illius loci*, ubi præ-

Digitized by Google

præſtari debuit, præſtandum, ſalvo intereſſe Rei, vel Actoris. *L. 2. pr. ff. Eod. & d.* §. 33.

M.

A*Ctio Adverſus* MAGISTRATUM *ob non exactam Satisdationem a Tutoribus*, vid. *Actio Subſidiaria.*

Actio MANDATI

Directa datur

Mandanti, *L* 8. §. 6 *ff. Mand.*
Adverſus Mandatarium,
Ad id, ut mandatum præſcripto modo exequatur, §. 8. *I. Mand. & L.* 22. §. *f. Eod.* & ſi quid præterea ex bona fide præſtandum, præſtet. *L.* 20. *pr. & L.* 45. *pr. ff. Eod.*

Contraria datur

Mandatario, *L.* 12. §. 7. *Eod.*
Adverſus Mandantem, *d. L.* 12. §. 9.
Ad indemnitatem ratione mandati conſequendam. L. 10. §. 9. *Eod. & d.* L. 12. § 9.

Actio Quod METUS *cauſa* datur

Ei, qui propter juſtum metum læſus, L. 9. §. 3. ff. *Quod met. cauſ.*

Adverſus metum inferentem, & quemcunque rei metu amiſſæ poſſeſſorem, L. 14. §. 5. *Eod.*

Ad id, ut rem amiſſam una cum fructibus reſtituat, L. 12. *pr. Eod.* & niſi ad arbitrium judicis reſtituat, intra annum in *quadruplum*, poſt annum in *ſimplum* condemnetur. *d.* L. 14. §. 1.

Actio ſi Menſor falſum MODUM *dixerit*, datur

Illis, quorum intereſt, falſum modum non eſſe renunciatum, L. 3. §. 1. ff. *Si Menſ. falſ. mod.*

Adverſus Menſores agrorum, vini, frumenti, &c. L. 5. §. *fin. Eod.* qui doloſe falſum modum renunciarunt, *d.* L. 3. §. 4. *Utilis* etiam adverſus *alios*, qui in modo feſellerunt, L. 7. §. 1. ff. *Eod.*

Ad id, quod intereſt, præſtandum. *d.* L. 3. §. 1.

Actio ex Edicto de MORTUO NON INFERENDO datur

Do-

Digitized by Google

Domino loci, in quem mortuus *illicite* illatus, L. 2. §. 1. ff. *de Relig. & Sumt. fun.* *Utilis* etiam aliis, quorum intereſt. qui jus prohibendi habent, L. 8. §. 4. ff. *Eod.*

Adverſus illos, qui mortuum in alienum locum intulerunt, *d.* L. 2. §. 1. *&* 2.

Ad id, ut aut tollant mortuum, aut loci pretium præſtent. L. 7. *pr.* ff. *Eod.*

Condictio certi ex MUTUO datur

Creditori,

Adverſus Debitorem,

Ad rem creditam, ſeu mutuam in eodem genere, eademque quantitate & qualitate reddendam. *pr. I. Quib. mod. re contrah.* L. 2. *pr. &* L. 3. *de R. C.*

N.

A*Ctio de Raptis in* NAUFRAGIO, vid. *lit R.*

Actiones Edicti: NAUTÆ, CAUPONES *&* *Stabularii ut recepta reſtituant*, vid. *Actio de Recepto* : Item *Actio de Damno in*

in navi, caupona vel ſtabulo dato.

Actio NEGATORIA
Directa datur

Domino, qui ſervitutem, in prædio ſuo alteri conſtitutam, negat, *L.* 5. *pr. ff. Si uſusfr. pet.*
Adverſus quemcunque ſervitute utentem, & ita alterius libertatem impedientem, *L.* 10. §. 1. *ff Si ſervit. vindic.*
Ad id, ut prædium liberum declaretur, Reoque ulterior turbatio interdicatur, *L.* 4. §. *pen. ff. Eod.* præſtita eo nomine cautione, *L.* 7. *ff. Eod.* & refuſo intereſſe, *L.* 4. §. 2. *in fin. Eod.*

Utilis datur

Quaſi Domino, v. gr. *Emphyteutæ, Superficiario*, &c. *L.* 16. *ff. de Servit.* Imo *hodie* etiam illis, qui jus aliquod, quod non eſt ſervitus, aliis in re ſua competere, negant, *arg. c.* 26. *X. de Decim.*
Adverſus illos, qui tale jus ſibi prætendunt, *d. L.* 10. §. 1.
Ad id, ut jus illud eis non competere declaretur, ideoque illius uſus interdicatur,

Digitized by Google

catur, prout *dictum in Actione directa.*

Actio NEGOTIORUM GESTORUM *directa* datur

Domino, cujus *ignorantis* negotium geſtum, §. 1. *I. de Oblig. quæ ex quaſ. contr.*
Adverſus Geſtorem, *L.* 2. *ff. de negot. geſt.*
Ad id, ut rationes reddat, *d. L.* 2. quod ex geſtione ad ipſum pervenit, reſtituat, *L.* 23. *&* 28. *ff. Eod.* & damna culpa data præſtet. *L.* 20. *C. Eod.*

Contraria datur

Geſtori,
Adverſus Dominum, *d. L.* 2.
Ad indemnitatem ratione negotii geſti conſequendam. L. 19. §. *pen. ff. Eod.*

Actio NOXALIS datur

Illis, qui ex *privatis* ſervorum delictis *ſine culpa Domini* ſunt læſi, L. 2. 3. *&* 4 *ff. de noxal. act.* §. 4. *I. Eod.*
Adverſus illos, qui tempore actionis movendæ ſervorum noxiorum Domini ſunt, vel illos Dominorum opinione poſſident, L. 11. 12. *&* 22. §. 1. Eod.
Ad id, ut *vel* damnum reſarciant, *vel* Servum noxæ dedant. *pr. I. Eod.*

Actio

Digitized by Google

Actio edicti de NUNCIATIONE NOVI OPERIS datur

Illi, qui nunciavit novum opus, L. 20. *pr.* ff. *de Oper. nov. nunciat.*

Adverſus illum, qui ſpreta nunciatione, nihilominus opus continuavit, aut factum ratum habuit, *d.* L. 20. §. 7.

Ad id, ut opus, quod poſt *legitimam* nunciationem factum eſt, deſtruatur, *d.* L. 20. §. 1. & 3.

O.

A*ctio* ONERIS AVERSI datur

Illi, qui onus, v. gr. *frumentum*, &c. vehendum alii locavit, L. 51. ff. *Locat.*

Adverſus illum, qui vehendum conduxit, *nautam* ſc. *vel aurigam*, ſed avertit, i. e. *alio vertit, vel ſurripuit. d.* L.

Ad duplum, inſtar actionis furti. *Vid. Vultej. ad Inſt. pr. de Locat. n.* 15. & *Gothofr. in not. ad d.* L. 31. *lit. g.*

Actio edicti de OPERIS NOVI NUNCIATIONE, vid. *Nunciatio.*

P.

A*ctio ex* PACTO datur

Paci-

Digitized by Google

Paciſcenti, ſeu cui aliquid promiſſum eſt,
Adverſus eum, qui *animo ſe obligandi* ſciens & volens aliquid promiſit, *c.* 1. *X. de Pact.*
Ad id, quod promiſſum, præſtandum, *c.* 3. *Eod.* Et quidem, ſi *rei datio* promiſſa, ad rem *præciſe* dandam, *L.* 75. §. *fin. ff. de V. O.* Sin *factum*; ad hoc præſtandum, aut intereſſe, *L.* 72. *pr. Eod.*

Actio ad PALINODIAM, ſeu *Recantatoria* datur

Illis, qui injuriam verbalem ſunt paſſi,
Adverſus illos, qui talem injuriam intulerunt, vel per ſe, vel per alios, §. 11. *I. de Injur.*
Ad id, ut dicta famoſa reclament, & a ſe injuſte prolata fateantur, læſamque quodammodo exiſtimationem Actori aperte reſtituant.

Actio de PARTU AGNOSCENDO datur

Uxori, L. 1. §. 1. *ff. de agnoſc. & al. liber.*
Adverſus Maritum,
Ad id, ut partum ex ſe editum, tanquam ſuum & legitimum agnoſcat & alat. *tot. tit. dict.*

Actio

Digitized by Google

Actio de PASTU PECORIS datur

Ei, cujus intereſt,
Adverſus Dominum animalis, quod depaſcendo alienos fructus *ſine culpa hominis* damnum dedit, vid. *L. ult. C. de L. Aquil.*
Ad id, ut *aut* damnum reſarciat, *aut* animal noxæ dedat. *L.* 14. §. *fin. de Præſcr. verb.*

Actio de jure PATRONATVS, ſeu *Ingenuitate* datur

Patrono, *L. 6. in fin. ff. Si ingen. eſſe dic.*
Adverſus Libertum, qui ſe pro ingenuo gerit, & ob id officia detrectat, *d. L. 6.*
Ad declarandum jus Patronatus, §. 13. *I. de Act.*

Et viciſſim

Liberto, qui ingenuum ſe aſſerit, *L.* 2. § 1. *ff. Si ingen. eſſe dicat.*
Adverſus Patronum, qui falſo ſe talem adſeverat,
Ad declarandum jus Ingenuitatis. *dd. text.*

Actio PAULIANA, ſeu *Revocatoria* datur

Creditoribus, in quorum fraudem Debitor bona

Digitized by Google

bona ſua alienavit, L. 1. & L. 10. *ff. Quæ in fraud. Cred.*

Adverſus ipſum Debitorem defraudantem, L. *fin.*§ *fin. ff. Eod.* aut alios bonorum fraudulenter alienatorum poſſeſſores, §. 6. *I. de Action.*

Ad id, ut ita alienata reſciſſa alienatione, perinde ac ſi nunquam alienata fuiſſent, reſtituantur, L. 10. §. 22. *ff. Eod.* cum omni cauſa & acceſſione, *d.* L. 10. §. 19.

Actio de PAUPERIE datur

Ei, cui damnum ab alieno animali contra naturam ſui generis, proprio motu, ſine hominis culpa datum, *pr. I. Si quadrup. paup.* L. 1. §. 4. 6. & 7. *ff Eod.* aut cujus intereſt, L. 2. *pr. ff. Eod.*

Adverſus illum, qui tempore actionis inſtituendæ Dominus eſt animalis, L. 1. §. 12. *Eod.* aut pro Domino id poſſidet, *arg.* L. 12. *ff. de Nox. act.*

Ad id, ut *aut* animal noxæ dedatur, *aut* damnum reſarciatur. *d. pr. I.* & L. 1. *pr. Si quadrup. paup.*

Actio de PECULIO datur

Illis, qui cum ſervo vel filiofam. de ſer-

vili

Digitized by Google

vili vel profectitio peculio contraxerunt, *L.* 3. §. 5. *ſeqq. ff. de Pecul.*

Adverſus Dominum, vel Patrem, §. 10. *I. de Act.*

Ad id, quod ſecundum cujusque contractus naturam debetur, praſtandum, pro quantitate peculii. *d.* §. 10.

Actio Præſcriptis Verbis ex PERMUTATIONE datur

Ei, qui rem propriam & ſanam, animo permutandi dedit, *L. fin. ff. de rer. permut.*

Adverſus eum, qui rem accepit, nec tamen ſuam viciſſim dedit, *L.* 6 *C. Eod.*

Ad id, ut & ipſe rem a ſe promiſſam tradat, *L.* 4. *& fin. C. Eod.* aut id, quod intereſt, præſtet. *L.* 1. *C. Eod.*

PETITIO HÆREDITATIS vid. *ſupra lit. H.*

Actio PIGNORATITIA *Directa* datur

Debitori, qui pignus dedit, §. *fin. I. Quib. mod re contr.*

Adverſus Creditorem, qui accepit, *d.* §.

Ad reſtituendum, ſoluto debito, pignus, *d.* §. *&* *L.* 9. §. 3. *ff de Pignor. Act.* cum omni cauſa

Digitized by Google

cauſa & acceſſione, *L.* 9. §. *ult. L.* 1. 2. *&* 3. *C. Eod.* damnumque culpa datum reſarciendum. *d.* §. *fin.*

Contraria datur

Creditori, L. 9. §. 1. *de Pignor. Act.*
Adverſus Debitorem. *L.* 19. § 1. *Eod.*
Ad indemnitatem pignoris nomine conſequendam. *L.* 8. *pr. L.* 9. *pr. & paſſim ff. Eod.*

Actio PLUVIÆ ARCENDÆ, vid. *Aqua Pluvia.*

Actio POPULARIS, datur

Cuivis de populo. *L.* 43. §. 2. *ff. de Procur.* modo integræ ſit opinionis, *L.* 4. *ff. de Popul. Act.*
Adverſus illum, qui tale quid commiſit, quo jus populi læditur, *arg. L.* 1. *Eod.*
Ad pœnam ſtatutam irrogandam, & Actori applicandam. *L.* 3. *pr. ff. de Sepulch. viol. & L.* 12. *de V. S.*

Actio de POSITO, vel *ſuſpenſo* datur

Cuilibet de populo, *L.* 5. §. *fin. ff. de his, qui effud. vel dej.*

Adver-

Digitized by Google

Adverſus illum, qui in ædibus ſuis aliquid poſitum vel ſuſpenſum habet, quod ſi ceciderit, poſſet in loco, ubi valgo iter fit, nocere, *d.* L. 5. §. 7. *&* 11.

Ad pœnam X. ſolidorum, §. 1. *I. de Obligat. quæ ex quaſ. delict.*

Actio Edicti: Si Mulier ventris nomine in POSSESSIONE *calumniæ cauſa eſſe dicatur,* datur

Ei, cujus intereſt, mulierem non fuiſſe in poſſeſſionem miſſam, L. *un.* §. 6. *ff. Si mul. ventr. nom.*

Adverſus Mulierem, quæ per calumniam, *falſo ſc. ſe prægnantem dicendo;* in poſſeſſionem venit, *d.* L. *un.* §. 2. Aut Patrem ejus, qui paſſus fuit, ut per calumniam in poſſeſſionem veniret, *d.* L. *un.* § 5.

Ad id, quod intereſt, *d.* L. *un.* §. 4. *&* 7.

Actio Edicti: Si mulier ventris nomine in POSSESSIONEM *miſſa, eandem poſſeſſionem dolo in alium transtulerit,* datur

Ei, cujus intereſt; Et ſic *cuicunque Succeſſu-*

ceſſuro, L un. § 8. *& 9. ff. Si mul. ventr, nom. in poſſ. calumn.* Imo etiam *Legatario, d. L. un.* §. 10.

Adverſus Mulierem, vel eum, in cujus poteſtate eſt, ſi dolo ipſorum poſſeſſio in alium tranſlata, *L.* 1. § 1. *ff. Si ventr. nom mul.*

Ad id, quod intereſt, poſſeſſionem non fuiſſe tranſlatam, *d. L.* 1. §. 1. *ff. in fin.*

Actio Edicti: Quod cum eo, qui in aliena POTESTATE *eſt, negotium geſtum eſſe dicetur*, datur

Illi, qui cum filiofam. in poteſtate Patris conſtituto, contraxit, *L.* 2. *pr. l. Quod cum eo, qui in al.*

Adverſus Filiumfam. qui emancipatione, vel alio modo ſui juris factus, *d. L.* 2. §. 1. & nihil ex bonis paternis fuit conſecutus, *d. L.* 2. *pr.*

Ad id, quod ex contractu debetur, praſtandum, in quantum facere poteſt. *d. L.* 2. *pr. in fin.*

Actio PRÆJUDICIALIS datur

Illi, qui ſtatum aliquem, ſeu conditionem civilem, v. gr. *libertatis*, &c. ſibi competere aſſerit, *L. fin. ff. Si ingen. eſſe dic.*

Digitized by Google

Adverſus negantem, *L.* 10. *ff. de liber. cauſ. & L.* 14. *de Probat.*
Ad declarandum illum ſtatum. *d. L. fin.*

Actio PRÆSCRIPTIS VERBIS datur

Ei, qui aliquid dedit, aut fecit, ut alter viciſſim aliquid daret, aut faceret, *L.* 7. §. 1. *ff. de Pact.*
Adverſus eum, cui aliquid dedit, aut fecit, quique fidem datam non implevit, *t. t. de Præſcript. verb*
Ad id, ut fides data impleatur, aut id, quod intereſt, præſtetur. *L.* 5. §. 1. *ff. Eod.*

Actio PRÆSCRIPTIS VERBIS *Æſtimatoria*, vid. *lit. A.*

Actio PRÆSCRIPTIS VERBIS *ex Permutatione*, vid. *ſupra Permutatio.*

Actio PRO-TUTELÆ

Directa datur

Pupillo, L. 1. §. 6 *ff. de Eo, qui pro tutor.*
Adverſus eum, qui pro Tutore negotia ejus geſſit, *d. L.* 1. §. 1. *&* 3.
Ad id, ut ratione reddita, reliqua una cum uſuris præſtet, *d. L.* 1. §. 8. *&* damna, culpa data, reſarciat, *L.* 4. *ff. Eod.*

Con-

Digitized by Google

Contraria datur
Ei, qui pro Tutore negotia pupilli geſſit,
Adverſus Pupillum,
Ad indemnitatem geſtorum nomine conſequendam. *L. fin. ff. Eod.*

Actio edicti contra PUBLICANOS datur

Viatoribus, qui vectigal injuſte exſolverunt, *L. 9. §. 5 ff. de Publican. & Vectig.*
Adverſus Publicanum, ejusque familiam, *L. 1. pr. Eod.*
Ad id, ut ſi aliquid per vim illicite exegerint, in *quadruplum L. 9. §. 5. Eod.* Si ſine vi, in *duplum d. L. 1.* Sin autem aliquid vi rapuerint, aut furtum damnumve fecerint, intra annum in *duplum*, poſt annum in *ſimplum* condemnetur. *d. L. 1. pr.*

Actio PUBLICIANA datur

Illi, qui rem non vitioſam a non Domino traditam, bona fide & juſto titulo accepit, eamque, uſucapione nondum impleta, iterum amiſit, §. 4. *I. de Act. L. 1. ff. de Publ. act.*

Digitized by Google

Adverſus quemcunque *infirmiore jure* poſſidentem, *L.* 9. §. 4. *& L. fin. in fin. ff. Eod.*
Ad id, ut illa res perinde, ac ſi uſucapta eſſet, reſtituatur. *d.* §. 4. *I. de Action.*

Actio QUASI PUBLICIANA, ſeu *Reſciſſoria*, vid. *R.*

Q.

A*Ctio Si* QUADRUPES PAUPERIEM *feciſſe dicatur*, vid. *Actio de Pauperie.*

Actio QUANTI MINORIS, ſeu *Æſtimatoria* datur

Emtori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, *L.* 19. §. 5. *ff. de Ædilit. Edict.*
Adverſus venditorem, qui pro inæquali pretio rem vitioſam vendidit, *L.* 38. *pr. & L.* 61. *ff. Eod.*
Ad id, ut tantum de pretio reſtituat, quanto minoris Emtor emiſſet, ſi rei conditionem, aut vitium ſciviſſet, *d. L.* 61.

Actio QUASI FAVIANA, vid. *lit. F.*

Actio

Digitized by Google

Actio QUASI PUBLICIANA, ſeu *Reſciſſoria*, vid. *lit. R.*

Actio QUASI SERVIANA, vid. *lit. S.*

QUERELA ENORMIS LÆSIONIS, ſeu *Condictio ex L. 2. C. de Reſcind. Vend.* datur

Tam Emtori, quam *Venditori*, ultra dimidium juſtæ æſtimationis læſis, *d. L. 2.* Imo *cuicunque contrahenti*, qui duplo plus dedit, quam accepit, *arg. L. 32. ff. Ad L. Aquil.*

Adverſus illos, a quibus quis ita læſus, *d. L. 1.*

Ad id, ut *aut* ſuppleatur id, quod deeſt juſto pretio vel valori, *aut* contractus reſcindatur. *d. L. 2. C. de Reſcind Vend.*

QUERELA INOFFICIOSÆ DONATIONIS datur

Liberis, Parentibus & Fratribus ob immodicam donationem legitima defraudatis. *t. t. C. de Inoff. donat.*

Adverſus Donatarios, in quos collata eſt inofficioſa donatio, *d. tit.*

Ad id, ut donatio reſcindatur, & legitima,

ma, aut quod illi deeſt, reſtituatur. *L. 2. 5. & 7. pr. C. Eod.*

QUERELA INOFFICIOSÆ DOTIS datur

Liberis, qui immodica dotis conſtitutione, vel a *Matre ſecundo Marito facta*, *vel alias uni ex Liberis*, legitima ſunt defraudati, *L. un. C. de Inoff. Dot.*

Adverſus illum, qui dotem immodicam accepit,

Ad id, ut dotis conſtitutio reſcindatur, ſimulque legitima reſtituatur, *d. L. un.*

QUERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI datur

Liberis, Parentibus, *L. 15. pr. ff. de Inoff. Teſtam.* & Fratribus (*ſi ſc. his perſona turpis, aut levi macula laborans prælata*, *L. 27. C. Eod.*) rite quidem, ſed inique in Teſtam. exhæredatis, aut præteritis, *L. 8. §. 2. ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab. Nov. 115. c. 3.*

Adverſus hæredes teſtamento inſtitutos, cum hæreditatem adierunt, *L. 8. §. 2. & 10. ff. de Inoff. teſtam.* aut illos, qui hæredum locum ſuſtinent, v. gr. *Fiſcum L. 10. C. Eod.*

Ad

Digitized by Google

Ad id, ut Teſtamentum, tanquam inofficioſum, reſcindatur, & querenti, ut proximo hæredi, hæreditas adjudicetur. *L.* 8. §. 16. *& L.* 21. §. 2. *ff. Eod.*

Actio QUOD METUS CAUSA, vid. M.

Actio QUOD JUSSU, vid. *lit I.*

R.

A*ctio* RAPINÆ, ſeu *Vi bonorum raptorum*, vid. *lit. V.*

Actio de RAPTIS *aut corruptis* IN INCENDIO, RUINA, NAUFRAGIO, *rate, naveque expugnata* datur

Omnibus, quorum intereſt, *arg. L.* 2. § 22. *ff. Vi bon. rapt.*

Adverſus illos, qui occaſione incendii, ruinæ, naufragii, *&c.* aliquid doloſe ſurripuerunt, aut corruperunt, *L.* 3. §. 3. *&* 4. *ff. de incend. ruin. nauf.*

Ad quadruplum intra annum; poſt annum vero in *ſimplum L.* 1. *pr. Eod.*

Actio de RATIONIBUS DISTRAHENDIS datur

Pupillo,

Adverſus Tutorem, qui ex bonis pupilli *durante tutela* aliquid abſtulit, & in rationes non retulit, *L.* 1. §. 19. *&* 22. *L.* 2. *pr ff. de Tut. & rat. diſtrah.*

Ad duplum veri pretii rei ablatæ, *d. L.* 1. §. 22. *& L.* 2. §. *fin. Eod.*

Actio RECANTATORIA, vid. *Actio ad Palinodiam.*

Actio RECEPTITIA

Olim dabatur

Illis, quibus Argentarii ſpoponderant, i. e. *ſolenniter promiſerant*, ſe hoc vel illud ſoluturos,

Adverſus Argentarios,

Ad id, quod ſe ſoluturos receperant, præſtandum, *L.* 2. *C. de Conſtit. pecun.*

Hodie ſublata, & in actionem conſtitutæ pecuniæ transfuſa. §. 8. *I. de Action.*

Actio de RECEPTO datur

Vectoribus aut viatoribus, qui res in navim, cauponam vel ſtabulum intulerunt, *L.* 1. §. 2. *ff Naut. Caup. & Stabul.*

Adverſus Exercitores navium, cauponarum vel ſtabulorum, qui res receperunt. *d. L.* 1. §. 2. 3. §. 5.

Ad

Digitized by Google

Ad id, ut ſalvæ reſtituantur & damnum *cujuslibet* culpa contingens præſtetur. *L.* 2. §. 1. *Eod & d. L.* 1. §. 7.

Actio REDHIBITORIA datur

Emtori rei vitioſæ, omnibusque aliis, ad quos ea res pertinet, *L.* 1. §. 1. *& L.* 9. §. 5 *ff. de Ædil Edict.*
Adverſus Venditorem ejus rei, *L* 28. *& ſeqq. Eod.*
Ad id, ut illam reſtituto pretio recipiat, *L.* 23. §. 1. *&* 7. *ff. de Ædil. Edict.* ac ſi vitium ſciverit, *intereſſe* præſtet. *L.* 1 *pr. ff. de Act. Emt.* Sin contumax fuerit, *duplum* ſolvat, *L.* 48. *ff. de Ædilit. Edict.*

Actio REDHIBITORIA EX JURE RETRACTUS datur

Illi, cui Lege vel *conſuetudine*, (*nam ſi* conventione, *Actio Venditi locum habet. L.* 75. *ff de contrab. emt.*) poteſtas competit rem venditam retrahendi, v. gr. *proximo conſanguineo, vicino*, &c. 2. *F.* 14.
Adverſus quemc. poſſeſſorem rei retractui obnoxiæ, *arg. L.* 56 *ff Eod.*
Ad id, ut illa res cum iſta conditione & jure, cum quo ad poſſeſſorem tranſiit, ſine ullo onere aut nexu, quem for-

Digitized by Google

tean poſſeſſor iſti impoſuit, reſtituatur. *d. 2. F. 14.*

REI VINDICATIO datur

Domino, *L. 23. pr. ff. de R. V.* *Utilis* etiam quaſi Dominis, v. gr. *Superficiario*, &c. *L. 37. § 1. Eod.* & quibusdam aliis, *L. 5. §. 3. Eod. L. 30. de donat. mort. cauſ.*
Adverſus poſſeſſorem rei corporalis, *L. 36. pr. & L. fin. de R. V.*
Ad id, ut ejus rei Dominus declaretur, eaque ſibi a detinente reſtituatur. *L. 9. ff. Eod.*

REI VINDICATIO EMPHYTEVTICARIA, ſeu *Actio Vectigalis*, vid. *lit. V.*

REI UXORIÆ ACTIO

Olim competebat

Uxori, etiamſi dotem ſibi reddi non fuiſſet ſtipulata, *L. un. C. de Rei uxor. act.*
Adverſus Maritum,
Ad res dotales repetendas, *d. L. un.*
Hodie ſublata, & in *actionem ex ſtipulatu de dote repetenda* transfuſa.

Actio de in REM VERSO datur

Illis, qui cum Servo vel filiofam. contraxe-

Digitized by Google

traxerunt, §. 4. *I. Quod cum eo, qui in al. pot.*

Adverſus Dominum, vel Patrem, in quorum rem aliquid ex ejusmodi contractu verſum, *d.* §. 4.

Ad id, quod ex eo contractu debetur, in quantum verſum, præſtandum. *L.* 10. §. 4. *ff. de in rem verſ.*

Actio RERUM AMOTARUM, vid. *lit. A.*

Actio RESCISSORIA, *Reſtitutoria*, ſeu *Quaſi Publiciana*, datur

Illi, cujus res ob abſentiam ſuam, *juſtam ſc. & neceſſariam*, *L.* 26. *§. fin. & L.* 28. *pr. ff. Ex quib. cauſ. maj.* aut alterius *indiſtincte*. *L* 21. §. 1. *Eod.* uſucapta, §. 5. *I. de action.*

Adverſus quemcunque illius rei poſſeſſorem *L.* 30. *ff. Ex quib. cauſ. maj.*

Ad id, ut res uſucapta reſciſſa uſucapione, perinde ac ſi uſucapta non fuiſſet, reſtituatur. *d.* §. 5.

RESTITUTIO OB ÆTATEM *minorem* datur

Minoribus 25. annis, ætatis facilitate, aut Adverſarii malitia læſis, *L.* 1. *pr. &* §§. *ſeqq. de Minor.*

Adverſus illos, cum quibus Minori negotium intercessit. *L.* 13. §. *ult. ff. Eod.*

Ad id, ut omnia in priſtinum ſtatum ponantur, & Minor indemnis ſervetur, *d. L.* 1. §. 1.

NB. *Etiam hæc* Reſtitutio *proprie non eſt actio, ſed tantum Imploratio Officii Judicis. L.* 24. §. *fin. ff. Eod.*

Actio REVOCATORIA, ſeu *Pauliana*, vid. *lit. P.*

Actio REVOCATORIA DONATIONIS datur

Soli Donatori, *L.* 1. *& fin. C. de Revoc. don.*

Adverſus Donatarium ingratum, *dd. LL.*

Ad res donatas, tempore quæſtionis apud donatarium exiſtentes, revocandas. *L.* 7. *C. Eod.*

S.

A*Ctio adverſus Magiſtratum ob non exactam* SATISDATIONEM *a Tutoribus*, vid. *infra Actio Subſidiaria.*

Actio

Digitized by Google

Actio ex SENATUSC. SILANIANO datur

Cuivis de populo, *L.* 25. §. 2. *ff. Ad SC. Silan.*

Adverſus eum, cui nihil in Teſtamento relictum, ſciens tamen publicavit, aut deſcripſit Teſtamentum vi occiſi, antequam de familia ejus quæſtio haberetur, *d. L.* 25. §. 2. *& L.* 1. *pr. & §§ ſeqq. Eod.*

Ad pœnam C. aureorum inter Actorem & Fiſcum dividendam, *d. L.* 25. 2.

Actio SEPULCHRI VIOLATI datur

Eis, ad *quos* ea res pertinet, *L.* 7. *pr. ff. de Sepulchr. viol.* Aut, ſi hi non adſint, vel agere nolint, *omnibus de populo*, *d. L.*

Adverſus doloſos ſepulchrorum violatores, *d. L.* 3.

Ad intereſſe, ſi ille agat, ad quem ea res pertinet, *d L.* 3. §. 1. *&* 8. Sin aliquis ex populo, ad *pœnam C. aureorum*, aut CC. *aureorum* adverſus doloſos ſepulchri inhabitatores, *d. L.* 3. *pr.*

Digitized by Google

Actio SEQVESTRARIA
Directa datur

Victori rei litigioſæ,
Adverſus ſequeſtrem, apud quem res litigioſa durante lite depoſita, *L.* 5. §. 1. *&* *L.* 12 §. 2. *ff. depoſ.*
Ad id, ut finita lite cum omni cauſa reſtituatur, rationes reddantur, & culpa *lata* præſtetur, *arg.* §. 3. *I. Quib. mod. re contr.*

Contraria datur

Sequeſtri,
Adverſus litigantes,
Ad indemnitatem ſequeſtri nomine conſequendam. *arg. d. L.* 5. *pr.*

Actio SERVIANA datur

Adverſus Colonum, & quemcunque rerum a Colono pro penſione & damnis *expreſſe* obligatarum poſſeſſorem. *L.* 16. §. 3. *ff. de pignor.* *&* *L.* 4. *ff. In quib. cauſ. pign.*
Ad conſequendam illarum poſſeſſionem, *d.* §. 7.

Actio QUASI SERVIANA datur

Credi-

Digitized by Google

Creditori cuicunque, cui res expreſſe vel tacite eſt oppignorata *t. tit. In quib. caſ. pign. tac. contr.* Excepto *Locatore prædii Ruſtici*, de quo *præc. Act.*

Adverſus quemcunque ejus rei poſſeſſorem, *L. 14. C. de Pignor.*

Ad conſequendam illius poſſeſſionem, *L. 66. pr. ff. de Evict.* eamque donec ſatisfactum, vel retinendam, vel alienandam. *t. t. de Diſtr. pign.*

Actio SERVI CORRUPTI datur

Domino ſervi, *L. 1. §. 1. ff. de Serv. corrupt. Utilis* etiam Fructuario, *L. 9. § 1. Eod* & aliis, quorum intereſt, aliquem non corrumpi, *arg. L. 14. § 1. Eod.*

Adverſus illum, qui dolo malo ſervum, quoad *animum*, deteriorem reddidit, *L. 1. §. 3. & ſeqq Eod.*

Ad duplum ejus, quod intereſt, *L 1 pr. Eod.* Aut ſi *utiliter* agatur, quanti res officio Judicis æſtimetur. *d. L. 14. §. 1.*

Actio pro SOCIO, utrinque *Directa* datur

Socio

Socio alterutri

Adverſus Conſocium, *t.t. Pro Socio.*

Ad rem, vel operam in commune conferendam, *L.* 73. *&* 74. *ff Eod.* & ſiquid præterea ex natura ſocietatis alterum alteri præſtari oporteat, v. gr. *fructus* &c. *L.* 38. §. 1. *L.* 23. §. 1. *Eod.*

Condictio ex Lege de SPORTULIS, vid. *Condictio.*

Actio de STATU *Civitatis.* vid. *C.*

Actio de STATU *Libertatis*, vid. *L.*

Condictio certi ex STIPULATU datur

Stipulanti,

Adverſus promittentem *rem* aliquam *certam*, *pr. I. de V. O. L.* 74. *& ſeqq. ff. Eod.*

Ad rem promiſſam *præciſe* præſtandam. *L.* 75. §. *fin. ff. Eod.*

Actio ex STIPULATU datur itidem

Stipulanti; Sed

Adverſus promittentem *rem incertam*, *d. pr.*

genus

Digitized by Google

genus ſcil. *d. L.* 75. §. 1. aut factum, §. *ult. I Eod.*

Ad rem promiſſam præſtandam, aut intereſſe. *L.* 13. §. *fin. ff. de Re judic.*

Actio ex STIPULATU *de* DAMNO *infecto*, vid. *Damnum.*

Actio ex STIPULATU *de* DOTE, vid. *Actio de Dote.*

Actio ex STIPULATU SIMPLÆ *vel* DUPLÆ *pro Evictione*, vid. *Evictio.*

Actio SUBSIDIARIA datur

Pupillis, L. 1. §. 4. *ff. de Magiſtr. conven.*

Adverſus Magiſtratus, qui in tutelæ conſtitutione dolum, vel culpam admiſerunt. *L.* 7. *C. Eod.*

Ad damnum, quod inde Pupillis obvenit, in quantum a Tutoribus, horumque hæredibus aut Fidejuſſoribus non potuit reſarciri, reſarciendum. §. 2. *I. de Satisd. Tutor & d. L.* 1. §. 6.

Actio Edicti: Si quis omiſſa Teſtamentaria cauſa ab inteſtato SUC-

Digitized by Google

SUCCEDERE *velit*, quæ *actio Legatorum* dicitur *in L. 10. pr. L. 12. §. 1. & L. 18. §. 1. ff. Si quis omiſſ. cauſ. Teſtam.* datur

Ei, cui aliquid in Teſtamento relictum, *L. 1. pr. ff. Eod.*

Adverſus Eum, qui omiſſa cauſa Teſtamenti callide in fraudem, ab inteſtato velit ſuccedere, *d. L. 1. §. 9.* aut pecunia accepta, plane non adire, *L. 1. C. Eod.*

Ad id, ut relicta in Teſtamento nihilominus præſtentur. *dd. text.*

Actio SUPPLETORIA datur

Illis, quibus minus legitima, alias debita, relictum,

Adverſus hæredes inſtitutos,

Ad id, ut ſuppleant, quod deeſt legitimæ. *L. 30. & 36. pr. C. de Inoffic. Teſtam.*

Actio ſeu *Poſtulatio* SUSPECTI datur

Cuivis de populo; Etiam Mulieribus, quæ Pupillo ſunt *conjuncta*, aut alias *pietate* ad accuſandum feruntur, *§. 3. I. de Suſpect. Tut.*

Ad-

Digitized by Google

Adverſus Tutores quoscunque, §. 2. *I. Eod.*

Ad id, ut Tutor ſuſpectus declaretur, & ab officio, reddita ratione removeatur. *t. t. de Suſpect. Tut.*

Actio de SUSPENSO, vid. *Actio de Poſito.*

Actio de SYNDICATU, vid. *Actio male Judicati.*

T.

ACtio *ex L. Agraria de* TERMINO MOTO datur

Cuivis de populo, *L.* 3. *ff. de Termin. mot.*

Adverſus illos, qui terminos ſtatutos, extra ſuum gradum, finesque dolo malo moverunt, *d. L.* 3.

Ad pœnam L. ſolidorum, in ſingulos terminos motos fiſco inferendam. *d. L.* 3. *pr.*

Actio ex TESTAMENTO datur

Legatariis & Fideicommiſſariis particularibus, *L.* 1. *C. Commun. de legat.*

Adverſus hæredes, aliasque perſonas onera-

onꝰeratas, *L.* 33. *pr. de Legat.* 2. *&* §. 1. *I, de Singul reb teſtam. relict.*

Ad id, ut præſtentur legata & fideicommiſſa cum ſuis acceſſionibus. *L.* 8. *pr. de Legat.* 1. *L.* 10. *de Legat.* 2.

Querela TESTAMENTI INOFFICIOSI, vid. *lit.* Q.

Actio TIGNI JUNCTI datur

Domino tigni, rei alienæ juncti, omnibusque, quorum intereſt, §. 29. *I. de R.D. &* §. 13. *I. de Oblig. quæ ex delict.*

Adverſus eum, qui *bona*, vel *mala fide* tignum rei ſuæ junxit, *d.* §. 29. modo tamen, ſi bona fide junctum, tignum fuerit furtivum, *L.* 63. *in f. ff. de Donat. int. Vir. & ux.*

Ad duplum tigni juncti, *d.* §. 29. quod in *m. f. poſſeſſore* mere pœna eſt, *L.* 2. *de Tign. junct. in b. f. poſſeſſore* autem rei perſecutionem continet. *d.* §. 29. *in fin.*

Actio TRIBUTORIA datur

Creditoribus ſervi vel filiifam. qui ſcil. cum his ſciente Domino, vel Patre de mercibus peculiaribus ſunt negotiati, §. 3.

I. *Quod*

Digitized by Google

I. Quod cum eo, qui in al. L. 1. §. 3 *ff. de Tribut. act.*

Adverſus Dominum, vel Patrem, qui merces peculiares *doloſe* inæqualiter diſtribuit. *d.* §. 3. *I. Quod cum eo.*

Ad id, ut iniqua & fraudulenta illarum mercium diſtributio corrigatur, & merces æqualiter diſtribuantur, *d.* §. 3.

Condictio TRITICIARIA, vid. *Condictio.*

Actio TUTELÆ

Directa datur

Pupillis ; Utilis etiam Minoribus & aliis, qui ſunt ſub cura, *L.* 1. *ff. de Tutel. & rat. diſtr.*

Adverſus Tutores: *Utilis* etiam Curatores; *L.* 19. §. 1 *ff. Eod.*

Ad id, ut rationes reddant, *L.* 1 *pr. Eod.* reliqua ſolvant, *L.* 9. *ff. Arbitr. tut.* & damna *levi* culpa data reſarciant, *L.* 7. *C. Eod.*

Contraria datur

Tutoribus, *L.* 1. §. 1. *ff. de Contrar. tut. act. Utilis* etiam Curatoribus, *d. L.* 1. §. 2.

Adverſus Pupillos, *d. L.* 1. *pr. Utilis etiam* Mino-

Digitized by Google

Minores, & alios, qui ſunt ſub cura, *d. l. loc.*

Ad indemnitatem ratione Tutelæ vel Curæ geſtæ conſequendam. *L.* 3. §. 1. *Eod.*

Actio PROTUTELÆ, vid. *lit. P.*

Actio Edicti: Quod TUTORE FALSO *Authore geſtum*, datur

Ei, qui falſo Tutore authore cum Pupillo contraxit, *L.* 1. *pr. ff. Quod falſ. Tut. auth. Utilis* etiam ipſis pupillis, ex hoc contractu læſis, *L. fin. ff. Eod.*

Ad omne intereſſe, *d. L.* 7. *pr.* Etiam ſumtus petendi reſtitutionem conſequendos. *d. L.* 7. §. 3.

Actio TUTORIS SUSPECTI, vid. *lit. S.*

Actio de damno in TURBA *dato*, vid. *lit. D.*

V.

A*ctio* VECTIGALIS, *L.* 15. §. 26. *ff. de Damn. inf.* ſeu *Emphyteuticaria Rei Vindicatio* datur

Illi, cui Emphyteuſis conſtituta,

Ad-

Adverſus quemcunque poſſeſſorem, etiam Dominum rei Emphyteuticariæ, *L.* 1. §. 1 *ff. Si ager. vectig.*

Ad id, ut Judex declaret, rem ad Actorem jure Emphyteuticario pertinere, & Adverſarium ad illius reſtitutionem cum omni cauſa condemnet. *d. L.* 1. §. 1.

Actio VENDITI datur

Venditori, *L.* 13. §. 19. *ff. de Act. Emt.*

Adverſus Emtorem, *d. L.*

Ad id, ut pretium una cum uſuris poſt moram perceptis, *d. L.* 13. §. 20. & ſumptus utiliter a Venditore in rem factos præſtet. *d. L.* 13. §. 21.

Actio Edicti: Si Mulier VENTRIS *nomine in poſſesſione calumniæ cauſa eſſe dicetur*, vid. *poſſesſio.*

Actio de in rem VERSO, vid. *lit. R.*

Actio VIÆ RECEPTÆ datur

Ei, in cujus agrum aliquis viam publicam ulterius rejecit, i. e. *fecit, ut per*

per agrum vicinum jam publice commeatus fiat, *L. fin. ff. de Via publ.*
Adverſus rejicientem,
Ad id, quod intereſt Actoris *de L. fin.*

Actio VI BONORUM RAPTORUM datur

Illis, quorum intereſt, rem non eſſe raptam, vel corruptam, *L. 2. pr.* §. 22. & 23. *ff Vi bon rapt.*
Adverſus illos, qui rapuerunt, *L. 1. ff. Eod.* aut coactis hominibus damnum dederunt, *L. 2.* § 2 & 10. *Eod.*
Ad quadruplum intra annum; poſt annum in *ſimplum*, ejus, quod raptum eſt, *pr. I. Eod. d. L. 2.* §. 13.

VINDICATIO, vid. *Rei vindicatio.*

Actio rei UXORIÆ, vid. *lit. R.*

(o)

OR-

Digitized by Google

ORDO PROPOSITARUM ACTIONUM,

Ita quondam
a
Celeberrimo JCto,
B. DN. BRUNNEMANNO
in gratiam Auditorum fuit
demonſtratus.

ACTIONES ſunt

Vel REALES, eæque

1.) UNIVERSALES, *quæ de hæreditate agunt, uti:*
Querela inofficioſi Teſtamenti.
Petitio Hæreditatis.
Actio Familiæ erciſcundæ.
Actio Suppletoria Legitimæ.
Querela Inofficioſæ dotis.
Querela Inofficioſæ donationis.

2.) GENERALES, *ut:*
Actio Dotis petendæ.
repetendæ

3.) SINGULARES, *& quidem*
α. Rei corporalis
Adjudicandæ. ut:
Rei Vindicatio.

Et Actio

Actio Publiciana.
Actio Vectigalis.
Finium Regundorum.
Ejus Æſtimationis, ut:
Actio Tigni juncti.
Ejus dividendæ, ut:
Actio Communi dividundo.

β. Rei incorporalis, *& quidem*
1. *de Statu Hominum*, ut ſunt
In genere:
Actiones Præjudiciales.
In ſpecie:
Actio de Statu Libertatis.
de Jure Patronatus.
de Statu Civitatis.
de Partu agnoſcendo.
de Filiatione.
2. *de Servitutibus rerum*, ubi
Actio Confeſſoria.
Negatoria.
3. *de Jure Pignoris*, unde
Actio Hypothecaria, *quæ vel*
Serviana,
vel Quaſi Serviana.

Vel PERSONALES, *deſcendentes*
Aut ex OBLIGATIONE *& æquitate*
NATURALI, *uti ſunt:*
Actio ad exhibendum.
Actio de Edendo.

Actio

Digitized by Google

Actio ex Pacto.
Actio ex Conſtituto.
Actio Reſciſſoria.
Reſtitutio ob ætatem minorem.
Condictio ex L. Si a me, & Titium.

Aut ex OBLIGATIONE CIVILI, *&*
quidem

I. *Ex* CONTRACTU, *eoque*
Vel Nominato, *hocque*

(1. *Reali*, nim.
Mutuo; unde
Condictio certi.
Actio de Eo, quod certo loco.
Condictio Triticiaria.
Commodato, unde
Actio Commodati.
Depoſito, hinc
Actio Depoſiti.
Pignore, unde
Actio Pignoratitia.

(2. *Verbali*, ſcil.
Stipulatione, unde
Condictio certi ex ſtipulatu.
Actio ex ſtipulatu.
In ſpecie:
Actio ex ſtipulatu de damno infecto.
Actio ex ſtipulatu ſimplæ vel duplæ pro evictione, &c. &c.

(3. *Literali*, nim.

Contractu Chirographario, unde
Actio Chirographaria.

(4. *Conſenſuali*, & quidem
Venditione, quorſum ſpectant:
Actio Emti,
Venditi.
Actiones Ædilitiæ, *nim.*
Redhibitoria.
